TOMÁS DE AQUINO, Santo

Commentariorum Diui Thomae Aquinatis, & Petri de Aluernia in Parua naturalia Aristotelis... -- Venetiis : Apud Haeredes Lucaeantonij Iuntae, 1551

[3], 83 h., []3, a-i8, k-16 ; Fol.

Colofón con marca de imp. -- Texto a dos col., con apostillas marginales

1. Aristóteles-Crítica e interpretación 2. Aristotele-Kritika eta interpretazioa 3. Metafísica 4. Metafisika I. Pierre d'Auvergne, coaut. II. Título

R-6272 Ejemp. falto de port. -- Datos tomados de colofón. -- Enc. perg.

IOBONATIANTO FLORENTINO CLVGIENSI PRAESVLI.

Romulus Fabius Florentinus, S. D.

FAcile, ac laude etiam aliqua dignum iudicatur, vtilibus veterum inuentis aliquid addere, sed vt facilius, ita frequentius est, quæ recte inuenta sunt, corrumpere, ac deprauare. Quod cum in alijs multis accidit, tum in ijs, quæ ad liberales artes attinent, nimis iam audacter factũ videmus. Multa enim ab ingenioſis hominibus vtiliter inuenta, & diſtincte ſcripta, adeo corrupta circũferuntur, vt vel nulli, vel certe modico vſui eſſe poſſint. Quamobrem optime eos omnes de hominum genere mereri arbitror, qui libros vel negligentia ſeculorũ, vel imperitorum audacia corruptos, priſtinæ integritati pro viribus reſtituere conant. neq; vllis laboribus parcunt, dum ſtudioſorum ingenijs prodeſſe poſſint. Non enim deſunt qui parum recte digeſtis ordinem, obſcuris lucem tantam inferant, vt hodie etiã ineruditi percipere omnia facillime poſſint. Neq; vero deſunt viri boni, qui maximis impẽnſis, ad hoc munus, ſtudioſos libentius ſuſcipiendum inuitant: libroſq; omni diligentia caſtigatos, quotidie curant imprimẽdos. id quod clarius apparebit in ijs, quæ poſthac edentur operibus: quibus nihil prorſus defuiſſe omnes intelligẽt. Extat iam nunc eius rei indicium in hoc Paruorum Naturalium non indigno opere: ex quo veluti dulcis ac ſuauis totius Philoſophiæ fructus percipitur. Hinc autem Medici præcipuam ſentiunt vtilitatem, cum inde exactiſſimam totius hominis, ſecundum omnes ſui partes, & ipſis accidentia interiora, exterioraq;, notitiam hauriant. Id opus luntæ fratres, viri optimi, & cũ in alijs tum in hac præſertim re, non minus liberales q̃ diligentes, nobis exhibuerunt, vt nouæ impreſſioni præpararemus. Nos vero, qua maxima potuimus diligentia caſtigauimus. Quin, vt omnia & libentius ſuſciperentur, & tutius legerẽtur, veteri tralationi, quam collatis multis exemplaribus emendauimus, nouam & quidem non minus elegantem, quàm fidelem Nicolai Leonici viri peritiſſimi tralationem addidimus. Collegimus item ad cõmodius ſtudium legentium, ſingularũ lectionum intentionem. Et quod nequaq̃ ſilendum puto, librũ, qui de Somno ac Vigilia inſcribitur, diuiſimus in tres partes, ſeu libros, hoc eſt in eum qui de Somno & Vigilia, & eum qui de Somnijs, & tertium qui de Diuinatione per Somnum inſcribitur, vt in hoc Græcorum ordinẽ ſeruaremus, Diuini Expoſitoris in hoc freti authoritate (vt legentibus patet) ne quid in horũ librorum partitione inconſulto feciſſe videremur. Libros demum de Iuuentute, & Senectute, de Morte ac Vita, Inſpiratione & Expiratione inſcriptos, in vnum collegimus, eadem qua dictum eſt cauſa. Librum porro, ſeu libri potius initium, de Sanitate ac Morbo, his addidimus, ne quicq̃ quod ad hoc opus ſpectaret, omiſiſſe iudicaremur. Addita ſunt ẽt Diui Thomę opuſcula duo, alterum de Luminis natura, alterum vero de Motu cordis, vt horum, ex ſententia diuini viri, cognitio plenior habeatur, præcipue quòd de his in hoc opere tractatur. Legebatur ẽt alijs in impreſſionibus liber de bona Fortuna, cum Ægidij Cardinalis cõmentarijs, & liber de Cauſis: qui quidem ad hanc partem nequaq̃ pertinent. Sed librum de Bona Fortuna, cum in ipſo tradita ex Secundo libro Magnorũ Moralium Ariſtotelis deſumpta ſint, librorum Ethicorum Diui Thomæ nouæ impreſſioni addemus: qui vero de Cauſis eſt, cũ Metaphiſicæ eiuſdem libris ſimiliter addendũ putauimus, vt omnia ſuis locis legerentur. Hæc igitur omnia Pater ampliſſime tibi dicanda iudicaui, ſimul vt teſtimonium meæ in te obſeruantiæ exhiberem: ſimul vt, quæ minus erudite à me in hoc munere tractata erũt, corrigere poſſis, & valeas. Neminẽ enim ſic aut ante hac obſeruaui, aut poſthac vnq̃ veneraturus ſum, quàm animi tui raram probitatem, & intellectus ſummam perſpicaciam. Et in hoc tentare volui, quod diu deſideraui, vt tibi & alijs teſtatum relinquerem, neminem eſſe, quem aut humilius venerarer, aut conatibus meis, conſtantius fauturum exiſtimarem. Bene vale, & me dilige.

INDEX SVMMARVM LIBRORVM, AC OMNIVM LECTIONVM, QVAE IN quouis huius voluminis Paruorum Naturalium libro continentur.

Summa libri de Sensu & Sensato.

De quinq; Sensuũ Viribus, de ipsorũ singulis Instrumentis, de sensibilium item secundum vnumquemq; sensum Generatione, Speciebus ac natura cũ ex antiquorũ, tum ex propria opinione tractatur. fo.1.

Lectio Prima. Totius naturalis philosophiæ in partes formalis diuisio: quæ item ac quid sint ea, quæ ad hanc pertineant partem definitur. fo.1.

Lectio Secunda. Quinã sensuum in perfectis ac imperfectis animalibus insint auditus item ac visus ad inuicem conferuntur. fo.2.

Lectio Tertia. Antiquorum de sensuũ organis elementis attributis narratur opinio, ea præsertim nonnullorum q̃ visum igni simpliciter attribuisse rationib⁹ efficacissimis si sunt: quomodoq; visio fiat ex multorum sententia exposite exponitur. fo.3.

Lectio Quarta. Visum aquæ esse ex Democriti sententia ostenditur, visionem vero apparitionem esse, aut extramittendo fieri nequaquam acceptum esse dr. fo.5.

Lectio Quinta. Sensuum singulorum organa ex quibus nam elementis constent, qua item corporis animalis parte vt in loco sitis tuentur docetur. fo.6.

Lectio Sexta. Sensibiliũ doctrinam aggreditur, Luminis item ac Perspicui naturam explicans, coloris perfectã rationem deducit. fo.7.

Lectio Septima. Coloris in extremos ac medios partitio, ipsorũq; duplex generationis ac mistionis modus assignatur. fo.8.

Lectio Octaua. Ipsa mediorum colorum generatio ex cõi ac propria corporum mistione insinuatur: cur item & quo multiplicentur ipsi medij colores differitur. fo.9.

Lectio Nona. De sapore, & odore prius tractandum esse, & prius de sapore: de cuius natura tres antiquorum refelluntur sententiæ, propriaq; ac vera traditur. fo.10.

Lectio Decima. Propria ac vera generationis saporũ causa, ex cuius rõne, eius probata deducit definitio. fo.11.

Lectio Vndecima. Medij sapores, quorum triplex assignatur distinctio, quo generent: sensibilia item tangibilia, ac cõia sensibilia opinantes rõnibus confutant. fo.12.

Lectio Duodecima. a quo nam odor generari aptus natus sit, & in quo aeri & aquæ cõe susciatur. fo.14.

Lectio Tertiadecima. Quædam odoris species diuersos consequentes sapores declarantur, modusq; quo tam ab homine, quam aliis animalibus per respirationẽ percipiantur ostenditur. fo.15.

Lectio Quartadecima. Quomodo animalia non respirantia odorent: odoratum item medium esse sensum inducitur: animalia quoq; odore non nutriri contra Pythagoricos ostenditur. fo.16.

Lectio. xv. Difficultatis solutio, an qualitates sensibiles in infinitum diuidantur: cur item sensibilium finitæ sint species præmonstratur. fo.18.

vi. Quæstionis dilutio, an sensibilia prius mensum int[illegible]r. fo.20.

[illegible]ficul[illegible]an contingat duos [illegible]tpe, due[illegible]s to

in qua de temporis sensibilitate agitur: & quòd sensibile omne diuisibile sit, ostenditur. fo.21.

Lectio. xviij. Vera p̃dictæ difficultatis solutio, quomodo videlicet anima, seu illius pars sentit simul diuersa sensibilia modis duobus: quomodo item sensibile omne quantũ est ostenditur: dicta quoq; dicẽdis copulant. fo.22.

Summa libri de Memoria & Reminiscentia.

De Memoriæ & Reminiscentiæ, Memorari & Reminisci natura ac diuersitate. Quæ item memorari vel reminisci dicamur. Quomodo aliqui alijs magis memoria valeant ostenditur. fo.24.

Lectio Prima. Quænam dicenda sint. Ex ijs demum quorum memoria esse dicitur, memoriæ deducitur, definitio. fo.24.

Lectio Secunda. Quomodo memoria ad partẽ intellectiuam & sensitiuã spectet signis duobus ostenditur. fo.25.

Lectio. iij. Dubitationis solutio, ex qua quomodo rei absentis fiat memoria: qui item memores esse dicuntur, ac ipsius memoriæ definitio deducitur. fo.26.

Lectio. iiij. Quid sit ipsum reminisci, quod neq; memorari, aut de nouo addiscere sit concluditur. fo.27.

Lectio. v. Causa reminiscendi proponit, modus quoq; quo reminiscimur: cur item quæ procul sunt magis, quã ea, quæ prope memoremur exponitur. fo.28.

Lectio. vi. Reminisci & addiscere, seu iterum inuenire quomodo differant: qcq; & cur reminiscentem à principio incipere oporteat, ostenditur. fo.29.

Lectio. vij. Memoria ac reminiscentia tempus ipsum quomodo respicere habeant. fo.30.

Lectio. viij. Reminiscentiæ ac memoriæ alia dria, ex qua illã passionẽ esse corporeã multipl'r ostenditur. fo.31.

Summa libri de Somno & Vigilia.

Somni ac Vigiliæ natura, quibus nãalibus, & qñ in sint, & in qua parte fieri habeant declaratur. fo.32.

Lectio Prima. Quæ nam de Sõno ac Vigilia considerãda, quòdq; cõiuncti passiones sint, pponit. fo.32.

Lectio. ij. Duæ afferuntur conclusiones, altera est, nulli animali semper ineſſe vigiliam: altera vero, omni animali penè somnum & vigiliam ineſſe. fo.33.

Lectio. iij. Cuiusnam sensus Somnus, & Vigilia passio sit ostenditur. fo.34.

Lectio. iiij. Sõni ac Vigiliæ cãę q̃dã enumerant. fo.34.

Lectio. v. Quibusdam suppositis vera Somni ac Vigiliæ efficiens causa assignatur, & signis nonnulis cõprobatur: somni item concluditur definitio. fo.36.

Lectio. vi. Soluitur dubitatio quonam pacto somnus infrigidatio sit, cum causæ multæ eum producẽtes sint calidæ: vigiliæ demũ causæ efficientes exquiruntur. fo.37.

de Somnijs.

Lectio Prima. Cuiusnam partis animæ sit somnium, quod non esse sentientis simpliciter, nec opinãtis, nec intelligentis sed, sentientis ut imaginantis, dicitur. fo.38.

Lectio. ij. Passiones quæ fiũt à sensibilibus in ipsis sen[illegible]ntibus aliquo modo immanere. fo.39.

[illegible]ònsen[illegible]pati, ed agere q̃q; ostens[illegible]ipse decipiat, manifestũ fit. fo.40

Lectio.iiij. Motus seu simulacra, q̃ à sensibilibus fiunt nõ tñ in vigilia, sed ẽt in somno apparere dicitur. fo.41.
Lectio.v. Quorundam, quę in somno accidunt redditur causa. fo.42.

de Diuinatione per Somnum.

Lectio Prima. Diuinationis causam dubiam esse dicitur: somnia item alia causas, alia signa, alia vero eorũ quę fiunt accidẽtia quòd sint probatur: quòd somnia ĩtẽ à Deo non mittantur: & cur aliqua denominantur somnia, aliqua vero non. fo.43.
Lectio.ij. Qui nam sint recte somniãtes, & qui: & qui nam sint somniorum interpretes. fo.45.

de Animalium Motu.

Lectio Prima. De animalium motus causa agendum esse dicitur: quòd animalis item quod mouetur necessarium sit unam partem quiescere, & in ipso aliquod esse, ad quod innisum moueatur multipliciter pbatur. fo.45.
Lectio.ij. Dubitatio an Cœlũ à motore corporeo moueatur nec ne, & an eius sit pars ex aliorum erroribus discutitur. fo.48.
Lectio.iij. Ex propositæ dubitationis solutione deducitur, quæ sint ea, in quorum motu motorem alicui rei innitι necesse sit, quæ vero non, tam animatis, quam inanimatis, & in alijs etiam motibus à locali quid dicendum sit aperitur. fo.49.
Lectio.iiij. Quorumcunq; animalium quę nam sint in ipsis principia tum prima, tum instrumentalia motus, ac quietis ostenditur. fo.50.
Lectio.v. Quo pacto animal per intrinseca principia, & principales causas moueatur intellectũ scilicet practicum & speculatiuum aperitur. fo.51.
Lectio.vi. De causis motus animalium instrumentarijs, quomodo videlicet primum mouens organice à primo & principali mouente moueatur ex artificialibus ostenditur. fo.52.
Lectio.vij. Mouens primum ac principale in animalibus, q̃d sit, & in qua corpis partẽ sitũ habeat declarat. fo.54.
Lectio.viij. Præter principale mouens in animalibus quod oporteat esse mouens organice, & q̃d sit, & in qua corporis sit parte ostenditur. fo.55.
Lectio.ix. Comparatio animalis in sui ipsius motibus ad ciuitatem recte legibus instituram. fo.56.
Lectio.x. De motibus quorundã partiũ in ipso aãli, tum inuoluntarijs, tum non voluntarijs. fo.56.

Summa libri de Longitudine & Breuitate Vitæ.

Quæ nam animalium breuis ac longioris esse vitæ dicantur causæ item cum apparentes, tum verę inuestigantur, quæ cunctis viuentibus vitam breuem aut longam præbent.

Lectio Prima. De quo agendum sit: item animalium alia longæ, alia breuis esse vitæ, & qua de causa alia breuis, alia longioris vitæ fieri dicuntur: & cur rerum ali quæ facilis, aliquæ verò difficilis sint corruptionis. fo.57.
Lectio.ij. Non ex multis, quæ videri possent assumendas esse causas lõgitudinis, & breuitatis vitę, sed ex alijs, quas veras esse causas constat: quæq; exactissime declarantur, in animalibus scilicet. fo.59.

Summa libri de Iuuentute & Senectute, Vita & Morte, & Respiratione.

De Iuuentute & Senectute, Vita & Morte, Inspiratione & Respiratione, quibus animalium ac diuersificari dicitur causis, & naturæ ipsorum modis, tum ex propria, tum ex aliorum sententijs exquisite tractatur. fo.63.

Lectio Prima. Viuentium omnium viam eandemq; numero esse partem, q̃a viuũt, ipso vero esse plures & diuersas: eãq; in medio esse. fo.63.
Lectio Secunda. Ex ipsa animalium diuisione, & plantis partem eam, qua animalia viuũt, in medio esse, manifestum fit. fo.65.
Lectio Tertia. Ex generatione animalium & plantarum, q̃ pars illa, qua viuit quodcunq; animal, sit in ipsorum medio declaratur. fo.65.
Lectio Quarta. In corde omnium viuentium calidita tem adultorum vitam necessariam inesse: quæ quomodo corrumpatur ostenditur. fo.67.
Lectio.v. Quo in omnibus viuentibus calidum, quo viuunt, per refrigerationem saluari oporteat: & quo hæc in cunctis refrigeratio fiat, ostenditur. fo.67.
Lectio.vi. Quæ de Respiratione dicenda sunt proponuntur: q̃ ĩtẽ aãlia respirent, & q̃ non, declaratur. fo.68.
Lectio.vij. Anaxagoræ ac Diogenis reprobatur opinio, qua omnia animalia respirare asserebant, vt in piscũ respiratione intueri ipsorum sententiam licet. fo.69.
Lectio.viij. Democriti de Respiratione placitum multipliciter destruitur. fo.70.
Lectio.xi. Platonis de Respiratione decretum, & ipsius improbatio. fo.71.
Lectio.x. Empedoclis de Respiratione sententia, & ipsius redargutio. fo.72.
Lectio.xi. Quædã prius dicta reperiuntur, quibus quo modo in animalibus vitæ breuioris refrigeratio fiat, manifestum fit. fo.73.
Lectio.xij. Quæ nã sit refrigerationis causa in his quæ longæ vitę sunt: quorundam demum dictorum de Respiratione redditur ratio. fo.74.
Lectio.xiij. Quæ nam animalia respirent, & quæ non, & de respirationis & refrigerationis organis agitur, Pulmone scilicet & Branchijs: quæ non omni animali inesse ostenduntur. fo.75.
Lectio.xiiij. Soluitur dubitatio, scilicet propter quid quædam aquatilium pulmonem habentium refrigerentur, & alimentum capiant. fo.76.
Lectio.xv. Propter quid nonnulla animalia pulmonẽ habere dicantur. fo.77.
Lectio.xvi. Propter quid habentia pulmonem habentẽ multum sanguinem maxime respirant, ad respirationem item infrigidationem sequi dicitur, modus etiam ponitur infrigidationis in pulmone carentibus, & differentiare spirantium à non respirantibus. fo.78.
Lectio.xvij. De causis vitæ ac mortis tam violentæ, quam naturalis, earumq; definitiones. Iuuentutis item & Senectutis atq; vigoris. fo.79.
De Saltu, Pulsu, ac Respiratione cordi accidentibus manifestis multa dicuntur. fo.81.

Libri de Sanitate & Morbo initium. fo.82.

de Motu cordis.

An Naturalis vel violentus eius sit motus ex aliorum sentẽtijs inquiritur, hinc determinata veritate, diluitur q̃ contra ipsam apparẽter adducta fuerũt argumẽta. fo.83.

de Natura luminis.

De luminis natur[illegible] sitate ad [illegible]endum, deq; [illegible]ura Dyafo. fo.83.

INDEX NOTABILIVM DICTORVM, QVAE IN HOC PARVORVM NATVRALIVM OPERE CONTINENTVR.

Adequatio duplex. folio. 48. columna. 4. E
Aer est subtilior aqua. folio. 11. col. 2. D
Agentia cõtraria si fuerint omnino æquata fm suas virtutes, fm quas agunt & patiuntur, impossibile est ꝙ vnum in alterum agat. folio. 48. col. 4. FG
Anima non cognoscit magnitudinem ei se extendendo. folio. 30. col. 3. F
Anima vegetatiua operatur magis in dormiendo ꝙm in vigilando. folio. 34. col. 1. B
Anima qũo sit tota ī toto corpe et tota in qualibet parte: & qũo sit in principali parte aĩalis. fol. 56. col. 3. F
Animalia imperfecta habent phantasiam: concupiscentiam: gaudium: & tristitiam: sed nõ in aliqua corporis parte determinata. fol. 1. col. 4. H
Animam esse locatam in corde quis sensus. 79. 1. B
Aĩalibus, dupl'r aliqd sensibile ẽ necessariũ. fol. 2. col. 8. E
Animal ꝙm primum habet sensum necesse est ipsum augeri & nutriri. fol. 36. col. 1. D
Animali insunt partes proportionales eis quę concurrũt ad motum currus. fol. 53. col. 1. A
Animalia multum coitiua & multi spermatis sunt breuioris vitæ, & citius senescunt. fol. 61. 2. A
Animalibus penitus sanguine carentibus qũo fiat infrigidatio sufficiens à continente. fol. 74. 2. D
Aĩalia entoma oĩa sunt sine sanguine. fol. 74. 3. H
Animalia entoma qomodo infrigidenť, & respirent, et inspirent. ibidem. FG
Animalia cum moriuntur propter defectum infrigidationis, suffocari dicuntur. fol. 75. 1. C
Aĩalium in aqua habitãtium plus pñt viuere in aere quæ sanguinẽ non habẽt, ꝙm quę sanguinem hñt. fol. 75. 2. C
Aĩalia respirãtia ꝙ sint, et quo mõ infrigidenť. fol. 75. 3. F
Animalia habentia pulmonem quæ sint. fol. 75. 3. H
Aĩalia aquatilia respiratione vtẽtia quæ sint. fol. 75. 4. F
Animalia branchias habentia quæ sint. fol. 75. 4. H
Animalia honorabiliora & perfectiora maiorem habẽt caliditatem. fol. 77. 3. G
Aĩalia honorabiliora & pfectiora pulmonẽ hñt. ibidem.
Animalia quædam viuunt ablato corde. fol. 80. 1. C
Aĩalia, quæ pñt tps sentire, sola memoranť. fol. 25. 2. AB
Aĩalia quædã non percipiunt nisi pñs sensibile. 26. 2. A
Aĩata tm, ī motu suo hñt ī seipsis aliqd qescẽs. fo. 49. 4. G
Appetitus quomodo sit ultima & proxima causa motus animalis. fo. 52. 3. H
Appetitus duplex. fol. 52. 3. H
Aqua est subtilissima omnium humorum, non autem homidorum. fo. 11. 2. D
Aurę ẽ põderosi⁹ cæteris metallis, ꝙ terrestri⁹. fo. 14. 3. G

Bonum vle non mouet, sed particulare. fol. 51. col. 2. C
Bonũ quod mouet non semp est bonũ fm veritatẽ, sed sufficit eẽ bonũ apphẽsum & apparẽs. fo. 51. 2. CD

Calidum & frigidum sunt causa augmenti & decrementi. folio. 12. col. 3. FG
Calido agẽti ī frigidũ cõtinue fit deperditio aliq. fo. 55. 4. E
Calidũ generat & mouet odores & sapores. f. 14. 4. EFG
Calidũ naturale quotupliciter corrumpatur. fol. 67. 3. G
Cal'm naturale saluari oportet ꝙ refrigerationẽ. f. 68. 1. A
Calidum sine humido stare no. potest. fol. 60. 2. D
Caliditatis ẽ extẽdere, frigiditatis [illegible] cõdẽsare. f. 53. 4. H
Causæ n[illegible]rales, v[illegible] causant effectus tos, & nonne. 55. 1. B
Cœlũ qua impossibilitate sit impose corrũpi. fol. 49. 2. B
Cælũ moueri ab aliquo qd sit ītra ipm ẽ ipose. fo. 49. 3. H
Cœlum non firmatur in terra in mouendo. fol. 94. 4. E
Cerebrum est frigidius & humidius inter omnes partes corporis. fol. 7. 1. A. 38. 1. D
Color ẽ extremitas pspicui ī corpe terminato. f. 8. 2. CD
Color non est extremitas corporis, vt Pithagorici posuerunt. fol. 8. 1. C
Colorum differentiæ causantur ex lumine. fol. 8. 3. F
Colores medij qũo generentur. fol. 8. 4. E
Consuetudo est sicut natura. fol. 30. 1. D
Consuetudo licet imitetur naturam, tamẽ deficit ab eius firmitate. fol. 30. 1. CD
Contingens ad vtrumlibet quid. fol. 45. 1. B
Continui diuisio duplex. fol. 19. 2. D
Continuum non potest moueri fm vnam partem alia nõ mota, nisi soluatur continuitas. fol. 50. 1. D
Continens cooperať rei, vel contraoperať. fol. 59. 4. G
Contraria simul recipiuntur in intellectu & in sensu, non autem in corporibus. fol. 23. 4. FG
Contrarium cum à suo contrario circundatur vnitur in seipsum & fortificatur. 81. 2. AB
Coniungi & separari est proprie corporum. fol. 5. 4. H
Cor est calidissimũ inter oẽs partes corporis. fol. 7. 1. BC
Cor est principium spiritus. fol. 35. 3. F
Cor est principium in animali. fol. 53. 3. F
Corde alterato ad caliditatem uel frigiditatem, magna et multa fit diuersitas in partibus exteriorib⁹. fol. 53. 3. F
Cordi accidentia quæ sint. fol. 81. 1. D
Cordis motus à qbus fiat principaliter ẽt p se. fol. 83. 4. F
Corpus se offerens visui dupl'r consyderatur. fol. 9. 4. G
Corpora agunt fm qualitates suas. fol. 12. 1. CD
Corpoꝝ dyafanoꝝ & lucidoꝝ permixtio ẽ causa pmixtionis mediorꝝ colorum, & multitudinis eorꝝ. fol. 10. 2. C
Corp⁹ mathematicũ ẽ diuisibile ī infinitũ & cur. fo. 19. 2. E
Corpus alteratur ad caliditatem & frigiditatem per sensum & phantasiam & intellectum. fol. 53. 2. A

Delectabilia & tristabilia ferè omnia sunt cum caliditate & frigiditate. folio. 53. columna. 4. E
Demon est nomen cõe oĩbus intelligentĩs. fol. 32. 3. GH
Diuinatio quid. fol. 43. 3. F
Diuinatio quæ in somnis fit neꝙ est contemnenda neꝙ omnino suadenda. fol. 43. 3. H
Dormientes ꝙre allqñ faciant opa vigilantiũ. fol. 36. 1. A
Dulci nutriuntur omnia. fol. 12. 4. E
Dulcia nimis sunt repletiua propter sui leuitatẽ. ibidem.

Effectus procedens à causa naturali vt frequenter, qua re dicatur ad vtrumliber. fo. 45. 1. B
Elementorum proprietates quæ sint. fol. 11. 4. G
Elementa simplicia non nutriunt. fol. 17. 3. E
Elementa sunt causa corruptionis. fol. 58. 3. G

Famosum impose est eẽ falsum fm rotũ. folio. 43. 3. H
Fãtasmata ad qd deseruiãt intellectui. fol. 1. 2. ABCD
Fantasmata rerum absentiũ quare magis appareant dormiendo ꝙm vigilando. fol. 45. 2. D
Fantasia quid sit. fol. 39. 3. H
Fantasia cõi noĩe nominatur intellectus. fol. 51. 2. A
Finis est optimum in vnoquoꝙ. fol. 35. 2. B
Forma subalis nõ pcipit sensu, sed intellectu. fol. 12. 1. B
Formæ substantiales sunt principia qualitatum & aliorꝝ accidentium. fol. 20. 1. B
Frigus excedẽs aufert & impedit augmẽtũ. fol. 61. 3. GH

Homo habet cerebrum maius fm quantitatẽ sui corporis cæteris animalibus. fol. 10. 4. F
Homo est longioris vitæ fm totam speciem suam ꝙm animalia alterius speciei. fol. 58. 2. D
Hominum quare aliqui in eadem specie sunt longioris vitæ, alij breuioris. fol. 58. 3. E
Homines longioris & breuioris vitæ ꝙ sint. fol. 58. 3. F
Humidũ est nobilius inter qualitates passiuas. fo. 11. 4. G
Hu[illegible] est subiectum proprium calidi. fol. 60. 2. D

ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE SENSV ET SENSATO.

Cum Diui Thomæ Aquinatis præclarissima expositione.

SVMMA LIBRI.

De Quinq; *sensuum Viribus. De ipsorum singulis Instrumentis. De sensibilium item secundum unumquemq; sensum generatione, speciebus, ac natura, cũ ex Antiquorum, tum ex propria opinione tractatur.*

LECTIO PRIMA.

Totius naturalis Philosophiæ in partes formalis diuisio. Quæ item, ac quid sint ea, quæ ad hanc pertineant partem definitur.

Nicolai Leonici interpretatio.

VOniam de anima per se, nec nõ depositatibus singulis, quæ per partes illi insunt, pertractatum est prius, proximum est de Animalibus perscrutari, & de iis quæ uitam habent omnibus, quæ nã propria, & quæ communia illorum sunt opera. Quæ igitur dicta sunt de anima supponantur. de reliquis uero dicamus, & de primis prius.

Antiqua translatio.

QVoniam autẽ de anima secundum seipsam determinatũ est, & de virtutum qualibet, ex parte ipsius, consequens est facere considerationem de animalibus & vitam habentibus omnibus, quæ sunt propriè, & quæ communes operationes eorum. Quæ igitur dicta sunt de anima subijciantur. De reliquis autem dicamus, et primum de primis.

SIcut Philosophus dicit in tertio de Anima, sicut separabiles sunt res à materia, sic & q̃ circa intellectum sunt. Vnumquodq; enim intantũ est intelligibile, inquãtum est à materia separabile, unde ea, quę sunt ſm naturã à materia separata, sunt ſm seipsa intelligibilia actu, q̃ vero à nobis à materialibus cõditionib⁹ sunt abstracta, fiũt intelligibilia actu p lumen nostri intellect⁹ agẽtis. Et, qa habitus alicuius potẽtiæ distinguũtur specie ſm differentiam eius, quod est per se obiectum potentiæ, necesse est q̃ habitus scientiarum, quibus intellectus perficitur, etiã distinguantur ſm differentiam separationis à matera, & ideo Philosophus in sexto Mera. distinguit genera scientiarum ſm diuersum modum separationis à materia. Nã ea, quæ sunt separata à materia ſm esse & rationem, pertinent ad Metaphysicum, quæ autẽ sunt separata ſm rationem & non ſm esse, pertinent ad Matematicum. quæ autem in sui ratione concernunt materiã sensibilem, pertinent ad Naturalem. Et sicut diuersa genera scientiarum distinguuntur ſm hoc q̃ res sunt diuersimode à materia separabiles, ita etiam in singulis scientijs, & præcipue in scientia Naturali, distinguuntur partes scientiæ ſm diuersum separationis & cõcretionis modum. & quia vniuersalia sunt magis à materia separata, ideo in scientia Naturali ab vniuersalibus ad minus vniuersalia procedit. sicut Philosopus docet primo Phy. Vnde & scietiam Naturalem incipit tradere ab his, quę sunt cõissima omnibus naturalibus, quæ sunt motus, & principiũ motus, & demũ processit per modũ concretionis siue applicationis principiorum cõium, ad quædam determinata mobilia, quorũ quædam sunt corpora viuentia. circa quę ẽt simili modo processit distinguens hanc consyderationem in tres partes. Nam primo quidem consyderauit de anima ſm se, quasi in quadam abstractione, secundo cõsyderationem facit de his, quæ sunt animæ ſm quãdam concretionem, siue applicationem ad corpus, sed in generali. Tertio consyderationem facit applicãdo omnia hæc ad singulas species animalium & plantarum determinando quid sit proprium vnicuiq; speciei. Prima igitur consyderatio continetur in Libro de Anima, Tertia vero consyderatio continetur in Libris, q:os scribit de Animalibus & Plantis. Media vero consyderatio continetur in libris, quos scribit de quibusdam, quę pertinent cõirer, vel ad omnia animalia, vel ad plura genera eorum: vel etiam ad omnia viuentia, circa quæ huius libri est præsens intentio. Vnde consyderandum est, q̃ in secũdo de Anima quatuor gradus viuẽtium determinauit. quorum primus est eorum, quæ habent solam partem animæ nutritiuam, per quam viuunt, sicut sunt plantæ: quædam autem sunt, quæ cum hoc habẽt ẽt sensum sine motu progressiuo, sicut sunt animalia imperfecta, puta conchilia: quædam vero, quæ habent insuper motum localem progressiuum, sicut animalia perfecta, vt equus & bos: quædam vero insuper intellectum, sicut homines. Appetitiuum enim quamuis ponatur quintum genus potentiarũ animæ, non tñ cõstituit quintum gradũ viuentium: quia semp consequitur sensitiuum. Horum aũt intellectus quidem nullius partis corporis actus est, vt pbatur tertio de Anima. vnde non potest consyderari p concretionem vel applicationẽ ad corpus, uel ad aliquod organum corporeum. Maxima enim cõcretio eius est in anima: summa aũt eius abstractio est in substãtijs separatis. Et ideo præter Librum de Anima Arist. non fecit Librum de intellectu & intelligibili: vel si fecisset, non pertineret ad scientiam Naturalem, sed magis ad Metaphysicum, cuius est consyderare de substantijs separatis. Alia vero omnia sunt actus alicuius partis corporis, & ideo eorum potest esse specialis cõsyderatio per applicationem ad corpus, vel organa corporea præter consyderationẽ, quæ habita est de ipsis in lib. de Anima. Oportet ergo hmõi consyderationẽ mediam in tres partes distingui, quarum vna contineat ea, quæ pertinẽt ad viuum, inquantum est viuum, & hic continetur in libro, quẽ scribit de Morte & Vita, in quo etiam determinat de Respiratione & Expiratione, p quæ in quibusdã vita conseruatur: & de Iuuentute & Senecture, per quæ diuersificatur status vitę. Similiter autem et in Libro, qui inscribit de Causis Longitudinis & Breuitatis vitæ: & in Libro, quem fecit de sanitate et ægritudine: quæ etiã pertinent ad dispositionem vitę: & in Libro, quem dicitur fecisse de Nutrimẽto et Nutribili, qui duo Libri, apud nos nondum habentur. Alia vero pertinẽt ad motiuum: quæ quidem cõtinentur in duobus, s. in libro de causa motus animalium: & in Libro de Progressu animalium, in quo determinat de partib⁹ animalium opportunis ad motũ, tertia vero pertinet ad sensitiuum. Circa quod consyderari potest, & id quod pertinet ad actũ interioris vel exterioris sensus. et quantũ ad hoc cõsyderatio sensitiui continet in hoc Libro, q̃ inscribit de Sensu & Sẽsato. i. de Sensitiuo et sensibili sub quo ẽt continet tractat⁹ de Memoria et Reminiscẽtia. Et iterũ, ad consyderationẽ sensitiui pertinet id, quod facit differẽtiam circa sensum in sentien-

Diuisio naturalis philosophię in suas partes, & modus procedẽdi ei⁹.

Viuẽtium gradus ex 2. de Aia. Te. cõ. 19.

Appetitiuum nõ cõstituit quintum gradũ viuẽtium.

Intẽtio huius libri in tres partes secatur.

Desyderãt libri duo Ari. de nutrimento & nutribili. Cõsyratiõnis omniũ naturaliũ ordo.

do: quod per somnũ, & vigiliam determinauit in Libro, qui inscribitur de Somno & vigilia. Sed, quia oportet per magis similia ad dissimilia transire, talis videtur esse rationabiliter horum librorum ordo, vt post librũ de Anima, in quo de anima secũdum se determinatur, immediate sequatur hic Liber de Sensu & Sensato: quia ipsum sentire magis ad animam ꝙ ad corpus pertinet: post quem ordinandus est Liber de Somno & vigilia: quę importãt ligamentum & solutionem sensus. Deinde sequuntur libri, qui pertinẽt ad mortuum: quod est magis propinquũ sensitiuo. Vltimo autem ordinantur libri, qui pertinent ad communem consyderationem viui: quia ista consyderatio maxime concernit corporis dispositionem.

Hic igitur Liber, qui de Sensu & Sensato inscribitur, primo quidem in duas partes diuiditur, in procœmium et tractatum, qui incipit, ibi {Sed de sensu & sentire.} Circa primum duo facit. Primo manifestat suam intentionẽ, ostendens de quibus sit tractandum. Secũdo assignat rationem, quare necessarium est de his tractari. ibi {Videntur autem maxime.} Dicit ergo primo iam determinatum esse in Libro de Anima de anima ſm seipsam, vbi, ſ. animam definiuit. Iterum consequenter determinatũ est de qualiber virtute & potentia eius, sed hoc dico {ex parte ipsius.} Cum enim potentiæ animę præter intellectũ, sint actus quarũdam partium corporis, dupliciter de his cõsyderari potest, vno modo ſm ꝙ pertinent ad animã, quasi quædam potentiæ vel virtutes eius. alio modo ex parte corporis. De ipsis ergo potentijs animę ex parte ipsius animæ determinatum est in libro de Anima, sed nũc consequens est facere consyderationem de animalibus, {& omnibus habentibus vitam.} quod addit propter plantas {determinando, ſ. quæ sunt operationes eorum propriæ} scilicet singulis speciebus animalium & plantarum. {Et quæ communes}. ſ. omnibus viuentibus, vel omnibus animalibus, vel multis generibus eorum. {Illa igitur, quæ dicta sunt de anima subñciãtur vel supponantur}. i. vtamur ipsis in sequentibus, tanꝙ suppositionibus iam manifestis. {De reliquis autem dicamus: & primum de primis} id est primo de communibus, & postea de propriis. Iste enim est debitus ordo scientiæ Naturalis, vt determinatum est in principio libri Physico. Deinde cum dicit.

Potẽtię aliæ ꝑter intellectũ duplicit cõsyderant.

T, c, 1, &, 4

Videntur autem quæ maxima sunt & communia & propria animalibus cum animæ, tum corpori esse cõia.

Vidẽtur autem *maxima, & cõia & propria animalium esse cõia corporis, & animæ.

*a, l. maxime. Necessitas libri huius ostẽditur.

Ostendit necessitatem præsentis cõsyderationis. Si. n. operationes tam propriæ ꝙ communes animaliũ & plantarum essent propriæ ipsius animæ, sufficeret ad hoc consyderatio de anima, sed, quia sunt cõmunes animæ & corpori, ideo oportet, post cõsyderationẽ de anima, de huiusmodi consyderare, vt sciatur qualis dispositio corporum ad huiusmodi operationes vel passiones requiritur. Et ideo Philosophus hic ostendit omnia communia esse animæ & corpori. Circa autẽ hoc tria facit Philosophus. primo proponit quod intendit, secundo enumerat ea, de quibus est intẽtio. ibi {Puta sensus.} tertio probat propositum. ibi. {Quòd autem omnia dicta.} Dicit ergo primo ꝙ illa, quæ sunt maxima, & præcipua inter ea, quę pertinent ad animalia & plantas, siue sint communia omnium animalium, aut plurium, siue sint propria singulis speciebus, ẽt ex ipso primo aspectu videntur esse cõia animæ & corporis. Vnde aliam consyderationẽ requirunt præter eã, quæ est de anima absolute. Deinde cum dicit.

Vt sensus, & memoria, ira & desyderium, & omnino appetitio, uoluptasq; insuper & dolor. hæc enim ferè omnibus insunt animalibus. Et præterea alia quidem omnibus quæ uita participant sunt communia, alia uero animalibus dumtaxat quibusdam. Horum autem maxime cõiunctiones solum sunt quatuor, uigilia & somnus, iuuentus & senectus, ſpiratio & expiratio, uita & mors. de quibus ſpeculandum est quid quodq; illorum est, & quas ob causas fieri contingant. Physici etiam est sanitatis & morbi prima cognoscere initia: cum neq; sanitatẽ neq; morbum fieri posse constet ijs, quæ uita carent. Quã obrem Physicorũ ferè plurimi, & Mendicorũ ii, qui Physice artẽ exercent magis, illi quidem ad ea quæ sunt Medicinæ artem definũt, Ii autem ex iis, quæ de Natura sunt ea, quæ ad Medicinam ſpectant exordiuntur.

Puta sensus & memoria, & ira & desyderiũ, & omnino appetitus, & cũ his gaudium & tristitia. etenim hæc ferè insunt omnibus animalibus. Cum his autẽ hæc quidem omnibus sunt vitam participantibus communia, hęc vero animalium quibusdam. Existunt autem horũ maxime quatuor coniugationes numero, velut vigilia somnus, & iuuentus & senectus, & expiratio & respiratio, & vita & mors: de quibus consyderandum est quid sit vnumquodq; eorum, & quibus de causis accidat. Verum Physici est de sanitate & infirmitate prima inuenire principia. nec enim sanitatem nec infirmitatem possibile fieri carentibus vita. Quare ferè Physicorum plurimi & Medicorum, qui magis physice artem prosequuntur, hi quidem finiunt ad ea, quæ de medicina, hi vero ex his, quæ de Natura, incipiunt de medicina.

Naturalis de sanitate & infirmitate pria cognoscere principia.

Enumerat ea, de quibus est intentio, & primo ponit ea, quæ pertinent ad sensitiuum, ſ. sensum & memoriam. Nõ facit autem de alijs mentionem, ſ. de imaginatione & æstimatione, quia hęc non distinguuntur à sensu ex parte rei cognitæ. sunt enim præsentium vel quasi præsentium: sed memoria distinguitur per hoc ꝙ est præteritorum in quantum præterita sunt. Secũdo ponit illa, quæ pertinẽt ad motiuum. Est autem propinquum principium motꝰ in animalibus appetitus sensitiuus, qui diuiditur in duas vires, ſ. irascibilem & concupiscibilem, sicut dictum est in tertio de Anima. Ponit ergo iram pertinentem ad vim irascibilem, & desiderium pertinens ad cõcupiscibilem, à ꝗbus duabus passionibus, tanꝙ à manifestioribus prædicte duæ vires denominantur. Concupiscibilis enim denominatur à desiderio, irascibilis autem ab ira. Sed, quia sunt quædam aliæ animæ passiones ad vim appetitiuam pertinentes, ideo subiungit. {Et omnino appetitus.} vt comprehendat omnia, quæ ad vim appetitiuã pertinent. Ad omnes autem passiones animæ, siue sint in irascibili, siue in cõcupiscibili, sequitur gaudium, vel tristitia, vt dicitur secundo Ethicorum. et ideo subdit {& cũ his gaudium et tristitiam.} quasi finales & vltimæ passiones. Et subiungit ꝙ hæc, quæ enumerata sunt, ferè inueniũtur in omnibus generibus animalium. Dicit autẽ ferè: quia plura eorum inueniuntur in omnibus animalibus tam perfectis ꝙ imperfectis, ſ. sensus & desiderium, & appetitus, & gaudium, & tristitia. Habent enim animalia imperfecta de sensibus solum tactum: habent etiam phantasiam & concupiscentiam & gaudium & tristitiam: licet indeterminatæ sint, & indeterminate moueantur, vt dictum est secundo de Anima. Memoria vero & ira in eis totaliter nõ inuenitur, sed solum in animalibus perfectis. Cuius ratio est, quia non omnia quæ sunt inferioris generis, sed solum suprema & perfectiora, pertingunt ad aliquã participationem simlitudinis eius, quod est proprium superiori generi. Differt autẽ sensus ab intellectu & ratione: quia

Quo imaginatio existimatio à memoria distinguant.

Supremi infimi attingit infimi suprem.

quia intellectus vel ratio est vniuersaliū, quæ sunt vbiq; & semper: sensus autem est singularium, quæ sunt hic & nunc. Et ideo sensus secundum suam propriam rationem non est cognoscitiuus nisi præsentium. Quòd autē sit aliqua virtus sensitiuæ partis, se extendens ad alia, quæ non sunt præsentia, hoc est secundum similitudinariam participationem rationis, uel intellectus. Vnde memoria, quę est cognoscitiua præteritorum, conuenit solum animalibus perfectis, ut pote supremum quoddam in cognitione sensitiua. Similiter etiam appetitus sensitiuus, cōsequens sensum fm propriam rationem, est eius quod est delectabile secundum sensum: quod pertinet ad vim concupiscibilem, quæ est cōmunis omnibus animalibus. Sed q; animal tendat per appetitū ad aliquod laboriosum, pura ad pugnam vel aliquod huiusmodi, habet similitudinem cū appetitu rationali, cuius est appetere aliqua propter finē, quæ non secundum sensum sunt appetibilia. Et ideo ira, quæ est appetitus vindictæ, pertinet solum ad animalia perfecta, propter quandam appropinquationē ad genus rationalium. Deinde ponit ea, quæ pertinent aliqualiter ad rationem vitæ: & dicit q; cum præmissis inueniuntur alia in animalibus, quorum quędam sunt communia omnibus participantibus vitam: non solum animalibus, sed etiam plantis. Quædam vero pertinent solum ad quædā genera animalium: & horum præcipua sub quadruplici coniunctione enumerantur vel coniugatione. Primā quidem coniugationem ponit vigiliam & somnum, quæ inueniuntur in omnibus animalibus, nō tamen in plantis. Secundam autem ponit iuuenturem & senectutem: quæ inueniuntur tam in animalibus q; in plantis. Cuiuslibet enim corruptibilis & generabilis vita distinguitur p diuersas ætates. Tertiam ponit respirationem & expirationem, quæ inueniuntur in quibusdam generibus animalium, s. in omnibus habentibus pulmonem. Quartam ponit vitam & mortem, quæ inueniuntur in omnibus viuentibus in hoc mundo inferiori: & de his omnibus dicit consyderandum quid vnumquodq; eorum sit, & quę sit causa eius. Et quia prædicta dixerat esse maxima, subiungit de quibusdam, quæ non sunt ita præcipua, sicut sanitas & ęgritudo, quæ non inueniuntur in omnibus indiuiduis generū, in quibus nata sunt esse, sicut accidit de præmissis: sunt tamen nata inueniri in omnibus viuentibus tam animalibus q; plantis. Dicit autem q; etiam ad naturalem Philosophum pertinet inuenire prima & vniuersalia principia sanitatis et ęgritudinis: particularia aūt principia consyderare pertinet ad Medicum, qui est artifex factiuus sanitatis, sicut ad quamlibet artem factiuam pertinet consyderare singularia circa suum propositum: eo q; operationes in singularibus sunt, & q; hæc consyderatio pertineat ad Naturalem probat. ibi {Nec enim sanitatem etc.} Et hoc dupliciter. Primo quidem per rationē. nō enim potest inueniri sanitas, aut infirmitas, nisi in habentibus vitam. Ex quo patet quòd corpus viuū est proprium subiectum sanitatis et ęgritudinis. Principia enim subiecti sunt principia proprię passionis. Vnde cum ad Philosophum naturalem pertineat consyderare corpus viuum, et eius principia, oportet etiam quòd ipse consyderet principia sanitatis et ęgritudinis. Secundo probat idem per signum siue exemplum, quod concludit ex ratione inducta. Plurimi enim Philosophorum naturalium finiunt suam consyderationem ad ea etiam, quæ sunt de Medicina. Similiter etiam Plurimi Medicorum, qui scilicet magis physicæ, artem medicinæ prosequuntur, non solum experimentis vtentes sed causas inquirentes, inciptunt medicinalem consyderationem à naturalibus. Ex quo patet q; consyderatio sanitatis et ægritudinis communis est et Medicis et Naturalib⁹. Cuius ratio est, quia sanitas causatur quādoq; quidem solum à natura, et propter hoc pertinet ad cōsyderationem Naturalis, cuius est consyderare opera naturæ: quandoq; vero ab arte, et secundum hoc consyderatur à Medico. Sed quia ars non principaliter causat sanitatem, sed quasi adiuuat naturā, et est ministrans ei, ideo necesse est quòd Medicus à Naturali tanquam à principaliori, principia suæ scientiæ accipiat, sicut gubernator nauis ab Astrologo. Et hæc est ratio quare Medici, bene artem prosequentes, à naturalibus incipiunt. Siqua vero sunt artificialia, quæ solum fiunt ab arte, vt domus et nauis: hęc nullo modo pertinēt ad consyderationem Naturalis, sicut ea, quæ fiunt solum à natura nullo modo pertinent ad cōsyderationem artis, nisi inquantum ars vtitur re naturali. Deinde cū dicit.

Quòd autem supra dicta omnia cū animæ, tum corpori communia sint, non est obscurū. siquidem ex iis alia, cum sensu fieri contingit, alia per sensum. Præterea ex illis plęraq; affectiones sunt, nonnulla habitus, alia quin etiam custodiæ & conseruationes: quædam interitus & priuationes. Sensum autem medio corpore animæ ineſſe, & ratione clarum est, & sine ratione. N. LEON

Quòd autem omnia dicta cōmunia sint animæ & corpori non immanifestum est. Omnia enim hæc cum sensu accidunt, hęc vero per sensum. quædam autē hæc quidem passiones huius entis existūt, hæc vero habitudines, hæc autem conseruationes & salutaria, hæc vero corruptiones & priuationes. Sensus autem q; per corpus insit animæ manifestum per rationem, & absq; ratione.

Probat propositum, scilicet q; omnia prædicta sunt cōmunia animæ et corpis, et vtitur tali ratione. Omnia prędicta ad sensum pertinent: sensus autem cōmunis est animæ et corpori: sentire enim conuenit animæ per corpus: ergo prædicta omnia sunt communia animæ et corpori. Primum manifestat quasi per inductionem. Prædictorū enim quædam cum sensu accidunt, scilicet quæ pertinent ad cognitionem sensitiuam, vt sensus, phātasia, et memoria: quædam vero accidunt per sensum, sicut ea, quæ pertinent ad vim appetitiuam, quæ mouetur per apprehensionem sensus. Aliorum vero, quæ pertinent manifestius ad corpus, quędam sunt passiones sensus, scilicet somn⁹, qui est ligamentum sensus, et vigilia, quæ est solutio eius: quædam vero sunt habitudines sensus, scilicet iuuentus et senectus, quæ pertinent ad hoc, quòd sensus bene se habeant vel debiliter: quædam vero sunt conseruationes et salutaria sensus, scilicet respiratio, vita, et sanitas: quædam vero corruptiones et priuationes, sicut mors, et infirmitas. Secundum autem, scilicet q; sensus, communis sit animæ et corporis, dicit esse manifestę et per rationem et sine ratione. ratio enim est in promptu, quia cum sensus patiatur à sensibili, sicut ostensum est in Libro de Anima, sensibilia autem materialia sint et corporea, necesse est corporeum esse, quod à sensibili patitur. Absq; autē ratione manifestum est experimento: quia turbatis corporeis organis impeditur operatio sensus, et eis ablatis, totaliter sensus tollitur.

LECTIO II.

Qui nam sensuum imperfectis ac perfectis animalibus insint, Auditus item ac vitus adinuicem conferuntur.

Cæterum de sensu quidem, & sentiēdi ratione, & cur animalibus istec accidat passio, in commentarijs de Anima dictum est. N. LEON.

Sed de sensu & sentire quid sit: et quare accidat animalibus hęc passio, dictum est prius in his, quæ de Anima.

Præmisso procœmio, in quo ostendit Philosophus suā intentionē, hic incipit, psequi sinū propositū. Et primo determinat ea, quæ pertinent ad sensum exteriorē, Secūdo determinat

Aialib⁹ pfectioribus⁹ nō nulla adsūt quib⁹nonnūq; sapere vīr, & hoc quia pxime accedūt rōnali naturæ.

Prima coniugatio.

Secunda

Tertia.

determinat ea, quę pertinent ad cognitionem sensitiuam interiorem, scilicet de memoria & reminiscentia. ibi{De memoria & reminiscentia.} Ille enim tractatus est pars istius libri secundum Græcos. Circa prima tria facit. Primo resumit quædam, quæ de sensu dicta sunt in Libro de Anima, quibus vtendum est tanquam suppositionibus, vt supra dictum est. Secundo determinat veritatem, quã intendit circa opera sensuum & sensibilium. ibi{In quibus autem habent fieri.} Tertio soluit quasdam dubitationes circa præmissa. ibi{Obiiciet autem aliquis si omne corpus.} Circa primum duo facit. Dicit enim primo quid circa sensum in Libro de Anima dictum sit, secundo assumit quędam eorum. ibi{Animal autem secundũ ꝙ animal.} Dicit ergo primo, ꝙ in libro de Anima dictum est de sensu & sentire, id est de potentia sensitiua & actu eius. & duo dicta sunt de eis, scilicet quid sit vtrunq; eorum, & causa quare animalibus hæc accidant. Vocat autem sentire passionem: quia actio sensus in patiẽdo fit: vt probatum est in Secundo de Anima. Quid autem sit sensus, & quare animalia sentiant, ostendit circa finem Secundi de Anima, per hoc, ℔ ꝙ animalia recipere possunt species sensibilium sine materia. Deinde cum dicit.

Te. cõ. 51.

Animalibus autem omnibus, quà animal est unumquodq;, necesse est sensum inesse: hoc enim esse animal, & non animal diiudicamus.

N. LEON.

Animal autem vnumquodq; secundum ꝙ animal, necesse ẽ habere sensũm. Per hoc enim determinamus animal esse, & non animal.

Sẽsu, aialis rõ constat.

Assumit tria ex his, quę in Libro de Anima dicta sunt circa sensum: quorum primum pertinet ad sensum in cõmuni, secundum pertinet ad sensus, qui sunt communes omnibus animalibus, & hoc. ibi{Proprie autem secundum vnumquodq;} tertium pertinet ad alios sensus, qui inueniuntur in animalibus perfectis. ibi{Sẽsus autem q per exteriora.} Dicit ergo primo, ꝙ omne animal inquã tum est animal, necesse est ꝙ habeat sensum aliquem. In hoc enim, ꝙ est sensitiuũ esse, cõsistit ratio animalis, per quam animal à non animali distinguitur. Attingit enim animal ad infimum gradum cognoscentium, quæ quidẽ alijs rebus cognitione carentibus præeminent in hoc ꝙ plura entia in se cõtinere possunt, & ita virtus eorũ ostenditur esse capacior, & ad plura se extẽdens. Et quãto quidem aliquod cognoscens vniuersaliorem habet rerum cognitionem, tanto virtus eius est absolutior & immaterialior & perfectior. Virtus autem sensitiua, quæ inest animalibus, est quidem capax exterinsecorum, sed in singularitantum. vnde & quandam immaterialitatem habet, in quantum est susceptiua specierum sensibilium sine materia, infimam tamen in ordine cognoscentium, inquãtum huiusmodi species recipere non potest nisi in organo corporali. Deinde cum dicit.

Proprie autem ac singulatim Tactus & Gustatus omnia necessario cõsequuntur animalia. & tactus quidem eam ob causam, quæ in commẽtarijs de Anima dicta est: gustatus uero propter alimentum. suaue enim is diiudicat, & molestum in esculentis, ut alterum fugiat, consectetur alterũ: & omnino sapor gustatiuæ partis ẽ passio.

N. LEON.

Proprie autem secundum vnumquodq;, tactus & gustus insequitur omnia necessario. Tactus quidem, propter dictam causam in his quę de Anima: gustus vero propter escam. Delectabile enim & tristabile discernit ipso circa escam, vt hoc quidem fugiat, hoc autem prosequaẽ: et omnino sapor est nutritiuæ partis aiæ passio.

*a. l. gustatiue.

Ponit id quod pertinet ad sensus communes et necessarios animali. Circa quod cõsyderandum est ꝙ sensus cõmunes et necessarij omni animali, sunt illi, qui sunt cognoscitiui eorum, quæ sunt necessaria animali. Est autem animali aliquod sensibile necessarium dupliciter. Vno modo inquantum corpus est mixtum ex quatuor elemẽtis, et sic necessarium est animali debita commensuratio calidi et frigidi, humidi et sicci, et aliorum huiusmodi, quæ sunt differentiæ corporum mixtorum. Aliud autem est necessarium animali, inquantum corpus eius est viuum nutribile, et sic necessarius est ei cibus cõueniens. per contraria autem horum animal corrumpitur. Et quãuis primum sit necessarium omni mixto corpori, secundum autem sit necessarium etiam plantis, tamen animal superabũdat in hoc, ꝙ horum notitiam habere potest ratione iam dicta secundum gradum suæ naturæ. Ad hoc igitur ꝙ cognoscat ea, quæ sibi sunt necessaria, vel contraria secundum rationẽ corporis mixti, ordinatur sensus tactus, qui est cognoscitiuus prædictarum differentiarũ: ad hoc autem ꝙ cognoscat conueniens nutrimentũ, necessarius est ei gustus, per quem cognoscitur sapidum et insipidũ, quod est signũ nutrimenti conuenientis vel inconuenientis. Et ideo dicit ꝙ gustus et tactus ex necessitate consequuntur omnia animalia. et de tactu quidem, causa assignata est in Libro de Anima, ꝙa scilicet tactus est cognoscitiuus eorum, ex quibus cõponitur animal. Gustus autem est ei necessarius propter alimentum, quia per gustũ animal discernit delectabile et tristabile, siue sapidum & insipidum circa cibum, vt vnum eorum prosequatur tanquam conueniens, alterum fugiat tanquam nociuum. Et totaliter sapor est passio *nutritiuæ partis animæ*, non ꝙ sit obiectum potentiæ nutritiuæ, sed quia ordinatur ad actum nutritiuę potentiæ, sicut ad finem, vt dictum est, Alexan. tamen dicit in com. ꝙ in quibusdam libris inuenitur in græco, ꝙ sapor est gustatiuæ nutribilis partis animæ passio: quia videlicet sapor apprehenditur à gustu ordinato ad nutritionem, Deinde cum dicit.

Aiali aliq; sensibile necessariũ dupliciter.

Tact⁹ & gustus necessario consequunt oia animalia.

N.

Alexander

Sensus autem, qui per externa fiunt ijs, quæ gressu mouentur, ut olfactus, auditus, & uisus, omnibus quidẽ quæ illos habẽt, salutis insunt gratia, ut præsentiendo alimentum consectentur, malaq; & pernicioſa fugiant.

N. LEON.

Sensus autem, qui per exteriora media, animalibus proficiscentibus insunt: quemadmodum odoratus, auditus, visus, omnibus quidẽ habẽtibus vitam causa salutis insunt, vt præsentientia prosequãtur alimentum, mala autem & corruptiua fugiant.

Aialia ꝑfecta tantũ habent cognitionem eoꝝ q̃ eis præsentialiter offeruntur.

Prosequitur de sensibus, qui insunt solum animalibus perfectis. Et primo assignat causam, propter quam communiter huiusmodi sensus insunt omnib⁹ talibus animalibus, Secundo assignat causam, propter quam specialiter insunt quibusdam perfectioribus eorum. ibi{Et habentibus autem prudentiam.} Sciendum est circa primum, quòd animalia perfecta dicuntur, quibus non solũ inest sensitiuum sine motu progressiuo, vt ostrea, sed quę præter id habent motiuum secundum motum progressiuum. Est autem consyderandum ꝙ huiusmodi animalia excedunt animalia imperfecta, id est immobilia, sicut illa animalia excedunt plantas, et alia corpora mixta. Plantę enim et corpora inanimata non habẽt aliquam notitiam eorum, quæ sunt in eis necessaria, sed animalia immobilia habent quidem cognitionem eorum, quæ sunt necessaria solum ſm ꝙ eis præsentialiter offeruntur: animalia vero progressiua accipiunt notitiam eorum etiam, quæ à remotis. vnde hæc magis accedunt ad cognitionẽ intellectiuam, quæ non determinatur ad hic et nunc. Et sicut oĩbus animalibus ad cognoscendum necessaria, quæ pertinent ad nutritionem, ſm ꝙ ꝑsentialiter offeruntur, ordinatur gustus, ita ad ea cognoscenda etiam à remotis, ordinatur odoratus. Odor enim et sapor quandam affinitatem

tem habent, vt infra dicetur. Et, ſicut per ſaporem cognoſcitur conuenientia cibi coniuncti, ita per odorem cognoſcitur cõuenientia cibi à remotis. Alij autem duo ſenſus, ſcilicet viſus, & auditus ordinantur ad cognoſcendum à remotis omnia neceſſaria animali, vel corruptiua: ſiue ſint ei neceſſaria ſecundum rationem corporis mixti, ſiue ſecũdum rationem viui corporis nutribilis. Manifeſtum enim eſt quòd animalia per viſum & auditũ fugiunt corruptiua quælibet: & ſalubria proſequuntur. Et ideo dicit quòd illi ſenſus, qui per exteriora media fiunt, vt dictum eſt Secundo de Anima, ſcilicet odoratus, auditus, & viſus inſunt illis de numero animalium {quæ proficiſcuntur} id eſt motu progreſſiuo mouentur {omnibus quidem his propter vnam cauſam communem}. ſ. cauſam ſalutis, vt à remotis, ſ. neceſſaria cognoſcant, ſicut per guſtum & tactum præſentialiter. Et hoc eſt quod ſubdit {vt præſentientia}. i. à remotis ſentientia proſequantur conuenientia alimentũ: & fugiant mala & corruptiua quæcunq;, ſicut ouis fugit lupum vt corruptiuum. Lupus autem ſequitur ouem viſam vel auditam aut odoratam, vt conueniens alimentum. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Iis etiam quæ prudentiam habẽt, boni gratia inſunt: multas enim ſignificant differentias, ex quibus intelligibilium agendarumq; rerum prudentia comparatur.*

Et habentibus autem prudentiã eius quod boni gratia. Multas enim annunciant differentias, ex quibus contemplabilium ineſt diſcretio, & agibilium.

Hominib' tñ ineſt vis prudentiæ cæteris vegetabilibus particularis ſolum.

Aſſignat aliam cauſam ſpecialem quibuſdã perfectioribus animalib⁹. Et primo proponit hanc cauſam. ſecundo circa has cauſas comparat ſenſus adinuicem. ibi {Horum autem ipſorum.} Circa primum cõſyderãdum eſt, q̃ prudentia eſt directiua in agendis: & vniuerſalis quidem prudentia eſt directiua reſpectu quorumcunq; agendorum. vnde non eſt in animalibus, niſi in ſolis hominibus, qui habent rationem vniuerſalium cognoſcitiuam: in alijs autem animalibus ſunt quædam prudentiæ particulares ad alios aliquos determinatos actus, ſicut formica, quæ congregat in eſtate cibũ, de quo viuat in hyeme. Prædicti autem ſenſus, maxime auditus & viſus perficiunt animalibus ad huiuſmodi prudẽtias particulares: & hominibus ad prudentiam vniuerſalem ad hoc q̃ aliquid bene fiat. Odoratus autem totaliter videtur neceſſitati nutrimenti deſeruire, parum autem prudẽtiæ. Vnde in omnibus, in quibus eſt perfecta prudentia, eſt deficientiſſim⁹ iſte ſenſus, vt dicitur libro de Anima. Quomodo autem deſeruiant prædicti ſenſus prudentię, oſtendit per hoc q̃ multas differentias rerum oſtẽdunt, ex quibus homo proficit ad diſcernendum & contemplabilia & agibilia. per effectus enim ſenſibiles homo eleuatur in intelligibilium & vniuerſalium conſyderationem: & etiam ex ſenſibus per ea, quę audiuit & vidit inſtruitur circa agenda. alia vero animalia in nullo participant de cõtemplatione: actionem autem participant particularem, ſicut dicitur Decimo Ethico. Ideo autem hi duo ſenſus multas differentias annunciant, quia obiecta eorum inueniũtur in oĩbus corporibus: quia conſequuntur ad ea, quæ ſunt communia omnibus corporibus, & inferioribus et ſuperioribus. Color enim conſequenter ſe habet ad lucem & diaphanum: in quibus inferiora cõmunicant cœleſti corpori. ſonus autem cõſequitur motum localem, qui etiam inuenitur in vtriſq; corporibus. odor autem conſequitur ſola corpora mixta, ex quibus animal natum eſt nutriri.

Cap. 2. &in exordio Metaphy.

Rõ quare viſus & auditꝰ multas rerũ dr̃ias oſtendit.

Deinde cum dicit.

N. LEON. *Horum autem ad neceſſarios uitæ uſus melior eſt uiſus, & quidem per ſe: ad intelligentiam uero per accidens auditus.*

Horum autem ipſorum, ad neceſſaria quidẽ, melior eſt viſus, & ſecundum ſe ad intellectum autem & ſecundum accidens auditus.

Viſus & auditꝰ plures dr̃ias rerũ nobis oſtẽdunt q̃ ſẽſus alij.

Comparat circa prædictas cauſas viſum et auditum. Et primo ponit comparationẽ, Secũdo probat. ibi {Multas quidem.} Circa primum quidem dicit, q̃ viſus dupliciter præeminet auditui, vno quidem modo quãtum ad neceſſaria, puta ad quærendum cibũ, et ad vitandum corruptiua: quæ certius apprehenduntur per viſum, qui immutatur ab ipſis rebus, q̃ per auditum, qui immutatur à ſonis, conſequentibus motus aliquos rerum, alio modo viſus eſt prævium auditui ſm ſe: quia magis eſt cognoſcitiuus & plurium q̃ auditus. Sed auditꝰ præeminet viſui inquantum deſeruit intellectui, et hoc eſt ſm accidens, vt poſt manifeſtabit. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Multas enim differentias & multiũgas uidendi denunciat poteſtas, quando corpora omnia colore participant, quapropter & communia per hanc ſentiuntur maxime. Communia autem appello conformationem, magnitudinem, motum, ſtatum, numerum. Auditus autem tantummodo ſonorum differentias indicat: paucis autem & uocis.*

Multas quidem differentias & multimodas viſus annunciat potentia: quia omnia corpora colore participant. Quare & communia magis per hunc ſentiuntur. Dico autem communia: magnitudinem, motum, quietem, figuram, numerum. Auditus autem ſoni tantum differentias: paucis autem & eas, quæ vocis.

Manifeſtat quod dixerat. Et primo q̃ viſus ſit ſm ſe melior, Secundo q̃ auditus ſit melior p accidens. ibi {Secundum vero accidens.} Dicit ergo primo, q̃ viſus ideo ſm ſe eſt melior, quia potentia viſiua ſua apprehenſione annunciat nobis multas differentias rerum, et diuerſorũ modorum. Et hoc ideo eſt: quia eius obiectum, quod eſt viſibile, inuenitur in omnibus corporibus. Fit enim aliquid viſibile per hoc q̃ diaphanũ illuminatur actu à corpore lucido: in quibus inferiora corpora cũ ſuperioribus cõicant. et ideo dicit, q̃ colore omnia corpora participãt tam ſuperiora q̃ inferiora: quia in omnibus corporibus, vel inuenitur ipſe color ſm propriam rationem, ſicut in corporibus in quibus eſt diaphanum terminatum: vel ſaltem in eis inueniuntur principia coloris, quæ ſunt diaphanum, et lux. et ideo plura manifeſtantur per viſum. per hunc etiam ſenſum magis cognoſcuntur communia ſenſibilia: quia quanto potentia habet virtutem cognoſcitiuam vniuerſaliorem, et ad plura ſe extẽdentem, tanto eſt efficacior in cognoſcendo: quia omnis virtus quanto eſt vniuerſalior, tanto eſt potentior. Et dicuntur ſenſibilia communia, quæ non cognoſcuntur ab vno ſenſu tãtum, ſicut ſenſibilia propria, ſed à multis ſenſibus: ſicut magnitudo, figura, quies, motus, et numerus. Qualitates enim, quæ ſunt propria obiecta ſenſuum, ſunt formæ in continuo: et ideo oportet quòd ipſum continuum, inquantum eſt ſubiectum talibus qualitatibus, moueat ſenſum non per accidens, ſed ſicut per ſe ſubiectum et commune omnium ſenſibilium qualitatum. Omnia autem hæc, quæ dicuntur ſenſibilia communia, pertinent aliquo modo ad continuum, vel ſecundum mẽſuram eius, vt magnitudo: vel ſecundum diuiſionem, vt numerus, vel ſecundum terminationem, vt figura: vel ſecundum diſtantiam et propinquitatem, vt motus. Sed auditus annunciat nobis ſolas dr̃ias ſonorum, quæ non inueniuntur in omnibus corporibus, nec ſunt expreſſiuæ multarũ dr̃iarum, quæ ſunt in rebus paucis. Animalibus aũt oſtendit auditus dr̃ias vocis. Vox enim eſt ſonus ab ore, animalis prolatus cũ imaginatione quadã: vt dicit in Secundo de Aĩa. et ideo vox animalis inquãtum hmõi, naturaliter ſignificat inte-

2. de Aĩa mate. c. 9.

Te. cõ. 90.

riorem animalis passionem. sicut latratus canum significat iram ipsorum: & sic perfectiora animalia ex vocibus inuicem cognoscunt interiores passiones: quæ tamen cognitio in imperfectis animalibus deest. Sic ergo auditus non cognoscit per se, nisi vel differentiam sonorum, vt puta graue & acutum, aut aliquod huiusmodi: vel differentias vocis, secundum quòd sunt indicatiuæ diuersarum passionum: & sic cognitio auditus non se extẽdit ad cognoscendum per se tot rerum differentias, sicut visus.

Deinde cum dicit.

N. LEON. *Cum tamẽ per accidens ad prudentiam multũ quantum conferat. sermo enim audibilis existẽs disciplinæ est causa, non per se, uerum ex accidenti: ex nominibus enim constituitur, nominum aũt quodcũq; signum est. Quam obrem ab ortu utroq; sensu priuatorum cæci sunt mutis & surdis prudentiores. De facultate igitur quam unus quisq; habet sensus, dictum est prius.*

Secundum vero accidens ad prudentiam auditus plurimam confert partẽ. Sermo enim audibilis existens causa est disciplinæ, non secundum se, sed secundum accidens. ex nominibus enim constat. Nominum vero vnumquodque symbolum, est. Quare à natiuitate priuatorum vtroq; sensu sapientiores sunt cæci mutis & surdis. De virtute itaq;, quã habet sensuum vnusquisq;, dictum est.

Sensus auditus est melior ad scientiã q̃ visus.

Manifestat q̃ auditus per accidens melior sit ad intellectum. Et dicit quòd auditus multum cõfert ad prudentiam. Et accipitur hic prudentia pro quadam intellectiua cognitione: nõ solum prout est recta ratio agibilium, ut dicitur sexto Ethicorum. sed hoc est per accidens: quia sermo, q̃ est audibilis, est causa addiscẽdi non per se, id est secundum ipsas sonorum differentias, sed per accidens: in quantum scilicet nomina, in quibus sermo est, id est locutiocomponitur, sunt symbola. i. signa intentionum intellectarum, & per consequens rerum. Et sic Doctor docet discipulum inquantum per sermonem significat ei conceptionẽ intellectus sui. Et plus hõ potest cognoscere addiscendo (ad quod est vtilis auditus quãuis p̃ accidens,) q̃ de se inueniendo, ad quod p̃cipue est vtilis visus. Inde est q̃ inter priuatos à natiuitate vtroliber sensu, scilicet visu & auditu, sapientiores sunt cæci, qui carent visu, mutis & surdis, qui carent auditu. Addit autem mutis, quia omnis surdus à natiuitate ex necessitate mutus est. Nõ enim potest addiscere formare sermones significatiuos, qui significant ad placitum. Vnde sic se habet ad locutionem totius humani generis, sicut ille, qui nunquam audiuit aliquam linguam, ad imaginandum illam. Non est autem necessarium quòd econtrario omnis mutus sit surdus. potest enim contingere ex aliqua causa aliquem esse mutum, puta propter impedimentum linguæ. Vltimo autem epilogando concludit quòd dictum est de virtute, quam habet vnusquisq; sensus.

LECTIO III.

Antiquorum de Sensuum organis elementis attributis narratur opinio, ea præsertim nonnullorum, qui Visum igni simpliciter tribuisse rationibus efficacissimis visi sunt quomodoq; viso fiat ex multorum sententia exquisite exponitur.

N. LEON. *Verum in quibusnam corporis nati sint fieri sensitiuis, nonnulli sanè in ipsis corporum elementis id quærũt. cùm autem non possint quinq; ad quatuor deducere sensus, de quinto optare uidentur.*

IN quibus autem habẽt fieri corporis instrumenta, nunc quidam inquirunt secundum elementa corporum. Non potentes autem ad quatuor quinq; existentibus coaptare, cupiunt de quinto.

Postquam Philosophus resumpsit ea, quæ sunt necessaria ad præsentem cõsyderationem de ipsis virtutibus sensitiuis, nunc accedit ad principale propositum in hoc libro applicando consyderationem sensus ad corporalia. Et primo quantum ad organum sensuum, secundo quantum ad sensibilia. ibi {De sensibilibus autem his.} Circa primum duo facit. Primo attribuit organum sensuum elementis improbando sermones aliorum, Secundo determinando id, quod verius esse potest. ibi {Igitur siquidem in his.} Circa primum duo facit. Primo tangit in generali quomodo Antiqui attribuebant organa sensuum elementis, secundo descendit specialiter ad organum visus, circa quod à pluribus errabatur. ibi {Faciũt autem omnes visum.} Dicit ergo primo, quòd Priores Philosophi quærebant secundum elementa corporum, qualia essent corporea instrumenta, in quibus, & per quæ operationes sensuum exercerentur. Et hoc ideo, quia sicut in Primo de Anima dictum est, ponebant simile simili cognosci. Vnde & ipsam animam ponebant esse de natura principiorum, vt per hoc posset omnia cognoscere, quasi omnibus conformis. Nam omnia in principijs communicant: & pari ratione, quia organa sensuum omnia corporalia cognoscunt, attribuebant ea elementis corporũ. Sed statim occurrebat eis vna difficultas. sunt enim quinq; sensus, & quatuor elementa: & ideo inquirebant cui possent organum quinti sensus applicare. Est autẽ inter aerẽ & aquam quoddam medium, aere quidem densius, aqua autem subtilius, quod dicitur fumꝰ vel vapor, quem etiã quidam posuerunt esse primum principium: & huic attribuebant organum odoratus: quia odor secundum quandam euaporationem fumalem sentitur. alios vero quatuor sensus attribuebant quatuor elementis: tactum aũt, terræ. gustum autem aquæ: quia sapor sentitur per humidum: auditum aũt aeri, visum igni. Deinde cum dicit.

Positio aliquorũ philosophorũ circa sensũ Tc, cõ.

N. LEON. *Verum omnem uisum ad ignẽ pertinere uolunt, quando passionis cuiusdam ignorant causam. Constricto enim & commoto oculo præfulgens apparet ignis. id autem in tenebris accidere solet, aut palpebris supinductis: fit enim tunc etiam in tenebris.*

Opiniones ignẽ oculo pr dominæ

Faciunt autem omnes visum ignis: quia passionis cuiusdam ignorant causam. Constricto enim & moto oculo videtur ignis lucere. Hoc aũt in tenebris habet accidere, & palpebris supvelantibus. Fiunt enim & tunc tenebræ.

Improbatio.

Accedit specialiter ad organum visus, quod attribuebant igni. Et primo improbat causam positionis, Secundo ipsam positionem. ibi {Quoniã autem si ignis esset.} Circa primum tria facit. primo ponit causam, ex qua quidem mouebantur ad attribuẽdum organum visus igni, secundo mouet quandam dubitationem. ibi {Habet autem dubitationem.} tertio determinat veritatem circa vtrumque. ibi {Causa vtriq; huiusmodi.} Ait ergo primo quòd omnes, qui attribuũt organum visus igni, hoc ideo faciunt, quia ignorant causam cuiusdam passionis, quæ circa oculum accidit. si enim oculus comprimatur & fortiter moueatur, videtur quòd ignis luceat: quod accidit si sint apertæ palpebræ solum, quando aer exterior est tenebrosus: aut etiam in aere claro, si primo clandant palpebræ: quia per hoc fiũt tenebræ oculo clauso. Et hoc reputabant esse manifestum signum, q̃ organum visus ad ignem pertineret. Deinde cum dicit.

N. LEO *Sed hoc ipsum alteram etiam habet difficultatem. Si enim sentientem, & quippiam uisu percipientem non contingit latere, necessarium certe est se ipsum conspicere oculum: cur igitur id quiescenti non accidit?*

Habet

Habet autem dubitationem hoc & aliam. Si enim non est latere sentientem & videntem visibile quippiam necesse erit se videre oculum. quare ergo quiescente illo, hoc non accidit.

Sensus exteriores tãti sensibile præsens cognoscunt.

Mouet quandam dubitationem circa prædicta. Manifestum est enim ꝙ sensus cognoscit sensibile præsens. vnde & visus cognoscit visibile præsens, sicut ignis propter suam lucem est quid visibile præsens. Si ergo semp est præsens ignis visui, vt pote organo visus in eo existente, videtur ꝙ semper visus ignẽ deberet videre. Sed hoc quidem secundum principia, quæ Aristo. supponit, non sequitur. Supponit enim ꝙ sensus est in potentia ad sensibile: & oportet ꝙ per aliquod medium à sensibili immutetur. Vnde ẽm ipsum sensibile superpositum sensui non sentitur, vt dicit secundo de Anima. vnde, si etiam organum visus esset igneum, propter hoc visus non videret ignem. Sed secundum alios Philosophos, visus & alij seusus percipiunt sensibilia inquãtum sunt actu tales. i. similes sensibilibus: vt pote naturam principiorum habentibus, vt dictum est. Et ideo secundum eos, quia organum visus erat igneum, sequebatur ꝙ prædicto modo videret ignem. Sed tunc remanet dubitatio, quam Aristo. hic inducit, quare oculus quiescens non videt ignem, sicut oculus motus. Deinde cum dicit.

Error antiquorũ philosophorũ circa visum.

Huiusce autem rei causa, & dubitationis, & cur visus ignis esse videatur, hinc sunt accipiẽda. Lenia enim in tenebris nata sunt fulgère, non tamen lucem facere. id autem, quod in oculis nigrum appellatur, & medium est, læue esse apparet: id autem commoto apparet oculo. quoniam tunc accidit, ut unũ quasi duo fiat. istuc autem celeritas efficit motionis, ut appareat diuersum esse à uidẽte id quod cernitur. quamobrem non fit hoc nisi celeriter et in tenebris fieri cõtingat. Læue nanq; in tenebris natum est splendescere, ut piscium quorundam capita, et sepiæ atramentum. Et oculo tarde commoto non contingit, ut simul appareat duo & unum esse, uidens, & id quod cernitur. Eo autem modo ipse seipsum cernit oculus, ceu in quodam repercussu.

Causa quidẽ huius, & obiectionis, & putandi ignem visum esse, hinc sumẽda. Lenia enim in tenebris nata sunt fulgere, non tamen lucem facere. Oculi aũt vocatum nigrum & medium lene. apparet autem hoc moto oculo: quia accidit, quasi duo fieri vnum. Hoc autem celeritas facit motus, vt videatur aliud esse videns & visum. quare & nõ fit nisi celeriter, & in tenebris hoc accidat. Lene enim in tenebris natũ est fulgere, quemadmodum quædam capita piscium & sepiæ turbidũ. Sed lente moto oculo non accidit, vt videatur simul & vnum & duo esse, videns & visum. Illo autẽ modo ipse seipsum videt oculus, quemadmodum & in refractione.

Propter qd moto oculo duo apparẽt vnũ.

Assignat causam prædictæ apparitionis, per quam & dubitatio mota soluitur, & ostẽditur quomodo inaniter putauerunt ignem visum. & ad hoc accipiendum est, ꝙ corpora lenia, i. polita & tersa, ex proprietate suæ naturæ habent quendam fulgorem, quod in corporibus asperis & non planis non accidit: quia quædam partes superemi nent aliis & obumbrãt eas. Et quamuis in se aliqualiter fulgeant huiusmodi corpora, non tamen habent tantum de fulgore, ꝙ de se possint facere medium lucidum actu, sicut facit Sol & huiusmodi corpora. Manifestum est igitur ꝙ illud, quod est medium oculi, quod vocatum [illegible]ũ oculi, est quasi lene & politum. Vnde habet quendam fulgorem ex ratione lenitatis, non ex natura ignis, sicut illi existimabant. Per hoc ergo iam remota est necessitas attribuendi organum visus igni: quia, s. huius claritatis, quæ apparet causa, potest aliũde assignari q̃ ab igne. Sed, siue hoc sit ex igne, siue ex lenitate pupillæ, remanet communis dubitatio, quare huiusmodi fulgor videt oculus motus, qescens vero non. Et ideo assignat causam huius, & dicit ꝙ talis fulgor apparet moto oculo: quia accidit p. oculi motionem quasi ꝙ vnum fiat duo. vnum enim & idem subiecto est pupilla fulgens & videns. Inquantum autem est fulgens, proꝼcit fulgorem suũ ad extra: inquantum autem est vidẽs cognoscit fulgorem, quasi recipiendo ipsum ab exteriori. cum autem est quiescens, emissio fulgoris fit ab exterius. et ita visus huiusmodi fulgorem non recipit vt videre possit. Sed, quãdo oculus celeriter mouetur, illud nigrum oculi trãsfertur ad exteriorem locum, in quem pupilla emittebat suum splẽdorem, anteq̃ ille splendor deficiat, & ideo pupilla ad alium locum velociter translata recipit splendorem suum quasi ab exteriori, vt sic videatur esse aliud vidẽs, & visum: quamuis sit idem subiecto. et ideo huiusmodi ibi apparitio fulgoris non fit nisi oculus celeriter moueatur: quia, si moueat tarde, prius deficiet impressio fulgoris ab exteriori loco, ad quem fulgor perueniebat q̃ pupilla illuc perueniat.

Obiectio cõtra Arist.

Sed videtur ꝙ nulla celeritas motus ad hoc sufficiat. Quantumcunq; enim motus localis sit velox, oportet tamen ꝙ sit in tempore: emissio autem fulgoris ad præsentiam corporis fulgẽtis, & eius cessatio ab ipsius absentia vtrumq; fit in instanti. non ergo videtur possibile quantumcunq; oculus celeriter moueatur, ꝙ prius perueniat pupilla ad exteriorem locum q̃ cesset fulgor illuc perueniens ex pupilla in alio loco existẽte. Sed ad hoc dicendum est ẽm Alexan. in cõmento. Pupilla corpꝰ est quoddam, & in partes diuisibile. vnde celeriter cõmoto oculo, cum aliqua pars pupillæ ad alium locum peruenire inceperit, adhuc fulgor illuc peruenit ex residuo corpe pupillæ, qđ nondum attingit locum illum, et inde est ꝙ pupilla incipit videre fulgorem, quasi aliũde resplendentẽ. Et huius signum est, ꝙ huiusmodi fulgor non videtur defecisse: sed pertransit & subito disparet visio. Assignat ẽt causam, quare talis apparitio accidit in tenebris & non in lumine: quia fulgor corporum lenium propter sui modicitatem obscuratur à magna claritate: sed in tenebris videtur, sicut etiam accidit de quibusdam aliis, quæ modicum habent lucis: & propter hoc videntur in tenebris & non in lumine: sicut quædam capita piscium, & humor turbidus pisces, qui dicit sepia. Et subiungit ꝙ, si aliquis lente vel tarde moueatur, nõ accidit prædicta apparitio, per hoc ꝙ vidẽs & visum simul videatur esse vnum et duo, vt dictum est, sed illo modo, quando. s. celeriter mouetur oculus, tunc oculus videt seipsum, quasi secundum diuersum situm à seipso immutatus, sicut accidit in refractione vel in reflexione, puta cum oculus videt seipsum in speculo, à quo scilicet ab exteriori redit species oculi ad ipsum oculum per modum reflexionis cuiusdã: sicut & in prædicta apparitione fulgor oculi redit ad ipsum, vt dictum est. Deinde cum dicit.

Rũsio Alex.

Is est piscis, cui aliqui Arist. similem facũt.

Quoniam si ignis esset ut dicit Empedocles & in Timæo scriptum est, & uidendi ratio contingeret exeunte quasi ex laterna lumine, cur nam in tenebris non cerneret uisus?

Quoniã si ignis esset, vt dicit Empedo. & in Timæo scribitur: & accideret videre exeũte lumine, quemadmodum ex lucerna lumen, quare nõ in tenebris videret vtiq; visus?

Platonis & Empedoclis circa visionẽ conuenientia.

Accedit ad improbandum ipsam positionẽ: & primo quantũ ad hoc ꝙ visum attribuebant igni, secundo quantum ad hoc ꝙ ponebant visum videre extramittẽdo. ibi

{Irrationale uero omnino est.} Circa primum tria facit Primo proponit opinionem Platonis, secundo Empe. ibi {Empe. autem videtur.} tertio opinionem Democriti. ibi {Democritus autem qm.} Circa primum duo facit Primo obiicit contra Platonem. Secũdo remouet eius responsionem. ibi {Dicere autem ꝙ extinguatur.} Circa primum sciẽdum est, ꝙ Empe. & Plato in Timæo in duobus conueniebant, quorum vnum est ꝙ organum visus pertinet ad ignem, secũdum est ꝙ visio contingit per hoc ꝙ lumen exit ab oculo, sicut ex lucerna. Ex his autẽ duabus positionibus cõcludit Philosophus ꝙ visus deberet videre in tenebris, sicut in luce. Potest enim etiam in tenebris lumen à lucerna emitti illuminans medium. Et ita, si per emissionem luminis oculus videt, sequitur ꝙ etiã in tenebris oculus videre possit. Deinde cum dicit.

N. LEO. *Nam dicere in tenebris restingui exeuntem uisum, ut Timæus asserit, unum est omnino.*

Dicere autẽ ꝙ extinguatur in tenebris egrediens, sicut Timæus dicit, vanum est omnino.

Platõis impugnatio. Excludit positionem Pla. quã in Timæo ponit dicens, ꝙ, quando lumen egreditur ex oculo, si quidem inueniat in medio lumen, saluatur per ipsum, sicut per sibi simile: & ex hoc accidit visio. Si autem non inueniat lumen, sed tenebras: propter dissimilitudinem tenebrarum ad lumen ab oculo egrediens extinguitur: & ideo oculus non videt. Sed Aristo. dicit hanc causam non esse veram: & hoc probat ibi.

N. LEO. *Quænam enim luminis est extinctio? restinguit nanq; aut in humido, aut in frigido calidum & siccum, cuiusmodi ignis esse uidetur, qui in carbonaceo est genere, & ipsa flamma, quorum neutrum lumini ineſſe uidetur.*

Quę enim extinctio luminis est: extinguitur enim aut humido, aut frigido, calidum & siccũ: qualis videtur quidem in carbonibus ignis & flamma: quorum neutrum in lumine apparet existens.

Tres ſpẽs ignis ſecundum Platonicos. Non enim potest assignari ratio, quare lumẽ oculi à tenebris extinguatur. Dicebãt enim Platonici tres esse species ignis, s. lumen, flammam, & carbonem. Ignis autem, cũ sit naturaliter calidus & siccus, extinguitur vel ex frigido, vel ex humido: & hoc manifeste apparet in carbonibus & flamma: sed neutrum contingit in lumine: quia nec per frigidum, nec per humidum extinguitur. Non ergo bene dicitur ꝙ extinguitur ignis per modũ ignis. Alexan. autem in commento dicit, ꝙ inuenitur alia littera talis, qualis videtur quidẽ in carbonibus esse ignis: & flamma in lumine, neutrum autem videtur cõueniens. Neq; enim humidum, nec frigidum, quibus extinctio fit. Et secundum hanc literam ratio Aristo. magis videtur esse ad propositum. Lumen enim igneum quod apparet in carbonibus, & flamma extingitur frigido aut humido. Tenebræ autem neq; sunt aliquid frigidum nec humidum. Nõ ergo per tenebras potest extingui lumen igneũ egrediens ab oculo. Posset aũt aliquis dicere, ꝙ lumen igneũ egrediẽs ab oculo nec extinguitur in tenebris: sed quia debile est, nõ confortat ab exteriori lumine, ideo latet nos. Et propter hoc non fit visio. Sed Arist. hoc reprobat ibi.

N. LEO. *Si autem ineſt quidem, uerum, quia leuiter, nos latet, oportebat profecto per diem, & in aqua lumẽ restingui, in glacie uero maxime tenebras fieri. flãma enim & igni ta corpora illuc pati percipiuntur. nunc autem nihil accidit huiusmodi.*

Si igitur est quidem, sed propter debilitatẽ latet nos: oportebat per diem & in aqua extingui lumẽ, & in glacie magis fieri tenebras. flamma enim & ignita corpora patiuntur hæc. Nũc autem nihil tale accidit.

Circa qđ sciendum est, ꝙ lumẽ igneũ extinguitur, vel obtenebratur dupliciter. Vno quidẽ modo ſm proprietatem luminis, prout paruum lumen extinguitur ex præsentia maioris luminis. Alio modo secundum proprietatem ignis, qui extinguitur in aqua. Si ergo illud debile lumen ab oculo egrediens esset igneum, oporteret ꝙ extingueretur in die propter excellentiorem claritatem: & in aqua propter contrarietatem ad ignem: et per consequẽs inter glacies magis obtenebraretur prædictum lumẽ visibile. videmus enim hoc accidere in flamma: & in corporibus igneis vel ignitis: quod tamen non accidit circa visum. vnde patet prædictam responsionem vanã esse.

Deinde cum dicit.

Empedocles autem arbitrari uidetur, interdum quidẽ exeunte (ut dictũ est) lumine uisionẽ fieri. scribit nãq; sic. N. LE

„ *Ceu cum quis progredi meditãs laternã præparauit.*
„ *Hibernam per noctem ignis ardentis lumen.*
„ *Accẽdens splendidũ cornu, omnimodi ostaculũ flatus.*
„ *Quod uentorum quidem flantium dissipat spiritum.*
„ *Extrinsecus autem extensum exiliens quantum procurerit lumen.*
„ *Splendescit per pauimentum indomitis radijs.*
„ *Sic qui in tunicuIis constringitur antiquus ignis,*
„ *Subtilibus uelis rotundam complectitur pupillam.*
„ *Quæ circunfluentis profundum continent aquæ.*

Ignis autem exiliens extẽsius se porrigit. et interdum quidem sic uisionem fieri dicit Empedocles, interdum autem per defluxus, qui à rebus, quæ cernuntur, fiunt.

Empe. autem videtur existimare ꝙ exeunte lumine, sicut dictum est prius videre. Ait enim. Opio Empedo

„ Vt quando quis progressum meditans præparet lucernam,
„ Hyemalem per noctem ignis lumẽ ardentis,
„ Adaptans omnium ventorum prohibitrices laternas:
„ Hę uentorũ quidẽ spiritũ dispergunt flantiũ,
„ Lumen autem extra dissiliens, quantum magis expansum fuerit.
„ Illustrat pauimentum indomitis radiis.
„ Sic qđ in mẽbranis coercitum antiquũ lumẽ
„ Subtilibus voluminibus diffunditur per circularem pupillam,
„ Hę aũt aquę profundũ repellũt circunfluẽtis,
„ Lumen autẽ extra peruenit, quanto magis expulsum fuerit. Aliquãdo quidem igitur sic nos videre ait: aliquãdo autem de fluxibus his, quæ ab his quæ videntur, decidunt.

a. l. iij

Narrat opi. Empedo. de cuius improbatione iã dictũ est. et dicit ꝙ Empedo. videtur estimare, sicut dictũ est, ꝙ visio fiat lumine exeunte. et ponit verba eius quæ metrice protulit. Dicebat enim ꝙ ita accidit invisu, sicut qñ aliquis cogitans progredi per aliquod iter per noctẽ hyemis, flant venti, præparat lucernam, accendens lumen ardentis ignis, licet impetus omnium ventorum sufficiẽter prohibens, ponens accensum in laternam: et per hoc flatum ventorum spirantium impediẽs, s. eos ne possint eorum flatus peruenire vsq; ad lumen ignis: lumen autem ignis contentum extragrediatur: & quanto magis expansum fuerit extra tanto magis illustrat aerẽ: ita tamẽ ꝙ radij exeuntes sunt domiti, i. attenuati per velum laternæ,

puta

puta per pellem, vel aliud huiusmodi. Non enim ita clare illuminatur aer per laternam, sicut illuminaretur ab igne non velato. Et similiter dicit accidere in oculo {in quo lumen antiquum}, i. à prima formatione oculi {ad sensum contutatur}, i. tute conseruatur {in miringis}, i. in tunicis oculi, per quas sicut per quosdam subtiles lintheos lumen diffunditur circumquaq; per pupillam, quæ quidem tunicæ reuelant radijs per eas emissis profundum aquæ fluentis circa ignem accẽsum in pupilla ad nutritionem: vel potius contemperationem ignis in profundo collocati. Et sic lumen extra peruenit, quãto magis fuerit expansum, ab interiori procedẽs. Vel quod dicit circulo, referẽdum est ad circularitatem pupillę. Notandum est, q; signanter dixit {per velum domitis radijs} ad signãdum causam quare non videtur in tenebris: quia, s. lumẽ egrediens debilitatur per hoc q; transit per prędicta velamenta vt possint perfecte aerem illuminare. Positis autẽ verbis Empedo. subiungit q; aliquando dicebat uisionẽ fieri per emissionem luminis, vt dictum est: aliquando autem dicebat q; visio fit per quædam corpora defluentia à visibilibus, & peruenientia ad visum: & forte eius opinio erat, q; vtrunq; coniungeretur ad visionem.

A

B

LECTIO IIII.

Visum aquę esse ex Democriti sententia ostenditur: visionem vero apparitionem esse, aut extramittendo fieri nequaquam acceptum esse dicitur.

N. LEON. *Democritus autem, q; aquam quidem dicit esse, recte dicit: q; uero uidendi opus imaginem existimauit illam, non recte. hoc enim accidit quoniam lenis est oculus, & non est in illo, sed in uidente: reflexio enim quædam illa est passio. Cæterum de imaginibus, & reflexione nõdum illi (ut uidetur) erat perspectum.*

Democriti opinio circa visum. DEmocritus autem quoniã quidem aquã dicit esse bene dixit. Quia autem putauit ipsum videre esse illam apparitionẽ, non bene. hoc enim accidit, quoniam oculus lenis est, & est non in illo, sed in videnti. passio enim refractio est. Sed omnino de apparẽtibus, & de refractione nondum ipsi manifestum erat, vt videt.

C

Post opi. Pla. & Empedo. hic tertio Philosophus prosequitur de opinione Democriti. Circa quod tria facit. Primo ostendit in quo Democritus bene dixerit, & in quo male, Secundo prosequit illud, in quo male dixit. ibi {Incongruum autem est.} Tertio prosequitur illud, in quo bene dixit. ibi {Quòd visus nanq;.} dicit ergo primo q; Democritus bene dixit in hoc, q; visum attribuit aquæ. Sed in hoc male dixit, q; putauit visionem non aliud esse q; apparitionem rei visæ in pupilla ex corporali dispositione oculi: quia, s. oculus est lænis, i. politus & tersus. Et ita patet q; ipsum videre non cõsistit in hoc q; est apparere talem formam in oculo, sed consistit in videnti. i. in habente virtutem visiuam. non enim oculus est videns propter hoc q; est lęnis, sed propter hoc q; ẽ virtutis visiuę. illa enim passio, s. q; forma rei visæ in oculo appareat, est reuerberatio, i. causatur ex refractione, siue reuerberatione formæ ad corpus politum. Sicut videmus in speculo accidere. cum enim immutatio diaphani, quæ fit à corpore visibili, peruenerit ad corpus non diaphanum, non potest vltra immutatio transcendere, sed quodam modo reflectitur ad similitudinem pilæ, quæ repercutitur proiecta ad parietẽ: & ex tali repercussione redit forma rei visæ ad partem oppositam. Vnde cõtingit q; aliquis in speculo videat seipsum, vel etiam aliam rem, quæ non directe visui eius obijcitur. sed hoc locum non habet nisi duo concurrant, quorum vnum est, vt corpus sit in superficie lænę: & ex hoc quodam modo fulgens, vt supra dictum est, per quem quidem fulgorem moderatum manifestatur species in reflexione. Aliud est q; corpus illud sit interius ad aliquid terminatũ, vt immutatio prædicta vltra non transeat. Et ideo videmus, q; nisi in vitro apponatur plumbum vel aliquod huiusmodi, qđ impediat eius penetrationem, ne vlterius procedat immutatio, non fit talis apparitio. vtrumq; autem horum cõcurrit in oculo. Est enim moderate fulgens propter lænitatem, vt supra habitum est: & habet aliquid in fundo, quod terminet eius perietatem. Vnde manifestum est q; hoc accidens, s. q; forma rei visæ appareat in oculo, accidit pure propter refractionem, quæ est passio corporalis, quę causatur ex determinata corporis dispositione. Democrito tamen nõdum erat manifestũ de huiusmodi refractionib⁹, et de formis, quæ apparent in corporibus specularibus propter refractionem prædictam. Ipsa autem visio ſm rei veritatem nõ est passio corporalis: sed principalis eius causa est virtus animæ. Democritus tamen ponebat animam esse aliquid corporale: & ideo non est mirum si operationẽ animæ nihil aliud esse dicebat q; passionẽ corporalem. Sciendum tamen q; prædicta apparitio, quantum ad primam receptionem formæ, quæ est causa visionis, est corporalis. non enim visio est actus animę, nisi per organum corporeum. et ideo non est mirum si habeat aliquã causam ex parte corporeæ passionis: non tamen ita q; ipsa corporea passio sit idem quod visio. Sed aliqua causa est eius quantum ad primam, vt ita dicam, percussionem formæ visibilis ad oculum, namq; reflexio consequens, nihil facit ad hoc q; oculus videat rem visam per speciẽ in eo apparentem, sed facit ad hoc q; alteri possit apparere. Vnde etiam oculus videns rem per speciẽ, non videt ipsam speciem in eo apparentem. Deinde cum dicit.

Democriti ponebat animã eẽ aliquid corporale.

N. LEON. *Absurdum quin etiam est illi in mentem non uenisse, ut ambigeret. Quamobrem solus uidet oculus, aliorum autem nullum, in quibus apparent imagines.*

Incongruum autem est & non superuenisse ipsi dubitare, quare solus oculus videt: nullum autem aliorum, in quibus apparent idola.

D

Prosequitur quantum ad hoc q; Democritus male dixit. Et dicit q; valde incongruum videtur q; Democrito ponenti visionem nihil aliud esse q; apparitionem prædictam, nõ occurreret ista dubitatio: quare alia corpora, in quibus formæ rerum visibilium, quas idola nominabat, specialiter apparẽt, nõ videbat, sed solus oculus. Ex quo manifeste apparet, q; non tota ratio visionis est prædicta apparitio, sed in oculo est aliquid aliud, quod visionem causat scilicet virtus visiua. Deinde cum dicit.

Reprobat opinio Democriti.

N. LEON. *Quòd igitur uisio fit aquæ uerum est. Videre autem contingit non ut aqua est, uerum ut est perspicua: quod etiam ipsi commune est aeri sed conseruans magis, & firmius recipiens aere est aqua. Propterea pupilla et oculus aquæ adscribuntur.*

Quòd visus nanq; est aquę, verum quidem. Non tamẽ accidit videre ſm q; aqua est: sed ſm q; perspicuum. quod & aeri cõe. est. Sed magis seruabilis est aqua aere et magis spissa. Quare pupilla et oculus aquæ sunt.

Prosequitur id, quod Democrit⁹ bene dixit. Et primo proponit necessitatem, secundo manifestat per signa. ibi {Et hoc est: & in ipsis operibus.} Dicit ergo primo hoc quod Democritus organum visus attribuit aquæ, verũ est. Sciendum tamen q; visio attribuitur aquę non ſm q; est aqua, sed ratione perspicuitatis, quæ communiter in aqua & aere inuenitur. Nam uisibile est motiuum perspicui, vt dicitur in lib. de Anima. Attribuitur magis tamẽ visio aquæ q; aeri propter duo. primo quidẽ, quia aqua magis potest conseruari q; aer. Aer enim de facili diffunditur: & ideo ad conseruationem visus cõuenientior fuit aqua q; aer. Natura autem facit semper quod melius est.

Secũdo tecom. 68. De iuuẽtute & senec. lec. 3. Visio magis aquæ q; aeri attribuitur propter duo.

Secundo

Duo ad reflexã visionem cõcurrunt.

Secundo quia aqua est magis spissa q̃ aer, & ex ratione suæ spissitudinis habet q̃ in ea per quandam reuerberationem appareat forma rei visę: & hoc competit instrumento visus: esse autem perspicuum competit medio in visu, eò q̃ cõmune est aeri & aquę, & ideo cõcludit q̃ oculus & pupilla magis attribuuntur aquę q̃ aeri. Est etiã & corpus cœleste perspicuum. sed quia nõ venit in compositione corporis humani, propter hoc hic prætermittitur. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quod ẽt ex ipsis clarum est rebus. corruptis enim oculis defluens apparet aqua. & in inchoatis fœtibus splendore claritateq; excellere percipitur. Album quin etiam oculi in sanguine præditis pingue & nitidum est hanc ob causam, ut inconcretus permaneat humor: propterea ex corporis partibus minime friget oculus: nulli enim unquã id quod intra palpebras est obriguit. Animalium uero, quæ sanguine carent, duripelles sunt oculi, quod illis pro munimento facit.*

Et hoc est in ipsis operibus manifestũ. Videtur enim aqua q̃ discurrit corruptis oculis, & in omnino nouiter formatis frigiditate excedens, & claritate. Et album oculi in habentibus sanguinem pinguem & crassum, propter hoc est vt permaneat humidum incoagulatũ: & ideo corporis minime est frigẽs oculus. Nulli enim vnquam quod infra palpebras est, friguit. Animalium vero quæ sine sanguine sunt, durę pellis sunt oculi, & hoc facit protectionem.

Organũ visus ẽ aqueũ ꝓpter tria signa.

Manifestat organũ visus esse aquæ, per tria signa, quę in ipsis operibus manifesta sunt. quorum Primum est, q̃, si oculi destruantur, ad sensum apparet inde aqua discurrens. Secũdum est, q̃ in oculis embryonum de nouo formatis, qui quasi adhuc recipientes magis virtutẽ sui principij, excedũt & in frigiditate, & claritate: quæ duo sunt cõnaturalia aquæ. Tertium signũ est, quia in animalibus habentibus sanguinem, in quibus potest esse pinguedo, quasi ex sanguine generata, circa pupillam ponitur albũ oculi habens pinguedinem & crassitudinem quãdam, vt ex eius caliditate permaneat aqueum pupillæ humidum absq; congelatione, quæ perspicuitatem aquæ diminueret, & sic impediretur visio. Et ideo ratione prædictę pinguedinis oculus q̃ pinguescit propter eius caliditatẽ nullis vnquã passus est frigus in toto, eo q̃ intra palpebras cõtinetur. In animalibus vero, quæ sunt sine sanguine, in quibus nõ inuenitur pinguedo, natura facit oculos durę pellis, ad protegendum humidum aqueum, quod est intra pupillam. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Omnino autem est ratione carens quapiam egredientẽ re uisum eemere, & usq; ad astra protẽdi: aut quodantenus egressum coalescere, ut nonnulli autumant.*

Irrationale vero omnino est exeunte quodam visum videre: & aut extendi vsq; ad astra: aut quodantenus prodeũte cohærere, sicut quidam dicunt.

Visio nõ fit extra mittendo.

Accedit ad improbandum quod aliqui posuerũt visionem fieri extra mittendo, q̃d erat ratio attribuẽdi visum igni. vnde hoc remoto, & illud remouetur. Et circa hoc duo facit. Primo proponit duas opiniones ponentium q̃ videmus extra mittendo, Secundo improbat alteram illarũ. ibi {Isto enim melius est.} Dicit ergo primo q̃ irrationale videtur q̃ visus videat aliquo ab eo exeunte.

Prima opi. Quod quidem aliqui posuerunt dupliciter. Vno modo, vt id, quod egreditur ab oculo extẽdatur vsq; ad rem visam. ex quo sequitur, q̃ cum nos videamus etiam astra, id, quod egreditur à visu, extendatur vsq; ad astra: continet manifestam impossibilitatem. cum enim egredi non sit nisi corporum, sequitur q̃ aliquod corpus egrediens ab oculo perueniet vsq; ad astra: qd̃ idẽ apparet falsum multipliciter. Primo quidem, quia sequeretur plura corpora esse in eodem loco, tum quia illud, quod egrederetur ab oculo simul esset cũ aere, tum quia huiusmodi egredientia ab oculis oporteret multiplicari in eodem medio fm multitudinem videntium per idem medium. Secundo, quia quælibet emissio corporis in principio quidem est maior, in fine vero attenuatur: propter quod cõtingit q̃ flamma ex corpore accensõ procedens, tendit in summum. hic autem accidit contrarium. Dicunt enim Mathematici, quorũ est hęc positio, q̃ conus corpis egredientis ab oculo, est intra oculũ, basis illi⁹ in re visa. Tertio, quia non posset quãtitas oculi sufficere ad hoc q̃ tantum corp⁹ ab eo progrederetur, quod attingeret vsq; ad astra quantumcunq; subtiliaretur: aliquis enim est terminus subtilitatis corporum naturalium: et propterea quanto esset subtilius, tanto facilius corrumperetur. & iterum oporteret q̃ vel esset aer vel ignis illud corpus emissum ab oculo: & aerem quidem emissum emitti ab oculo non est necessarium, quia abiũdat exterius. Si vero esset ignis, videremus etiam ignẽ: vel non possemus videre mediante aqua: nec etiam possem⁹ videre nisi in sursum, quò tendit motus ignis. Non autem potest dici q̃ illud corpus, quod egreditur ab oculo, sit lumen: qa lumen non est corpus, vt probatum est lib. de Anima. Alia opi. est Pla. qui posuit q̃ lumen egrediens ab oculo nõ procedit vsq; ad rem, sed quodantenus. i. ad aliquod determinatũ spatium, vbi. s. cohæret lumini exteriori, ratione cuius cohęrentię fit visio, vt prius dictum est. Deinde cum dicit. z. t. cõ. 69. Scda opi.

Hoc melius ꝛn. est in principio statim oculi coalescere. N. LEON.

Isto. n. melius est in principio cõiungi oculi.

Prætermissa prima opinione tanq̃ maxime inconuenienti, consequenter improbat secundam dupliciter. Primo quidẽ, quia inutiliter, et vane aliquid ponitur. Et hoc est quod dicit. Melius esset dicere q̃ lumen interius coniungeretur exteriori in ipsa interiore extremitate oculi q̃ extra per aliquam distãtiam. Et hoc ideo, quia nullo spatio intermedio, si non est lumen exterius, extingueretur lumen interius à tenebris ꝛm eius positionẽ, vt supra habitum est. Si vero attingat lumẽ vsq; ad oculum, melius est q̃ statim coniungatur: quia quod potest fieri sine medio melius est q̃ fiat ꝑ medium: cũ aliquid fieri ꝑ pauciora melius sit q̃ per plura. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quod etiam fatuum est, quæ enim luminis ad lumen copulatio? aut quo nam hoc fieri potest modo? non enim cuicunq; coalescit quodlibet. & intrinsecum cum extrinseco quomodo? cum meningæ membranula media sit.*

Sed hoc stultum. Quid enim coniungi est lumen lumini? vel qũo hoc pos̃e est esse? Non. n. quodlibet coniungitur cuilibet: & interius exteriori quomodo? meninga enim intus est.

Improbat coniunctionem luminis interioris ad exterius etiam si fiat in principio oculi. Et hoc tripliciter. Primo quidem, quia coniungi vel separari est proprie corporum, quorum vtrunq; habet per se subsistentiam, nõ autem qualitatum, quæ nõ sunt nisi in subiecto. vnde, cum lumen non sit corpus, sed accidens quoddam, nihil est dictum q̃ lumen adiungatur lumini, nisi forte corpus luminosum adiungeretur corpori luminoso. poterit autẽ contingere q̃ lumen intẽdatur in aere per multiplicationem luminarium: sicut et calor intenditur per augmentum calefacientis, quod tamen non est per additionem, vt patet in quarto Physi. Secũdo improbat per hoc q̃ etiam dato q̃ vtrunq; lumen esset corpus, non tamen esset possibile q̃ vtrunq; coniungeretur, cum nõ sint eiusdem rationis. Non enim quodlibet corpus natum est cõiungi cuilibet illum illa, quæ sunt aliqualiter homogenea. Prio Phy. c. 50. Te. cõ. 84.

Tertio,

Tertio, quia cum inter lumen interius & exterius interci
dat corpus medium, ſ. meninga, ideſt tunica oculi, nō po
teſt vtriuſq; luminis eſſe coniunctio.

LECTIO. V.

Senſuum ſingulorum organa ex quibus nam elementis cōſtent, qua item corporis animalium parte vt in loco ſituentur dōcetur.

N. LEON. *Quòd quidem ſine lumine nō contingit uidere, alibi pertractatum eſt. Cæterum ſiue lumē id eſt, ſeu aer quod interiacet inter rem uiſam & cementem oculum, profectò motus in hoc uiſionis eſt cauſa.*

QVòd quidem igitur ſine lumine impoſſibile eſt videre, dictum eſt in alijs. Sed ſiue lumen, ſiue aer eſt, quod eſt inter rem viſam & oculum, motus, qui per ipſum eſt, facit videre.

Poſtquam Philoſophus improbauit opinionē ponentium viſionem fieri extramittendo, hic determinat veritatē. & circa hoc tria facit. Primo manifeſtat qualiter viſio fiat ſm ſuam ſententiam, Secundo ex hoc reddit cauſam eiꝰ, quod ſupra poſitum eſt de organo viſus ibi {Et rationabiliter.} Tertio manifeſtat cauſam illā per ſignū. ibi {Et hoc eſt ab accidentibus.} Reſumit ergo primo quod dictū eſt in libro de Anima. Quòd ſine lumine impoſſibile eſt videre, quia enim viſio fit per medīū, quod eſt diaphanum, requiritur ad viſionem lumē, quod facit aliquod corpus eſſe actu diaphanum, vt dicitur Libro de z. te. cō. 67 Anima. Et ideo ſiue illud medium, quod eſt inter rem viſam & oculum ſit actu aer illuminatus: ſiue ſit lumen, nō quidem per ſe ſubſiſtens, cum non ſit corpus, ſed in quocunq; alio corpore, puta aqua vel vitro, motꝰ, qui fit per huiuſmodi medium, cauſat viſionem. Non eſt autem intelligēdum q̄ huiuſmodi motus ſit localis, quaſi quorundam corporum defluentium à re viſa ad oculū, ſicut Democritus & Empedocles poſuerunt: quia ſequeretur q̄ per huiuſmodi defluxum corpa viſa diminuerentur quouſq; totaliter conſumerentur, ſequeretur etiam q̄ oculus ex occurſu continuo huiuſmodi corporum deſtrueretur; neq; etiam eſſet impoſſibile vt totum corpus ab oculo uideretur, ſed ſolum ſm tantam quantitatem, quātam poſſet pupilla capere. Eſt autem motus iſte ſecundum alterationem: alteratio autem eſt motus ad formā, quæ eſt qualitas rei vitæ, ad quam medium eſt in potentia inquātum eſt lucidum in actu, quod eſt diaphanum interminatum. Color autem eſt qualitas diaphani terminati, vt infra dicetur. Quod autem interminatum eſt, ſic ſe habet ad terminatum, ſicut potentia ad actum. Nam forma eſt quidā terminus materiæ: ſed propter aliam rationem diaphanitatis in medio perſpicuo ſequitur q̄ medium recipiat alio modo ſpeciē coloris q̄; ſit in corpore colorato, in quo eſt diaphanum terminatū, vt infra dicetur. Actus enim ſunt in ſuſceptiuis ſm modum ipſorum: & ideo color eſt quidem in corpore colorato ſicut qualitas completa in ſuo eſſe naturali: in medio autem incōplete ſm quoddam eſſe intentionale: alioquin nō poſſet ſm idem medium videri album & nigrum. Albedo autem & nigredo prout ſunt formæ completæ in eſſe naturali, non poſſunt ſimul eſſe in eodem: ſed ſm prædictum eſſe incompletum ſunt in eodem: quia iſte modus eſſendi propter ſuā imperfectionem appropinquat ad modum, quo aliquid eſt in aliquo in potentia. Sunt autem in potentia oppoſita ſimul in eodem. Deinde cum dicit.

Quod eſſe habeant in medio colores.

N. LEON. *Et rationi certe conſentaneum eſt, ut quod intra eſt aquæ adſcribatur. perſpicua enim eſt aqua. cernitur autem, ſicut extrinſecus non ſine lumine, ita & intrinſecus. Perſpicuum igitur oportet eſſe, & aquam neceſſe eſt eſſe, quando non eſt aer, non enim in extrema oculi parte anima eſt illius eſt ſenſiterium, ſed in intima. quāobrem per ſpicuum eſſe, & luminis capax quod intrinſecus eſt oculi, neceſſe eſt.*

Et rationabiliter qđ interius, aquæ eſt. Aqua enim perſpicua eſt. Videtur autē ſicut exterius non ſine lumine, ita & interius. Perſpicuum igit̄ oportet eſſe. Neceſſe eſt igitur aquam eſſe: quia non eſt aer. Non enim in vltimo oculi anima, aut animæ ſenſitiuum eſt, ſed manifeſtum qm̄ interius. Quare neceſſario perſpicuum eſt & receptibile luminis, quod interius oculi.

Aſſignat ſuper id, quod dictum eſt cauſam, quare neceſſe ſit viſum attribuere aquæ, quod ſupra ſolum per ſigna oſtenderat. & dicit, q̄, quia immutatio medīj illuminati à corpore viſo, cauſat viſionem, rationabiliter id, qđ eſt intra pupillam, quæ eſt organum viſus, eſt aqueum. Rō quare organū viſus ſit aqueum.

Aqua enim eſt de numero perſpicuorum. Oportet autē q̄, ſicut exterius medium eſt aliquod perſpicuum illuminatum, ſine quo nihil poteſt videri, ita etiam q̄ intra oculum ſit aliquod lumen. Et, cum non ſit viſio niſi in perſpicuo, neceſſe eſt q̄ etiam intra oculum ſit aliquod perſpicuum: non autem corpus cœleſte, quia non venit in compoſitionem humani corpis. et ideo neceſſe eſt q̄ ſit aqua, quæ ſit ſeruabilior & ſpiſſior q̄ aer, vt dictum eſt. Quare autem ad videndum requiratur lumen interius, manifeſtat cum dicit. Non enim in vltimo. Si enim virtus viſiua eſſet in exteriori ſuperficie oculi, ſufficeret ad videndū ſolum lumē exterioris perſpicui, per quod immutatio coloris peruenirēt ad exteriorem ſuperficiem pupillæ. Sed anima, ſiue ſenſitiuum animæ non eſt in exteriori ſuperficie oculi ſed intra. Et eſt attendendum q̄ ſignanter addit. {Aut animę ſenſitiuum} anima enim, cū ſit forma totius corporis, & ſingularum partium eiꝰ, neceſſe eſt q̄ ſit in toto corpe & in qualibet parte eius: quia neceſſe eſt formam eſſe in eo, cuius eſt forma: ſed ſenſitiuum animæ dicitur potentia ſenſitiua, quæ, quia eſt principium ſenſibilis operationis animæ, quę per corpus exercetur: oportet eſſe in aliqua determinata parte corporis: & ſic principium viſionis eſt interius iuxta cerebrum, vbi cōiungun tur duo nerui ex oculis procedentes. Et ideo oportet q̄ intra oculum ſit aliquod perſpicuum receptiuum luminis, vt ſit vniformis immutatio à re viſa vſq; ad principium viſiuum. Deinde cum dicit. Lumē interius ētrequ ritur ad viſionem.

N. LEON. *Quod etiam ex iis quæ contingere ſolent palam eſt. nam quibuſdam in prælijs, ſecundum tempora vulneratis, ita ut oculi meatus abſcinderentur, uiſæ ſunt offundi tenebræ ceu extincta lucerna, quoniá perſpicuum, & ea, quam uocant pupillā, ceu laterna quædam exſecta eſſet.*

Et hoc etiam ab accidentibus manifeſtum. Iam enim quibuſdam vulneratis in bello iuxta tempora, ita vt abſcinderentur pori oculi, accidit fieri tenebras, ſicut lucerna extincta, eo q̄ (quaſi lampas quædam) abſciſſum fuit perſpicuum, vocatum pupilla.

Manifeſtat quod dixerat per ſignum, quod accidit in quibuſdam, qui in pugnis circa tempora vulnerantur. eſciſſis enim poris, qui pupillam continuant viſiuo principio, ſubito tenebræ fiunt per viſus amiſſionem, ac ſi lucerna extingueretur. Pupilla enim eſt ſicut quædam lampas illuminata ab exteriori lumine. et ideo, qñ præſcinduntur pori continuantes pupillam principio viſiuo, nō poteſt lumen huius lāpadis vſq; ad viſiuum principium peruenire: & ideo viſus obſcuratur. Deinde cū dicit. Pupilla ēſi cut lampas ab exterio ri lumine il luminata.

N. LEON. *Quamobrem ſi in iis contingit ut diximus, manifeſtum eſt q̄ oportet hoc reddere modo, & aſſignare unum quodq; ſenſiterium elementorum unicuiq;, ut oculi quidē*

viſiua

uisiua potestas aquæ ascribatur, aeri autem sonorum sen E *sitiua, igni uero odoratus.*

Igitur si quidem in his accidit, sicut diximus, manifestum ꝙ si oportet secundum hunc mo dum attribuere, & assignare vnumquodꝙ sensitiuorum vni elementorum, oculi quidem visi uum aquæ existimandum, aeris vero sonorum sensitiuum, ignis autem odoratum.

Organum odoratꝰ est igneum.

Exclusis falsis opinionibus aliorum accedit ad princi pale propositũ. Et primo quantũ ad organa sensuum nõ necessariorum, Secundo quantum ad organa sensuum ne cessariorum. ibi {Tactiuum autem.} Circa primũ duo facit. Primo adaptat organa sensuum elementis, Secũdo manifestat quod dixerat. ibi {Quod enim actu odora tur.} Circa primum consyderandum est ꝙ non fuit ſm sententiam Aristo. ꝙ organa sensuum elemẽtis attribue rentur, vt patet in libro de Anima: sed quia alĩ Philoso phi organa sensuum quatuor elementis attribuebãt, ideo quasi in hoc condescẽdens, dicit ꝙ suppositis his, quæ di cta sunt de visu, oportet, ſm ꝙ aliquis dicũt, vnũquodꝙ sensitiuorum, idest organorum sensus, attribuere alicui vni elementorum, sicut alĩ faciunt. Existimãdum est ꝙ visuum oculi attribuendum sit aquæ: sensitiuum autem sonorum sit attribuendum aeri: igni vero odoratiuum. F

Sed hoc videtur esse cõtra id, quod dictum est in libro de Anima. Pupilla est aquæ: auditus vero aeris: olfactus autem alterius: horum autẽ ignis aut nullius est, aut om nibus communis. Sed dicẽdum est ꝙ id, quod est odo ratus potest accipi dupliciter. Vno modo secundum po tentiam, & sic organum odoratus est aeris vel aquæ, vt dicitur in Secundo de Anima. Alio modo secundũ actũ: & sic est verũ quod hic dicitur, vt ipse probabit. Et ideo signanter non dixit odoratiuum esse ignis, sicut dixerat sensitiuum sonorum esse aeris, & visiuũ oculi esse aquæ; sed dicit odora.um esse ignis. Odoratiuum enim dicitur secundum potentiam, sed odoratus secundum actum. G

2. c. 420.

Odoratꝰ ac cipit dupli citer.

Te. cõ. 97.

Deinde cum dicit.

Quod enim actu odoratus est, id potestate odoratiuum est. Sensibile nanq; operari facit sensum: iccirco ne N. LEON. *cesse est ipsum esse id, quod potestate erat prius. Odor au tem fumida quædam est exhalatio; huiusmodi uero ex halatio ab igne est.*

Quod enim actu odoratus, hoc potentia odo ratiuũ est. Sensibile enim facit agere sensum. quare necesse existere ipsum potentia prius. Odor vero fumalis euaporatio est: fumalis au tem euaporatio ab igne.

Organum odoratꝰ est in potentia qđ actualis odoratꝰ est in actu.

Probat qđ dixerat de organo odoratꝰ. Et circa hoc tria facit. Primo ostẽdit odoratiuum esse in actu ignis, Secun do concludit quale debeat esse organum odoratus, quod est odoratus in potentia. ibi {Propter quod & circa cere brum.} Tertio ostendit similitudinem organi odoratus ad organum visus. ibi {Oculi autem generatio.} Ait er go primo, ꝙ odoratiuum. i, organum habẽs virtutẽ odo randi, oportet ꝙ sit hoc in potentia, quod actualis odora tus est in actu. quod manifestat per hoc ꝙ sensibile facit sensum agere, i. esse in actu vel etiam operari. Oportet. n, ꝙ sensitiuum sit in potentia sensibile, alioquin non pate retur ab ipso. vnde relinquitur ꝙ sensitiuum sit in poten tia sensus in actu. Manifestum est autẽ ꝙ odor est fuma lis euaporatio, non quidem ita ꝙ fumalis euaporatio sit ipsa essentia odoris (hoc enim improbatum est, secundo de Anima: longius enim diffunditur odor q̃ fumalis eua poratio) sed hoc dicitur, quia fumalis euaporatio est cau sa ꝙ sentiatur odor. Fumalis enim euaporatio est ab igne vel à quocũq; calido: ergo odoratus in actu fit per calidi- H tatẽ, quæ principaliter est in igne: & ideo in tpibus & lo cis calidis flores sunt maioris odoris. Deinde cum dicit.

Quamobrem odoratus sensiterium eo proprium est lo N. LEON. *co, ubi cerebrũ est frigidi. n. materia potestate est calida.*

Propter quod & circa cerebrum loco, odora tus proprium sensitiuum est. Potentia enim ca lida frigidi materia est.

Locꝰ organi odoratꝰ est circa cerebrum.

Concludit ex præmissis, ꝙ organum odoratus dicitur esse in loco, qui est circa cerebrum. Organum enim odo ratus est in potentia odor in actu, qui est per calorem vel ignem: & ita oportet ꝙ sit potentia calidum. Potentia au tem calidum est materia frigidi: quia eadem est materia contrariorum, nec potest esse in potentia ad vnum eorũ, nisi ſm ꝙ est actu sub altero, vel perfecte, uel imperfecte. imperfecte, sicut qñ est sub forma medĩ. & ideo oportet ꝙ substantia, & essentia organi odoratus sit id, quod est actu frigidum & humidum: quod præcipue est in loco circa cerebrum. Vnde organum odoratus est circa cere brum. Deinde cum dicit.

Oculi quinetiam constitutio hunc ipsum habet mo N. LEON. *dum. à cerebro nanq; conformatus est oculus. id autem ex omnibus corporis partibus frigidissimum est, & ma xime humidum.*

Oculi autem generatio eundem habet mo dum. à cerebro enim constat. Cerebrũ aũt frigi dius & humidius omnibus partibus corpis est.

Ostendit conuenientiam organi odoratus ad organũ visus: & dicit, ꝙ etiam oculi generatio habet eũdem mo dum quantum ad hoc ꝙ cõstat ex cerebro: quia cerebrũ inter omnes partes corporis est humidius & frigidius: & ita habet naturã aquæ, quæ est naturaliter frigida & hu mida: & sic cõgruit organo odoratus, quod debet esse ca lidum in potentia: & organo visus, quod debet esse aquę. G

Dubium. Responsio

Sed tunc videtur cõuenienter attribuisse Plato visum igni, sicut & hic Arist. odoratum. Dicendum est autẽ ꝙ organum odoratus est aquæ, inquantum aqua est po tentia calidum, quod est ignis: organum autem visus est aquę inquantum est perspicua, & per consequens lucida in potẽtia: sed quia ignis est etiam lucidus actu sicut & ca lidum, Adhuc posset aliquis dicere ꝙ conuenienter vi sus attribuitur igni. Dicendum est ergo ꝙ eodem mo do, quo Aristo. attribuit odoratũ igni nihil prohibet vi sum attribui igni non ſm proprias eius qualitates, quæ sunt calidum & siccum: sed ſm quod est lucidus actu: qđ etiam attendisse videntur aliqui Philosophi, argumentũ sumentes à fulgore, q apparet moto oculo. Sed tamen quantum ad hoc improbauit eorum opi. Aristo. non qui dem, quia ponebant visum in actu esse ignem, quod ali qualiter esset verum, inquantum. ſ. visus in actu, non fit sine lumine, sicut nec odoratus in actu sine calore, sed qa ponebant organum visus esse lucidum actu, ponentes vi sionem fieri non suscipiendo, sed extramittendo. De inde cum dicit.

Replica

Solutio pria.

Solutio ob ie. tacite.

Tactus autem potestas terræ est. gustatiuum uero ta N. LEON. *ctus quædam est species.*

Tactiuum autem terræ: Gustatiuum vero spe cies quædam tactus est.

Organa gu stus & tactꝰ sunt terrea Te. cõ. 69.

Determinat de organis sensuum necessariorum. Et pri mo ostendit quæ cuiꝙ elemento sunt attribuenda. secun do in quo loco sint sita. ibi {Et ideo iuxta cor.} Dicit er go primo ꝙ organum tactus attribuitur terræ, & simili ter organum gustus, qui est tactꝰ quidam, vt in Tertio de Anima dictum est. quod quidem nõ est sic intelligendũ, quasi organum tactus vel gustus sit simpliciter terreum. Capillis enim & crinibus non sentimus, quæ sunt magis terrea. sed quia, vt Tertio de Anima dicitur, terra maxi mæ miscetur in organo ipsorum sensuum. et de organo

Te. cõ. 66.

quidem

quidem tactus ratio ista est, quia vt dicitur Secundo de Anima, organum tactus, ad hoc ꝙ sit in potentia ad contrarias qualitates tangibiles, debet esse mediocriter complexionatum: & ideo oportet ꝙ sit tibi fm quantitatem plus de terra, quæ inter alia elementa minus habet de virtute actiua. de organo autem gustus ratio manifesta est. Sicut enim organum odoratus debet esse aqueum, vt sit ibi potentia calidū, sine quo non fit odoratus in actu, ita et̄ organum gustus debet esse terreum, vt sit potentia humidū, sine quo non est gustus in actu. Deinde cū dicit.

N. LEON. *Et iccirco iuxta cor ipsorum est sensiterium, gustatus inquam & tactus cerebro enim oppositum est cor, & omnium est partium calidissimum. Et de sensitiuis quidem corporis partibus hoc determinatum sit modo.*

Et ideo iuxta cor sensitiuū est ipsorum, s. gustus & tactus. cor enim oppositū est cerebro, et est calidissimū partium. Et de sensitiuis quidem partibus corporis hoc modo sit determinatū.

Organa gustus & tactꝰ sunt iuxta cor.

Oftendit vbi sit organum tactus & gustus constitutū, & dicit ꝙ est iuxta cor: & assignat huius rationem, quia cor est oppositum cerebro secundum situm & qualitatē: & sicut cerebrum est frigidissimum omnium, quæ in corpore sunt, ita & cor est calidissimum inter omnes corporis partes: & propter hoc sibi inuicem opponuntur secundum situm, vt per frigiditatem cerebri temperetur caliditas cordis. Et inde est ꝙ illi, qui habent paruum caput secundum proportionem cęterorum membrorum impetuosi sunt, tāquam calore cordis non sufficienter reflexo per cerebrum. Et econuerso illi, qui excedunt immoderatę magnitudine capitis sunt nimis humorosi & pinguiores per magnitudinem cerebri calorē cordis impedientē. propter quod oportet organū tactus quod terreum est, esse principaliter in loco calidissimo corporis, vt per caliditatem cordis ad temperiem terræ frigiditas reducatur. Nec obstat ꝙ per totū corpus animal sentit sensu tactus: quia sicut aliꝰ sensus fiūr per medium extrinsecum, ita tactus & gustus per medium intrinsecū, quod est caro. Et sicut visiuum principium non est in superficie oculi, sed intrinsecus, ita etiam principium tactiuum est intrinsecꝰ circa cor, cuius signum est ꝙ læsio, si accidat in locis circa cor, est maxime dolorosa. nec tamen oportet esse duo principia sensitiua in animali. Vnum circa cerebrum vbi constituitur principium visiuum, odoratiuum, & auditiuum: & aliud circa cor, vbi cōstituitur principium tactiuum & gustatiuum. Sēsitiuum enim principium primo quidem est in corde, vbi est fons caloris in corde animalis. Nihil enim est sensitiuum sine calore, vt dicitur in lib. de Anima. sed à corde deriuatur virtus sensitiua ad cerebrum: & exinde procedit ad organa triū sensuum, visus, auditus, & odoratus. tactus autem & gustus referuntur ad ipsum cor per medium coniunctum, vt dictum est.

Quare homines parui capitis sint impetuosi.

2. de. c. 130.

Vltimo autem epilogat quòd de sensitiuis partibus corporis sit hoc modo determinatum sicut in superioribus habitum est.

LECTIO. VI.

Sensibilium doctrinā aggreditur Luminis item ac Perspicui naturam explicans, coloris perfectam rationem deducit.

N. LEON. *De sensilibus autem per vnumquodq; sensiterium, vt de colore, sono, odore, sapore, & tactu, generatim quidem dictum est in iis, quæ de Anima: quod scilicet illorum sit opus, & quid per vnumquodque sensiterium sit operari. Quid autem illorum quodq; dicēdum sit, vt quid color, aut sonus, aut odor, aut sapor, similiq; modo de tactu, cō syderandum est, & primum de colore.*

DE sensibilibus autem his, quæ secundum vnumquodq; sensitiuum, puta dico colore, sono, odore, gustu, & tactu, vniuersaliter dictum est, quæ actio ipsorum in his, quæ de Anima: & quid operari secūdum vnumquodq; sensitiuorum. Quid autem oporteat dicere quodlibet eorum, scilicet quid color, quid sonus, qd odor, quid sapor: similiter & de tactu consyderandum est, et primum de colore.

Postquam Philosophus ad organa sensuum applicauit consyderationem de sensibus animalium, hic applicat ea ad ipsa sensibilia. Et primo dicit de quo est intētio, Secundo exequitur propositum. ibi {Quēadmodum igitur dictum est de lumine.} Circa primū duo facit. Primo proponit intentū, Secūdo manifestat quod dixerat. ibi {Est quidem igitur vnūquodq;.} Dicit ergo primo, ꝙ de sensibilibus proprijs, quę sentiuntur secundum vnūquodq; sensitiuum, i. secundum singula organa sensuum: quod dicitur ad differentiam sensibilium communium, s. de colore, sono, & odore, quæ sentiuntur per visum, auditum, & odoratum: et de gustu, & tactu, i. de sensibilibus horum sensuum dictum est in libro de Anima vniuersaliter: & quomodo habent in sensum agere, & qualis sit operatio sensus secundum vnumquodq; organum immutatum à p̄dicto sensibili. Dictum est. n. in Secundo de Anima, ꝙ sensus est potentia sensibile: et ꝙ sensibilia faciunt sensum esse in actu. Sed nunc consyderandum est quid sit quodlibet sensibile secundum seipsum, s. quid sit color: quid sonus, quid odor, quid sapor, et similiter de tactu, i. de sensibilibus tactus. Sed primum dicendum est de colore, qui est obiectū visus, eò ꝙ visus est spiritualior inter omnes sensus. Non est autem per hoc intelligendum, ꝙ de omnibus his sensibus in hoc libro determinare intendat, sed ꝙ omnium horum sensibilium consyderatio, necessaria sit ad propositam intētionem, sed cùm sensibilia tactus sint vel proprietates elementorum, s. calidum, frigidum, humidum, et siccum, de quibus determinatum est libro de Generatione: uel sint proprietates corporū distinctorū, sicut durum & molle, et alia huiusmodi, de quibus determinatum est in libro Metheororum. vnde nunc restat determinare de tribus. s. de colore, odore, et sapore. De sono enim determinatum est in libro de Anima: eò ꝙ eadem est ratio generationis soni, et immutationis auditus organi à sono. Qualiter autem immutentur organa sensuū à sensibilibus pertinet ad consyderationem libri de Anima. Deinde cum dicit.

Lec. 10. & 11.

2. lec. 16.

N. LEON. *Illorum igitur vnumquodq; bifariam dicitur, actu scilicet & potestate. Quomodo autem color actu & sonus eadem sint, uel diuersa à sensibus, qui sunt actu, vt à visione, & auditione, in commentarijs de Anima dictum est. Quid autem eorum vnumquodq; existēs sensum efficiat & actum, nunc recensēamus.*

Est quidem igitur vnūquodq; dupliciter dictum, hoc quidem actu, hoc autem potentia. Quomodo quidem igitur actu color & sonus, & quomodo est idem vel alterū his, qui secundum actum sensibus, puta visioni & auditioni, dictum est in eis, quæ de Anima. Quid autem vnumquodq; eorum existens faciat sensum & actum nunc dicamus.

Sensibile vnumqdq; dupliciter.

Exponit quod dictum est, s. ꝙ cōsyderandum sit quid sit color et sapor &c. Vnumquodq; horum enim dupliciter est. Vno quidem modo prout sentitur in actu. Alio vero modo, prout est sensibile in potentia. Quòd autem sit vnumquodq; eorum secundum actum, i. secundum ꝙ est color actu perceptus à sensu, vt sapor vel quodcunq; aliud sensibile, dictum est in libro de Anima. Quomodo scilicet vnumquodq; horum idem sit, vel alterum sensui secundum actum, s. visioni vel auditioni: quia videlicet visibile

Tertia lc. 2

visibile in actu est idem visioni in actu, visibile autem in potentia non est idem visui in potentia: ergo quid vnum quodq; sensitiuum sit in actu dictum est in libro de Anima, in quo determinatum est de sensibilibus in actu: sed quid sit vnumquodq; eorum secundū seipsum, quod natum est facere sensitiuum actu, est nunc dicendum in hoc libro. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quemadmodum igitur dictum est de lumine in illis, q; scilicet est color perspicui per accidens. Nam quotiens igneum quippiam in est perspicuo, illius quidem præsentia lumen est, absentia uero tenebræ.*

Quemadmodum igitur dictum est de lumine in aliis: quòd sit color perspicui secundum accidens. Quando enim ineſt aliquid ignitum in perspicuo, præsentia quidem lumen est, priuatio vero tenebræ.

Lumē quid

Determinat de sensibilibus ſm modum prætactum. Et primo de colore, Secundo de sapore, ibi {De odore vero & sapore.} Tertio de odore, ibi {Eodem autem modo oportet intelligere.} Prima autem pars diuiditur in duas partes. In prima ostēdit quid sit color in communi, In secunda parte determinat de differentijs colorum, ibi {Est ergo ineſſe perspicuo.} Circa primū duo facit. Primo proponit principia coloris, Secundo inuestigat coloris definitionem ex huiusmodi principijs, ibi {Quemadmodum ergo & corporum,} Est autem duplex coloris principium. Vnum quidem formale, ſ. lumen, aliud materiale, ſ. perspicuum. Primo ergo tangit principium formale, ſ. lumen, Secundo principiū materiale, ſ. perspicuū, ibi {Quod autem dicimus perspicuum.} Dicit ergo primo q; sicut dictū est libro de Anima, lumen est color perspicui: quod quidem dicitur secundum quandam proportionem, ex eo q; sicut color est forma & actus corpis colorati, ita lumen est forma & actus perspicui. Differt autem quātum ad hoc q; corpus coloratum in seipso habet causam sui coloris. Sed corpus perspicuum habet lumen ab alio: & ideo dicit q; lumen est color perspicui ſm accidens, i. per aliud, non qa lumen sit actus perspicui inquantum huius. Quòd autem sit actus eius ſm aliud, manifestat per hoc, q; quādo aliquod corpus ignitum, i. actu lucidum, adest perspicuo, ex præsentia eius fit lumen in perspicuo, ex priuatione vero fiunt tenebræ. Non sic autem est de colore: quia color manet in corpore colorato quocunq; præsente vel absente: licet non sit actu visibilis sine lumine. Deinde cum dicit.

Pricipium coloris duplex.

z, 4, cō. 69.

N. LEON. *Quid autem uocamus perspicuum non est aeris aut aquæ, aut alicuius sic appellatorum corporum propriū, sed communis quædam natura & potestas, quæ separata quidem non est, in iis autem est, & aliis etiam ineſt corporibus, iis quidem magis, illis uero minus.*

Quod autem dicimus perspicuum, non est proprium aeris vel aquæ, nec alicuius sic dictorum corporum, sed est quædam communis natura, & virtus, quæ separata quidem non est. In his vero est & in aliis corporibus. In his quidē magis, in his vero minus.

Determinat de perspicuo, et dicit, q; quod hoc dicitur perspicuum, nō est proprium vel aeris, vel aquæ, vel alicuius huiusmodi corporum: sicut est virtus & alia corpora transparentia, sed est quædam natura communis, quæ in multis corporibus inuenitur, i. quædam naturalis proprietas in multis inuēta, quam etiam virtutem nominat, inquantum est quoddam principiū visionis. Et quia Plato ponebat communia, sicut sunt separata secundum rationem, ita etiam separata esse ſm esse, ideo ad hoc excludendum subiungit, quòd natura perspicuitatis nō est aliqua natura separata, sed est in his corporibus sensibilib⁹ scilicet in aere & aqua, & in aliis, in quibusdam quidem magis, in quibusdam vero minus. Ad cuius euidentiā sciendum est q; Philosophus dicit in secundo de Anima, visibile non solum est color, sed etiam quoddam aliud, quod ratione comprehenditur innominatum. Est autem in genere visibilis communiter accepti, aliquid vt actus, aliquid vero ut potentia. non est autem in hoc genere ut actus aliqua qualitas propria alicuius elementorum, sed ipsum lumē, quod est quidem primo in corpore cœlesti, deriuatur autem ad inferiora corpora. vt potentia quidē in hoc genere est id, quod est proprium luminis susceptiuum: quod quidem in triplici ordine graduum se habet.

Te. cō. 72.

Triplex gradꝰ lucidoꝝ.

Primus quidem gradus cum id, quod est luminis susceptiuum ē totaliter lumine repletū, quasi perfecte in actu reductum, ita q; vlterius non sit receptiuum alicuius qualitatis vel formæ huius generis: quod quidem inter omnia corpora maxime competit Soli. Vnde corpus solare non potest esse medium in visu, vt sit recipiens & reddēs formam visibilem. Proprietas autem lucendi ſm ordinē quendam descendendo, procedit vsq; ad ignem: vlterius vsq; ad quędam corpora, quæ, propter paruitatem sui luminis, non possunt lucere nisi in nocte, vt supra dictū est.

Secundus

Secundus gradus est eorum, quæ de se non habent lumen in actu, sed sunt susceptiua luminis per totum. huiusmodi corpora proprie dicūtur perspicua siue transparentia, vel diaphana. Phanon enim in græco idē est quod visibile. Et hæc quidem proprietas transparendi inuenitur quidem maxime in corporibus cœlestibus præter corpora astrorum, quæ occultant quod post se est: secūdario autem in igne, secundum q; est in propria sphera propter raritatem, tertio in aere, quarto in aqua, quinto etiā in quibusdam terrenis corporibus propter abundantiam aeris vel aquæ in ipsis.

Phanon in græco idē q; visibile dicitur.

Tertius

Tertius & infimus gradus est terræ, quæ maxime distat à corpore cœlesti: quæ minime nata est recipere de lumine, sed in superficie tantum. exteriores enim partes propter sui grossitiem interiores obumbrant, vt ad eas non perueniat lumē. Quamuis autem in solis corporib⁹ medij gradus proprie dicatur perspicuū, vel diaphanum ſm nominis proprietatem, cōiter tamen loquendo, potest dici perspicuum, quod est luminis susceptiuum qualitercunq;. Et ita videtur Philosophus hic de perspicuo loqui. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quemadmodum igitur corporum necesse est aliquod esse ultimum, ita & huius. Quod autē illius, quod in corporibus est, perspicui extremum sit quiddam, palàm est omnibus. Quód uero id sit color, ex iis, quæ accidunt est manifestum. color enim aut in extremitate est, aut extremum. Quamobrem Pythagoræi superficiem colorem uocabant. Est autem in extremo sanè corpore, sed non est corporis extremum.*

Quemadmodum ergo & corporum, necesse est vltimum esse, et huius luminis quidē igit̄ natura, in indeterminato perspicuo est. Ipsius autem qđ in corporibus perspicui vltimū, quod quidem erit vtiq; aliquid, palam est. Quod autē hoc sit color ex accidentibus manifestū. Nanq; color in extremitate, aut extremitas est. Vnde Pythagorici epiphaniam colorem vocabant. Est quidem enim in corporis extremitate, sed non est extremitas corporis.

Inuestigat definitionē coloris. Et primo inuestigat genus. Secundo differentiam, ibi {Sed eandem naturam.} Tertio definitionem concludit, ibi {Quare color vtique etiam.} Est autem consyderādum q; semper oportet subiectum ponere in definitione accidentis, vt dicitur septimo Meta. differenter tamen. Nam, si accidens definitur

Tex. cō. 4.

in

in abſtracto, ſubiectum ponitur loco differentiæ, id autē, quod pertinet ad genus accidentis, ponitur loco generis: ſicut cum dicitur ſymitas eſt curuitas naſi. Cū autem accidens definitur in concreto, ecōuerſo ſubiectum ponitur loco generis: ſicut cum dicitur, ſymus eſt naſus curuus. Quia ergo hic color definiēdus eſt in abſtracto, primo incipit inueſtigare loco generis id, quod eſt eſſentialiter ipſe color. Et concludit ex prædictis, ꝙ, cū perſpicuum nō ſit natura ſeparata, ſed in corporibus exiſtens, neceſſe eſt ꝙ ſicut corporum, in quibus hæc natura inuenitur eſt aliquod vltimum, ſi ſint finita, ita & ipſius perſpicui, quod ſignificat qualitatem talium corporū, oportet eſſe aliquod vltimum. Et eadē ratio eſt de omnibus qualitatibus corporum, quæ per accidens fiunt quanta ſecundum corporum quantitatem. vnde per accidēs terminatur ſm corporum terminationem. Eſt ergo conſyderādum ꝙ ſicut corporum, quædā terminata dicuntur, quia proprijs terminis terminantur, ſicut corpora tetreſtria: quædam interminata, eo ꝙ non terminant proprijs terminis, ſed alienis, ita etiam eſt & circa perſpicuum. Quoddam enim eſt interminatum ex ſeipſo: quia nihil habet in ſe determinatum, vnde ipſum videatur. Quoddam autem eſt terminatum, quia determinate habet aliquid in ſeipſo, vnde videatur ſm propriam terminationem. Perſpicuum igitur indeterminatum eſt ſuſceptiuū luminis: cuius natura nō eſt vt ſuſcipiatur ſolum in extremo, ſed per totū mediū. Manifeſtum eſt autem ꝙ ipſius perſpicui, quod ſignificat qualitatem in corporibus exiſtentem, vt dictum eſt, eſt aliquid vltimum: & ꝙ ſit color, manifeſtū eſt ex his, quæ accidunt. non enim videntur corpora colorata, niſi ſm ſuas extremitates. Per quod apparet ꝙ color, vel eſt extremitas corporis, vel eſt in extremitate corporis. Et inde eſt ꝙ Pythagorici colorem vocabāt epiphaniam, i. apparitionem: quia illud, quod apparet in ſuperficie corporum, color eſt. Non eſt autem verum ꝙ color ſit extremitas corporis, vt Pythagorici poſuerunt: quia ſic eſſet ſuperficies, vel linea, vel punctus: ſed eſt in extremitate corporis, ſicut natura perſpicui eſt in corporibus. Deinde cum dicit.

Error Pythagoricoꝝ circa colorē.

N. LEON. *Verum eandem oportet cenſere naturam, quæ colorantur extrinſecus, intrinſecus etiam colorari. Apparent autem aer & aqua colorata, quoniā ſplendor talis eſt. Sed in iis quidem quoniam interminato eſt dèprope & accedentibus, & à longe, neq; aer, neq; mare eundem habent colorem: in corporibus uero, niſi id, quod continet mutationem faciat, determinata eſt coloris apparentia. Manifeſtum igitur eſt ꝙ idem & hic & ibi capax coloris eſt, Propterea perſpicuum, inquātum corporibus ineſt. ineſt autem aut plus, aut minus, ut colore participent omnia ſanè præſtat. Quoniam autē in extremo eſt color, in huius ſanè erit extremo.*

Sed eandem naturam oportet exiſtimare, & eam quę exterius coloratur, & hanc quę & interius. Videntur autem aer & aqua colorata. Et enim aurora talis. Sed ibi quidem, quoniā in indeterminato accidit, nec eundem colorem habet accedentibus prope, & longe, nec aer, nec mare. In corporibus vero, niſi continens faciat tranſmutationem, determinata eſt phātaſia coloris. Manifeſtum igitur ꝙ idem & ibi, & hic, ſuſceptiuum coloris eſt. Perſpicuum ergo ſecundum, ꝙ exiſtit in corporibus. (Ineſt autem, aut plus aut minus) in omnibus coloris facit participare. Quoniam autem i extremitate color, huius vtiq; extremitas aliqua erit.

A Inueſtigat *id quod ponitur in definitione coloris ſicut differentia, ſ. eius ſubiectum, quod eſt perſpicuum. Et dicit, ꝙ oportet exiſtimare eādem naturam eſſe, quæ eſt ſuſceptiua coloris in corporibus, quæ colorātur exterius, i. non per proprium colorem, ſed ex aliquo exteriori: & in his, quæ colorantur interius per proprium colorem. Illa autem, quæ colorātur ab exteriori, ſunt perſpicua, ſicut aer & aqua. et hoc manifeſtat per colorem, qui apparet in aurora ex reſplendentia radiorum ſolis ad aliqua corpora. Aſſignat tamen differentiam inter corpora, quę colorantur ab exteriori, vel à ſeipſis. In his enim, quæ ab exteriori colorantur, propter hoc ꝙ non habent determinatum colorem de ſe, nō videtur idem color de prope & de longe, ſicut apparet in aere & aqua maris, quæ de longe apparet alterius coloris, q̄ de prope. Quia enim horum color videtur ſecundum aliquam reuerberationem, neceſſe eſt ꝙ ſm varietatem ſitus proſpicientium varietur apparitio propter diuerſam reuerberationis figuram: ſed* B *in corporibus, quæ de ſe habent determinatum colorem eſt determinata phantaſia, i. apparitio coloris: & non variatur ſecundum diuerſum ſitum aſpicientium, niſi forte per accidēs, puta cum corpus cōtinens facit aliquā tranſmutationem apparitionis, vel quando color videtur per alium: ſicut quæ continentur in vaſe vitri rubei videntur rubea: vel etiam per aliquam reuerberationem ſplendoris, ſicut patet in collo columbę. Quia igitur color, qui videtur in vtriſq; corporibus, non differt ſecundū proprium ſubiectum coloris, ſed ſm apparitionis cauſam, quæ eſt vel interius, vel exterius, manifeſtum eſt ꝙ vtrobiq; eſt idem ſuſceptiuum coloris. Manifeſtum etiā, quia in ijs, quæ colorātur ab exteriori, perſpicuum eſt ſuſceptiuum coloris, & etiam ꝙ in his, quæ colorantur interius, perſpicuum eſt quod facit ea participare colorem. quod quidē perſpicuum in corporibus inuenitur ſecundum magis et minus vt dictum eſt. Quæ enim iſtorum corporum plus* C *habent de aere vel aqua, plus habēt de perſpicuo: minus autem habent, quæ ſuperabundant in terreſtri. Si ergo coniungamus duo, quæ dicta ſunt, ſ. ꝙ color ſit in extremitate corporis: & ꝙ corpora participent colorem ſecundum perſpicuum, ſequitur ꝙ color ſit quædam extremitas perſpicui. Deinde cum dicit.*

N. LEON. *Iccirco color perſpicui in corpore determinato erit extremum.*

Quare color vtiq; erit perſpicui extremitas in determinato corpore.

Concludit definitionem coloris. et primo in his, quæ per ſe colorantur interius, ſecundo in his, quæ colorātur ab exteriori, ibi {Et ipſorum autē perſpicuorum.} Concludit ergo, ꝙ color ē extremitas perſpicui in corpore determinato. quod quidem additur, eo ꝙ huiuſmodi corpora ſunt, quæ ſecundum ſe colorantur. In definitione autē debet poni id, quod eſt per ſe. Quòd autem dicit colorem eſſe extremitatem perſpici, nō repugnat ei, quod dixerat ſupra, colorem nō eſſe extremitatem, illud enim dixit de extremitate corporis, hoc autem de extremitate perſpicui: quod nominat corporis qualitatem, ſicut calidum et album. Et ideo color non eſt in genere quātitatis, ſicut ſuperficies, quæ eſt extremū corporis, ſed eſt in genere qualitatis, ſicut & perſpicuitas. quia extremum, & id, cuius eſt extremum, vnius generis ſunt. Si autē corpora intrinſecus quidem habent ſuperficiem in potentia, non autem actu, ita etiam intrinſecus non colorantur in actu, ſed in potentia, quæ reducitur ad actum facta corpis diuiſione. Illud autem intrinſecum non habet virtutē mouendi viſum, quod per ſe colori conuenit. Deinde cum dicit.

Color qd.

Solutio q̄ſtionis tacte.

N. LEON. *Et ipſorum etiā perſpicuorū, ut aquæ, & ſiquid aliud huiuſmodi eſt, quibuſue proprius apparet ineſſe color in extremo ſimiliter omnibus ineſt.*

Ipſorum autem perſpicuorum, puta aquę, & ſiquid

& ſiquid aliud tale quorumcunq; videtur alicui color proprius eſſe ſecundum extremitatem ſimiliter omnibus ineſt.

Manifeſtat rationem coloris quantum ad ipſa perſpicua interminata, ſicut eſt aqua vel quicquid aliud huiuſmodi habet aliquem colorẽ: quia in omnibus his non eſt color, niſi ſecundum extremitatem.

LECTIO. VII.

Coloris in extremos ac medios partitio, ipſorumq; duplex generationis ac miſtionis modus aſſignatur.

N. LEON. *Et ſanè accidit ipſi ineſſe perſpicuo huiuſmodi quippiam, quod in aere facit lumen: contingit etiam non ineſſe, ſed priuari. Quẽadmodum igit ibi hoc quidẽ lumen, illud uero tenebræ, ita in corporibus ſunt albũ & nigrũ.*

ESt ergo ineſſe in ꝓſpicuo hoc quod in aere facit lumen: eſt autem non, ſed priuatum eſſe Quemadmodum igitur ibi hoc quidem lumen, hoc vero tenebræ, ita & in corporibus ineſt album & nigrum.

Diſſ. colo. ex lumine cauſantur.

Poſtquam Philoſophus oſtẽdit quid eſt color, hic procedit ad diſtinguendum ſpecies colorum. Et primo quantum ad colores extremos, ſecundo quantum ad colores medios, ibi {De aliis autem coloribus.} Quia vero differentiæ, quibus ſpecies diſtinguuntur, debent eſſe per ſe generis diuiſiuæ & non ꝑ accidens, vt patet ſeptimo Meta. ideo ex ipſa natura coloris, quam per definitionem ſupra poſitam explicauerat, concludit diuerſitatem ſpecierum ipſius. Habitum eſt enim ex præmiſſis, ꝙ ſubiectum coloris eſt perſpicuum ſm ſuum extremum in corporib⁹ terminatis, proprius autem actus perſpicui inquantum huius, eſt lux, cuius præſentia in diaphano nõ determinato, ſicut eſt aer, facit lumẽ, eius autem abſentia facit tenebras. Contingit ergo in extremo perſpicui terminatorũ corporum ineſſe illud, quod in aere facit lumen: & hoc faciet ibi colorem album, & per eius abſentiam efficietur color niger, quod quidem non eſt ſic intelligẽdum quaſi in colore nigro nihil ſit luminis, ſic enim nigredo non eſſet contraria albedini, vt pote non participans eandẽ naturam, ſed eſſet pura priuatio, ſicut tenebra aeris. Sed dicitur nigredo cauſari per abſentiam luminis, quia minimum habet de lumine inter omnes colores, ſicut albedo plurimum. Contraria enim ſunt, quæ in eodẽ genere maxime diſtant, vt dicit decimo Meta. Deinde cum dicit:

N. LEON. *De aliis autem coloribus nobis dicendum eſt, prius tamen diuidendo quot fieri modis contingit illos. Contingit autem iuxta ſe poſitis albo & nigro ita, ut eorum neutrum ob paruitatem cernatur, ambo autẽ iuncta uideantur, ſic fieri: id enim neq; album, neq; nigrum eſſe poteſt, Quoniam uero neceſſe eſt quempiam habere colorem, illorum autem neutrum eſſe poteſt, mixtum quiddam, coloris q; ſpeciem diuerſam eſſe neceſſe eſt. Et hoc profecto exiſtimare licet modo, plures eſſe colores q̃ albũ & nigrũ.*

De aliis autem coloribus ĩã diuidentes quot modis contingit fieri dicendũ. Contingit enim inuicem poſitis albo & nigro, ita quòd vnum quodq; eorum ſit inuiſibile propter paruitatẽ. Quòd autem ab ambobus viſibile ſic fieri, hoc enim neq; album poteſt videri, neq; nigrũ. quoniam autem neceſſe quidem eſt quendam colorem habere: neutrum autem horum poſſibile eſt, neceſſe eſt commixtum eſſe, & ſpeciẽ quandam coloris aliã. Eſt quidẽ ergo ſic accipere plures colores eſſe, quàm album & nigrum.

Procedit ad diſtinguendum colores medios & diuiditur in partes duas. In prima ponit quoſdam modos generationis & diſtinctionis colorum mediorum non ſecundum ipſorum exiſtentiam, ſed ſm apparentiam, ſecundo aſſignat veram generationem mediorum colorum ſecundum ſuam naturam, ibi {Si autem commixtio eſt corporum.} Circa primum Philoſophus duo facit. Primo ponit duos modos generationis & diſtinctionis mediorum colorum ſm apparentiam. Secundo comparat illos modos adinuicem, ibi {Dicere autẽ ſicut Antiqui.} Prima pars diuiditur in duas, ſecũdum duos modos, quos ponit ſecunda pars incipit, ibi {Vnus autem apparere.} Circa primum duo facit. Primo ponit generationem colorum mediorum, ſecundo aſſignat diſtinctionem ipſorum, ibi {Multos autem proportione.} Dicit ergo primo, ꝙ cũ dictum ſit de coloribus extremis, dicẽdum eſt de aliis coloribus, ſ. mediis, diſtinguendo quot modis cõtingit eos generari. Supponitur ergo aliquid eſſe inuiſibile propter eius paruitatem. contingit ergo duobus paruis corporibus non viſibilibus propter paruitatem iuxta ſe poſitis, quorum vnum ſit nigrum, & aliud ſit album, illud, quod ex vtroq; cõpoſitum eſt, videri propter maiorem quantitatem. Omne autem, quod videtur in huiuſmodi corporibus, ſm aliquem colorem videtur. Illud autem totũ, nec videtur vt album, nec vt nigrum: quia tã illud, quod eſt album, q̃ illud, quod eſt nigrum in ipſo, poſitum eſt eſſe inuiſibile propter paruitatem. Vnde neceſſe eſt ꝙ videatur quaſi quidam color ex vtroq; commixtus: & ſic ſit alia ſpecies coloris præter album & nigrum. Ex quo patet ꝙ cõtingit colores plures accipere, q̃ album, & nigrum. Deinde cum dicit.

Colores medii quaſi liter generentur.

N. LEON. *Multos autem proportione. Tria enim ad duo, & nec ſim tria ad quatuor, & per alios numeros iuxta ſe inuicem conſiſtere contingit: Alios autem nulla omnino proportione, ſed exceſſu defectuq; incommenſurabili.*

Multos autẽ proportione: tria eſt ad duo & tria ad quatuor: & ſm alios numeros eſt iuxta ſe inuicem latere. Hi autem omnino ſm nullã proportionem ſunt: ſed ſecundum abundantiã quandam & defectum incommenſurabilem.

Aſſignat diſtinctionem mediorum colorum, & primo aſſignat cauſam diſtinctionis mediorum colorum ex diuerſa proportione albi & nigri, ſecundo aſſignat cauſam quare quidam colores medij ſunt delectabiles, & quidam non, ibi {Et eodem itaq; modo.} Circa primum conſyderãdum eſt, ꝙ ſicut Philoſophus dicit decimo Meta. ratio menſuræ primo quidem inuenitur in numeris, ſecũdo in quantitatibus continuis, deinde vltimo trãsfertur etiã ad qualitates, ſm ꝙ in eis poteſt inueniri exceſſus vnius qualitatis ſuper aliam: ſiue per modum intẽſionis, prout aliquid dicitur alio albius: ſiue per modum extenſionis, prout dicitur, albedo maior, quæ eſt in maiori ſuperficie. Quia vero proportio eſt quædam habitudo quantitatũ adinuicem, vbicunq; dicitur quantum aliquo modo, ibi poteſt dici proportio. & primo quidem in numeris, qui omnes ſunt adinuicem commenſurabiles. Communicãt autem omnes in prima menſura, quæ eſt vnitas. Sunt autem diuerſæ proportiones numerorum, ſm ꝙ diuerſi numeri adinuicem comparantur. Alia enim eſt proportio, tria ad duo: quę vocatur ſexquialtera, & alia quatuor ad tria, quæ vocat ſexquitertia. Quia vero quantitates continuæ nõ reſoluuntur in aliquod indiuiſibile, ſicut numeri in vnitatem, non eſt neceſſe omnes quantitates continuas eſſe adinuicem commẽſurabiles, ſed eſt inuenire aliquas, quarum vna excedat alteram: quæ tamen non habent commenſurationem. Quæcunq; tamen quãtitates continuę proportionantur adinuicem, ſecundum proportionem numeri ad numerum, earum eſt vna mẽſura communis, puta ſi vna ſit trium cubitorum, & alia quatuor:

Te. cõ. 2. & 8. Phy. te. com. 76.

vtraq;

vtraq; mensuratur cubito. Et ad hunc modum in qualitatibus etiam contingit esse excessum & defectum: vel secundum aliquam proportionem numeralem, vel secundum excessum commẽsurabilem. Et hoc est quod dicit, ꝙ contingit esse multos medios colores secundum diuersas proportiones, contingit enim ꝙ album iaceat iuxta nigrum secũdum proportionem duorum ad tria, vel triũ ad quatuor, vel quorumlibet aliorũ numerorum: aut secundum nullam proportionem numeralem, sed solum secundum incommensurabilem superabundantiam & defectum. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Et eodem ißtæc se habere modo existimandum est ut consonantiæ se habent. Qui enim in exactissimæ proportionis numeris sunt colores, quemadmodum ibidem consonantiæ, gratissimi profecto esse uidentur, ut purpureus & puniceus, & alii id genus pauci. quam etiam ob causam consonantiæ sunt paucæ. qui autem non sunt in numeris, alij sunt colores.*

Eodem itaq; modo, hoc oportèt habere et in consonantijs. Qui quidem in numeris, proportionatissimi sunt colores: quemadmodum ibi concordantias, hi autem delectabilissimi colorum esse videntur, veluti croceus & puniceus. Pauci aũt tales propter causam, propter quam quidem & symphoniæ paucæ. Qui autem non in numeris, alij colores.

Colores medii quare sint delectabiles. Ostendit quare quidam colores sunt delectabiles, & quidam nõ. & assignat circa hoc duas rationes. Secundã ponit, ibi {Vel etiam oẽs colores.} Dicit ergo primo, ꝙ ex quo medij colores distinguuntur fm diuersas proportiones albi & nigri {Eodem modo oportet} se habere in medijs coloribus, sicut {& in consonantijs} quę causant fm proportionẽ vocis grauis & acutę. Sicut enim in consonantijs illę sunt {proportionatissimę} & delectabilissimę, quæ consistunt in numeris, sicut dyapason in proportione duorum ad vnum, & diapente in proportione triũ ad duo: ita etiam in coloribus illi, qui cõsistunt in proportione numerali sunt proportionatissimi, et hi etiam uidentur delectabilissimi, {sicut croceus & purpureus}. i. rubeus & subrubeus.} Et sicut paucæ sunt symphoniæ delectabilis, ita etiã pauci sunt colores tales.} Alij vero colores, qui non sunt delectabiles, non consistunt in proportione numerali. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Aut certe omnes in numeris esse colores, & alios quidem ordine dispositos, alios nullo ordine, & hos ipsos cum minus puri fuerint, qm̃ nõ sint ī numeris, tales fieri. Vnus quidem colorum constitutionis modus, hic est.*

Vel etiã omnes colores in numeris esse alios quidẽ ordinatos alios vero, Inordinatos. & hos ipsos, quando non puri sunt, quia nõ sunt in numeris tales fieri. Vnus si quidem modus generationis colorum. hic est.

Assignat aliam rationem, quare quidam colores sunt delectabiles, & quidam non. Et dicit ꝙ omnes species colorũ possunt dici ꝙ sint {ordinatę fm numeros.} Et potest ad hoc mouere, qa si sit excessus solum fm superabundantiam & defectum, non erit alia species coloris, sed tũc solum quando superabũdantia & defectus est fm aliquã proportionem numeralem. Hoc autem supposito adhuc sequeretur ipsos eosdem colores esse inordinatos {quando non sunt puri} vtputa si in vna parte sit excessus albi supra nigrum secundum vnam proportionem, in alia autem parte secundum aliquam aliam numeralem proportionem, & hoc confuse & absq; ordine. Et ideo, quando non erit per totum eadem proportio numeralis, sequitur ꝙ hmõi colores erũt inordinati et indelectabiles. Vltimo autem cõcludit {hunc esse vnum modum generationis mediorum colorum.} Deinde cum dicit.

N. LEON. *Alter autem, cùm per alterutrum apparent, quemadmodum facere interdum Pictores solent, cùm alium colorem euidentiori alio superinducunt. si quando in aqua quippiam, aut in aere quod appareat efficere cupiunt. Atq; ut Sol, qui de per sé quidem albus cernitur, per caliginem autem uel fumum puniceus apparet.*

Vnus aũt apparere alterũ per alterũ. Quemadmodum animalium Pictores faciũt alterum colorum super alterum, & manifestiorem supponẽtes, quemadmodum qm̃ in aqua vel aere, volunt aliquid facere apparens, & Quẽadmodum Sol secundum se quidem albus videtur, p caliginem vero & fumum puniceus.

Ponit secundum modum generationis mediorum colorum. Et primo assignat generationem colorum mediorum, Secundo distinctionem ipsorum. ibi {Multi aũt & sic erũt.} Dicit ergo primo, ꝙ, præter modum prędictũ, est vnus alius modus generationis mediorũ colorum fm apparentiam, per hoc, ꝙ vnus colorum apparet per aliũ. Ita ꝙ ex duobus coloribus resultat apparitio cuiusdã medij coloris. Et ponit duo exẽpla, primum in Artificib⁹, sicut qm̃q; faciunt pictores ponentes vnum colorem super alium, ita tamẽ ꝙ manifestior color, i. fortior & tenacior subtus ponatur, alioquin si debdior poneretur subt⁹, nullatenus appareret: et hoc præcipue faciunt quando volũt facere in sua pictura ꝙ aliquid appareat, ac si esset in aere vel aqua, vt puta cùm pingunt pisces quasi in mari natantes, tunc enim superponunt fortiori colori piscium, quendam debilem colorem, quasi aqua. Aliud vero exemplum ponit in rebus naturalib⁹. Sol enim fm se videtur albus propter luminis claritatẽ: sed, quando videtur à nobis mediãte caligine siue fumo resoluto à corporibus, fiet tunc puniceus, i. rubicũdus. Et sic patet ꝙ id, quod fm se est vnius coloris quando videtur per alium colorẽ facit apparentiam tertij coloris. Fumus enim fm se non est rubeus, sed magis niger. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Multi autem sic erunt colores eodem, quo dictum est modo. proportio enim quædam sanè erit eorum, qui in superficie sunt, ad illos qui in profundo existũt. quidam autem in nulla penitus erunt proportione.*

Multi autem, & sic erunt colores eodem modo prius dicto. proportio enim erit vtiq; quædam eorum, qui in superficie, ad eos, qui sunt in profundo. Quidam autem & omnino nõ sunt in proportione.

Assignat etiam secundum hunc modum rationem distinctionis colorũ. Et dicit, ꝙ eodem modo multiplicantur medij colores fm hunc modum generationis eorum, sicut et fm prædictum, & fm diuersas proportiones. Est enim accipere quandam proportionem coloris infra positi, quod dicit esse in profundo, ad colorem supra positũ, quem dicit esse in superficie. Et quidam tamẽ colores, supra et infra positi non sunt in proportione aliqua numerali et ideo causantur colores vt delectabiles et indelectabiles, vt supra dictum est.

LECTIO. VIII.

Ipsa mediorum colorum generatio ex communi ac propria corporum mistione insinuatur: cur item, & quomodo multiplicentur ipsi medii colores differtur.

N. LEON. *Absurdum igitur est dicere, ut Veteres uoluerunt, colores defluxus esse quosdã, & talem ob causam uideri. omnium" nim de illorũ sententia per contactum sensationes*

fieri neceſſe eſt. Quamobrem melius continuo eſt dicere ſenſationē fieri: quia ſenſus interſtitium à re ſenſili mouea tur, quàm contactu & defluxionibus.

DIcere autem ſicut Antiqui, defluxionem eſſe colorē, & videri propter talem cauſam, incongruum. Omnibus enim modis per tactū neceſſe ipſis facere ſenſum. Quare mox melius eſt dicere per moueri intermediū ſenſus à ſenſibili fieri ſenſum, q̄ꝫ tactu & defluxionib⁹.

Poſitis duobus modis generationis colorum mediorum, hic comparat prędictos modos adinuicem. Et circa hoc tria facit. Primo excludit quādam poſitionē, ex qua procedebat vnus prædictorū modorum, Secundo cōparat p̄dictos modos adinuicem, ibi {Inſunt ſecus inuicē.} Tertio oſtendit quantum ad quid vtriq; p̄dictorum modorū ſuſtineri poſſint, ibi {Quare ſi non contingit.} Dicit ergo primo, q̄ Antiqui poſuerūt colorē nil aliud eſſe, q̄ꝫ quēdam effluxū à corporibus viſis, ſicut ſupra Democritus, & ēt Empedocles poſuerunt, q̄ viſio fit propter hmōi cauſam, ſ. propter defluxum idolorū à corporib⁹ viſis. Et, quia vnūquodq; videtur p proprium colorē, ideo credidēr ſit nihil aliud eſſe colorem, q̄ꝫ hmōi defluxionē. Sed hoc dicere eſt omnino incongruum. non enim poterant ponere, q̄ hmōi corpora, defluentia à corporibus viſis ingrederentur intra oculum: quia ſic corrumperet ſubſtantia eius. vnde oportebat omnibus modis q̄ ponerent, q̄ viſio fieret p contactum corporum reſolutorū ad ipſum oculum, ex hmōi contactu immutatum ad videndum. Si ergo immutatio talis ſufficit ad cauſandum viſionem, melius eſt dicere q̄ viſio fiat p hoc q̄ mediū ſtatim à principio moueatur à ſenſibili, q̄ꝫ dicere viſionē fieri p cōtactum & defluxionem. Natura enim per pauciora ſe expedit inquantum poteſt. Sunt autē & alia, quibus prædicta poſitio oſtenditur eſſe falſa. primo quidem, quia ſi viſio fieret per contactum, tunc ſenſus viſus non diſtingueretur à tactu, quod patet eſſe falſum. Viſus enim non eſt cognoſcitiuus contrarietatum tactus. Secundo, quia corpora viſa per continuum defluxum diminuerētur: & tandem totaliter conſumerentur, niſi alijs defluxionibus ſuperuenientibus, eorum quantitas ſeruaretur. Tertio, quia hmōi corpora defluentia à rebus viſis cum ſint ſubtiliſſima, à ventis propellerentur. Vnde non fieret recta viſio. Quarto, q̄a viſus nō indigeret lumine ad videndum ex quo viſio fieret per contactum viſibilis: & multa alia hmōi incōuenientia ſequuntur, q̄ꝫ quia manifeſta ſunt, Philoſophus prætermiſit. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *In iis igitur, quæ iuxta ſe inuicem collocantur, quemadmodum magnitudinem non niſilem, ita nō ſenſile tempus accipere neceſſe eſt, ut accedentes lateant motiones, & unum uideatur eſſe, quia ſimul apparent. Hic autem nulla eſt neceſſitas. Verum is, qui inſuperficie eſt color, cū immobilis ſit, & à ſuppoſito moueatur, haud ſimilem faciet motionem. Quamobrem diuerſus apparet, & neq; albus, neq; ater.*

In his autem, quæ ſecus inuicem ponuntur, neceſſe ſicut & magnitudinem accipere inuiſibilem, ita & tempus inſenſibile, vt lateāt motus peruenientes, & vnum putetur eſſe, propter ſimul apparere. Hic autem nulla neceſſitas. Sed, qui in ſupficie color, immobilis exiſtens: & motus à ſuppoſito, non ſimilem facit motū. Quare aliud apparebit: & nec album nec nigrum.

Comparat prædictos modos adinuicem. Vbi conſyderāduꝫ eſt, q̄ primus modus generationis mediorum colorum aſſignabatur ab illis, qui ponebāt colorem eſſe defluxionem. Et ideo, poſtq̄ Ariſto. oſtendit falſitatem huius poſitionis ſm ſe, concludit inconueniens, quod ſequitur eis in hac aſſignatione generationis colorum mediorum. Et dicit, q̄ in hoc q̄ ponunt medios colores generari, per hoc q̄ colores extremi {ſecus inuicem ponuntur} neceſſe eſt eis dicere {non ſolum q̄ magnitudo ſit inuiſibilis, ſed etiam} q̄ {aliquod temp⁹ ſit inſenſibile} ad hoc q̄ habeant propoſitum: quia ponebant viſionem fieri per motum localem corporū defluentium. Nihil aūt mouetur ad aliquam diſtātiam ſm motum localem, niſi in tpe. Oportet autem aſſignare aliquod tps, in quo defluxus fiat à re viſa ad oculū: & tanto oportet ponere maius tempus, quanto fuerit maior diſtantia. Manifeſtū eſt autem q̄ corporū minimorum ſecus inuicem poſitorum, non eſt omnino eadem diſtantia ad oculum, et ſic oportet diuerſa eſſe tpa, in quibus peruenīūt motus ab eis ad oculum. Non ergo videbitur totum, quod ex hmōi corporibus cōponitur ut vnum, ſicut ſupra ponebatur {niſi lateat tempus, in quo vnus motus præoccupat alium.} Et ita neceſſe eſt ponere tempus inſenſibile in hoc modo generationis colorū. Sed {hic}, .i. in ſecundo modo generationis colorū {nulla neceſſitas eſt} q̄ ponatur tempus inſenſibile: quia non ponitur viſio fieri per defluxum ſm motum localem, {ſed ille color, qui in ſupficie} ponitur {immobilis exiſtens}, .i. cū maneat immobilis ſm locū, immutat tū permotū alterationis ab inferiori colore: ita {vt non ſiſtr moueat} viſum: ſicut pes ſe moueret: uel color ſupra poſitus vel ſuppoſit⁹: vel {alius} color medius {apparebit:} & {nec albū, nec nigrū.} Eſt aūt conſyderandū q̄ ponentibus viſum fieri p defluxionem & tactum, et remota generatione mediorum colorum, quam ponebāt, ſequitur tempus eſſe inſenſibile. Oportet enim eos dicere q̄ nullum corpus totum ſimul videatur, ſed p aliquam tpis ſucceſſionem, cum ponāt viſum fieri p contactum. Nō eſt aūt poſſibile q̄ totum aliquod magnum corpus, vel defluxus eius, ſimul tāgatur à pupilla, ꝓpter eius paruitatem. Et ideo ſequitur tps eſſe inſenſibile, cū de aliquibus nobis videatur, q̄ ſimul ea tota videamus.

Corp⁹ ſecō ferens viſ. dupl'r conſyderatur.

Eſt tñ conſyderandum q̄ aliquod corpus viſui ſe offerens poteſt conſyderari dupliciter. Vno modo ſm q̄ eſt totum vnum in actu: & ſingulę partes eius, in eo exiſtentes ſunt quodam modo in potētia: & ſic viſio fertur in totum ſimul, ſicut in aliquid vnum, non autē in aliquā eius partē determinate. Alio aūt modo poteſt cōſyderari corpus, quod viſui ſe offert ſm q̄ aliqua pars ipſi⁹ accipitur vt determinata in ſeipſa, & quaſi ab alijs partibus diſtincta: & ſic viſus non fertur in totum ſimul, ſed in vnā partem poſt aliam. Et hoc quidem tps, quo viſio totius menſuratur, nō eſt inſenſibile ſimpliciter, cūm anima ſentiendo prius & poſterius in motu, ſentiat temp⁹, vt patet in Quarto Phyſi. Sed tanto eſt hmōi tempus ſenſibilius, quanto ſenſus fuerit perſpicacior & maior diligentia fuerit appoſita. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quamobrem, ſi nullam cōtingit non uiſilem eſſe magnitudinem, ſed quamlibet exceſſo diſtātiæ cemi ſpacio, huiuſmodi certe colorum quædam erit permixtio: illoq; etiam modo nihil prohibet üs, qui à longe ſpectant, communem quendam apparere colorem. Nullam autem nō eſſe uiſilem magnitudinem in üs, quæ ſequuntur eſt conſyderandum.*

Quare ſi non contingit nullam magnitudinem eſſe inuiſibilem: ſed quālibet ab aliqua diſtantia viſibilem: & hæc quædam vtiq; colorū commixtio, & illo autē modo nihil obſtat quin appareat quidā color cōis eis, qui à longe. Quoniam enim non eſt vlla magnitudo inuiſibilis, in eis quæ deinceps conſyderandum.

Oſtendit

Oſtendit qualiter prædicti duo modi generationis co
lorum ſuſtineri poſſint: & vſq; ad quid ſe extendant, ſcili
cet vſq; ad apparentiam: concludens ex prædictis, {q
ſi non cõtingit aliquam magnitudinem eſſe inuiſibilem,
ſed quælibet magnitudo ab aliqua diſtãtia eſt viſibilis,}
vt ſequitur, erit {quædam commixtio colorum hæc}. ſ.
per alternos colores: {& illo} etiã {modo} per poſitio
nem colorum, ſecus inuicem: {nihil prohibet} quin ap
pareat quidam color cõmunis ab aliqua diſtãtia, ex qua
ſcilicet non poteſt videri per ſe vterq; color ſimplicium
propter corporis paruitatẽ. Quòd autem {nulla magni
tudo ſit inuiſibilis} ſimpliciter propter paruitatem, dicit
in ſequentibus eſſe videndum. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Si autem mixtio eſt corporum, non ſolum eo quo qui*
dam arbitrantur modo, cùm, ſ. iuxta ſe inuicem minima
collocentur, quæ à nobis ſenſu percipi nequeant, ſed omni
fariam, & omnino, quemadmodum in iis quæ de permix
tione in uniuerſum de omnibus eſt pertractatũ. Illo nãq;
modo hæc ſolum permiſceri cenſentur, quæ ſecare contin
git ad minima, ut homines, equos, aut ſemina. hominũ
nanq; minimus eſt homo, ſicut equorum equus. Quam
obrem illorum iuxta ſe inuicem poſitione utrorumq; per
mixta eſt multitudo. unum autem hominem unico per
miſceri equo non dicimus. quæcunq; uero minutatim nõ
ſecantur, horum certe hoc fieri modo mixtionem non con
tingit, ſed quia undequaq; commiſcentur, quæ certe ma
xime commiſceri nata ſunt. Quo autem hoc fieri maxi
me poſſit modo, in iis quæ de Cõmixtione dicimus ante
eſt determinatum.

Si autem commixtio eſt corporum non ſo
lum ſecundum hunc modum, quẽ putant qui
dam ſolum iuxta inuicem poſitis minimis, im
manifeſtis autem nobis propter ſenſum. ſed
omnino omniquaque, ſicut in eis quæ de com
mixtione dictum eſt vniuerſaliter de omnibus.
Illo enim modo miſcentur hæc ſolũ, quæcunq;
cõtingit diuidere ad minima, quemadmodum
homines, equi, aut ſemina. Hominum enim ho
minem minimum, equorũ vero equum. Qua
re horum ſecus inuicẽ poſitione multitudo cõ
mixta eſt: quæ ſimul vtrorumq; hominem ve
ro vnum vni equo non dicimus commiſceri.
Quæcunq; vero nõ diuiduntur ad minimum,
horum commixtiones non cõtingit fieri ſecun
dum hunc modum, ſed per commiſceri ex to
to: quæ quidem & maxime commiſceri nata
ſunt. Quomodo autem hoc fieri poſſibile, in eis
quæ de Mixtione, dictum eſt prius.

Ponit modum generationis mediorum colorum, qui
eſt non ſolum ſecundum apparentiam, ſed ſecundum exi
ſtentiam. Et primo determinat generationem mediorum
colorum, ſecundo aſſignat rationem diſtinctionis ipſorũ
ſecũdum iſtum modum generationis, ibi {Multi autem
erunt.} Quia vero iſte modus generationis mediorum
colorum accipitur ſecũdum mixtionem corporum, ideo
præmittit primo de mixtione corporum adinuicẽ: & ſub
iungit ſecundo de mixtione colorum, ibi {Simul autem
quæ ſit neceſſitas,} Dicit ergo primo, q mixtio corpo
rum adinuicem non ſolum eſt ſecundũ quidem hunc mo
dum, quem quidam putauerunt, q quædã minima iuxta
alia ponerentur, quæ propter paruitatem eſſent noſtris
ſenſibus tm manifeſta. Sed contingit aliqua corpora tota
liter immiſceri, ita, ſ. q totum toti immiſceat

Quę ſit pro
pria & tota
liter corpo
rũ mixtio.

A ctum ẽ in libro de Generatione, vbi vniuerſaliter tracta
tum eſt de corporum mixtione. Eſt autem verum, q quę
dam miſcentur illo modo, ſ. per poſitionem minimorum
iuxta inuicem, quæcunq;, ſ. poſſunt vſq; ad minima diui
di, ſicut multitudo hominũ diuiditur vſq; ad vnum ho
minem, tanq; vſq; ad aliquod vnum minimum: & multi
tudo equorum vſq; ad vnum equum: & multitudo ſemi
num vſq; ad vnum ſemẽ, quod eſt vnum granum tritici,
vel aliquid huiuſmodi. Vnde bene poteſt dici q talium
multitudo eſt permixta per hoc, q minima ſecus inuicẽ
ponuntur: ſicut ſi homines confuſe equis permiſceantur,
vel ſemina tritici ſeminibus ordei, non tamẽ erit permix
tio talium totaliter. Singulę enim partes multitudinũ re
manebunt impermixte: quia vnus homo non permiſce
tur vni equo: nec aliquod aliud huiuſmodi alicui tali: ſed
eorum quæ non diuiduntur vſq; ad minimum, ſ. corpo
rum continuorum & ſimilium partium, ſicut vinum &
aqua, non poteſt fieri mixtio modo prædicto, ſ. per poſi
tionem minimorum iuxta inuicem: quia non eſt in eis ac
cipere minimum, ſed per hoc q totum toti commiſcetur,
ita q nulla pars remanet impermixta. Et hæc ſunt, quæ
maxime & veriſſime nata ſunt permiſceri. Quomodo au
tem hæc fieri poſſint, determinatum eſt in Libro de Ge
neratione. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Cæterum quænam ſit neceſſitas ut commixtis corpo*
ribus ipſi etiam permiſceantur colores, palàm certe eſt.
præcipuamq; inſuper hanc eſſe cauſam cur multi exiſtãt
colores, & non ſi ſuperinducantur, aut iuxta ſe inuicem
conſtituantur, nõ enim à longe quidem, dèprope aũt mi
nime unus & idẽ commixtorũ apparet color, ſed undiq;.

Simul autem quæ ſit neceſſitas commixtis il
lis & colores miſceri manifeſtũ eſt. & hanc cau
ſam eſſe principalem cur multi ſint colores: ſed
non ſupernatationem, nec ſecus inuicem po
ſitionem. Non enim de longe quidem, de pro
pe autem non, videtur vnus cõmixtorum co
lorum, ſed vndiq;.

Poſt cõmixtionem corporũ tangit commixtionẽ colo
rum. Et dicit manifeſtũ eſſe ſm pdeterminata quæ ſit ne
ceſſitas q cõmixtis corporibus colores miſceant. Dictũ
enim eſt ſupra q perſpicuum ſm q exiſtit in corporib9,
facit colores participari. Perſpicuum autem diuerſimode
inuenit in corporibus ſm maius & minus: et ſimiliter lu
cidum: & ideo permixtis corporibus, in quibus eſt luci
dum et diaphanum, neceſſe eſt q fiat permixtio colorũ.
Et iſta eſt principalis cauſa q ſunt multi colores pter al
bum et nigrum. Non aũt eſt principalis cauſa ſupernata
tio, i. quod vnus color ponatur ſup alium: neq; ſecus inui
cem poſitio, ſ. q minima colorata iuxta inuicẽ ponãtur:
quia color medius videtur pter album et nigrum: nõ qui
dem de longe, nec de prope, ſed ex quacunq; diſtãtia. Er
ita paret quòd iſte eſt modus generationis colorum me
diorum ſm ipſor exiſtẽtiam. alĩ autem duo modi; ertinent ad ſolam apparentiam. Deinde cum dicit.

Principalis
cauſa quaſ
multi ſint
colores me
dii.

N. LEON. *Multi quin etiam erunt colores, quoniam multiplici pro*
portionis ratione, qua inter ſe inuicem confundantur, per
miſceri contingit. & hæc quidem in numeris, illa uero ſo
lummodo per exceſſum. Eoq; modo erunt alij, quo & de
iis, qui iuxta ſe inuicem ſunt conſtituti, & de iis, qui ſu
perinducuntur, dicere cõtingit. Verum de iis quæ miſcen
tur alibi eſt pertractatum. Cur autem colorum termina
te ſint ſpecies, & non infinitæ: necnon ſaporum & ſono
rum, poſthac dicemus. Quid igitur eſt color, & quam ob
cauſam multi ſunt colores, dictum eſt.

Multi autem erunt colores, qm multis cõ

tingit, pportionibus cõmisceri sibi inuicẽ commista: & hoc quidẽ in numeris, hoc vero secundum abũdantiam solum: & alia eodem modo, quo quidem nec secus inuicem positis coloribus, aut de supernatatione contingit dicere, & de commixtis. Sed qua de causa colorum species terminatæ & non infinitæ, & saporũ, & sonorum, posterius consyderandum. Quid quidem igitur sit color, & qua de causa multi colores, dictum est. De sono autem & de voce, prius in his, quæ de Anima, est dictum.

Quare generent multi colores medii.

Assignat causam distinctionis colorum mediorum secundum prædictum modum generationis. Et dicit quòd multi generantur colores medij, quoniam multis proportionibus solum inuicem contingit commisceri corpora: & per consequens ipsos colores. Quædam quidem secundum determinatos numeros, quædam vero secundum solam superabundantiam incommensurabilem: & alia omnia eodem modo hic dicenda sunt circa mixtionem, quæ supradicta sunt in alijs duobus modis, scilicet in positione colorum iuxta inuicem, & in superpositione vnius coloris super alterum. Vnum autem est, quòd restat posterius determinandum, quare scilicet sint finitæ & non infinitæ species colorum, saporum, et sonorum. Vltimo autem epilogando concludit. Iam dictum est quid sit color, & propter quã causam sint multi colores. Excusat autem se deinceps à determinatione soni & vocis: quia de his

Lec. 16. ad 18.

iam determinatum est in Libro de Anima, eo quòd eadem est ratio generationis ipsorũ & immutationis: quæ secundum quòd immutant pertinent ad consyderationem libri de Anima.

Lec. 16.

LECTIO. IX.

De sapore & odore prius tractandũ esse, & prius de sapore cuius natura tres Antiquorum refelluntur sentẽtiæ, pro priaq; ac vera traditur.

N. LEON. *De odore vero & sapore nunc est dicendum. eadem enim ferè est passio, quãuis nõ in eisdem eorũ est vtrunq;.*

DE odore vero & sapore dicendum est. ferè enim eadẽ est passio. non in eisdem autem est vtrunq; eorum.

Quare de odore & sapore simul determinet.

Postquã Philosophus determinauit de colore, hic consequẽter determinat de sapore. Et primo dicit de quo est intentio, secundo exequitur propositũ ibi. ¶Igitur aquæ natura.¶ Dicit ergo primo, quòd post colorem, dicendũ est de odore, et sapore. Et circa hoc assignat duorum causam. Primo quidem, quare cõiunctim de eis sit agẽdum, scilicet propter eorum conuenientiam: quia vtrunq; eorum est fere eadem passio. Nominat autem vtrunq; passionem: quia vtriq; eorum est in tertia specie qualitatis, quæ est passio, vel passibilis qualitas. Dicit autem saporem et odorem fere esse eandem passionem: quia vtrunq; causatur ex permistione humidi et sicci secundum aliquam terminationem à calido: non tamen vtrunq; eorum est omnino in eisdẽ: quia odor magis sequitur siccum, et ideo principaliꝰ est in fumali euaporatione: sapor autem magis sequitur humidum. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Clarius autem saporum nobis est genus quàm odoris. huius autem rei causa, quoniam pessimum animalium omnium hunc habemus sensum: & borũ etiam, qui nobis insunt sensuum, exquisitissimum autem tactum ex reliquis animalibus. gustatus nanq; tactus quidam est.*

Manifestius autem est nobis saporũ genus q̃ odorum. huius autem causa, quoniam peiorem habemus alijs animalibus odoratum: & ipsis sensibus, qui in nobis. Tactum vero ex illis mum aliorum animalium. Gustus vero tactus quidam est.

Assignat causam, quare prius dicẽdum est de sapore, q̃ de odore. Videbatur enim esse dicẽdum de odore immediate post colorem: quia odor sentitur per medium extrinsecum, sicut et color, non autem sapor. sed ordo disciplinę requirit, vt à manifestioribus ad minus manifesta procedatur: manifestius est autem nobis genus saporum q̃ odorum: vnde de saporibus prius est agendum. Ideo autem sapor est nobis manifestior: quia certiori sensu sentitur à nobis. Sensum enim olfactus peiorem habemus et per comparationem ad cætera animalia, et per comparationem ad cæteros sensus, qui in nobis sunt. cuius ratio est: quia sicut supra dictum est, odoratꝰ in actu perficitur per calidum igneum. est autem organum olfactus circa cerebrum, quod est frigidius et humidius omnibus partibus corporis, vt supra habitum est. Homo autem inter omnia animalia habet cerebrum maius secundum quantitatem sui corporis, vt dicitur in Libro de Partibus animalium. Et ideo oportet q̃ homo deficiat in sensu odoratur. Sed homo habet certissimum tactũ inter omnia animalia. cùm enim tangibilia sint ea ex quibus constituitur corpus animalis, scilicet calidum, et frigidum, humidum et siccum, et alia huiusmodi, quæ consequuntur, non potuit esse, quòd organum tactꝰ esset denudatum ab omni qualitate tangibili, sicut pupilla caret oĩ colore. sed oportuit organum tactus esse in potentia ad qualitates tangibiles, sicut medium est in potentia ad extrema, vt dicitur in Secundo de Anima. Et ideo oportet, quòd sensus tactus tanto sit certior quanto complexio corporis est magis temperata, quasi ad medium reducta. Hoc autem maxime oportet esse in homine, ad hoc quòd corpus eius sit proportionatum nobilissimæ formæ. Et ideo homo inter alia animalia habet certissimũ tactum, et per consequens gustum, qui est tactus quidã. et huius signum est, q̃ homo minus potest sustinere vehementiam frigoris et caloris q̃ alia animalia: et etiam inter homines, tanto est aliquis magis aptus mente, quãto est melioris tactus: quod apparet in his, qui habent molles carnes, sicut dictum est in Secundo de Anima. Deinde cum dicit.

Aquæ certe natura ut sit insipida exigit. Cæterum necesse est aquam in se omnia saporum habere genera, quæ propter paruitatem sentiri nequeant, ut inquit Empedocles, aut talem illi ineſſe materiam, tanquam saporum seminarium. & omnia quidem ex aqua fieri, alia autem ex parte illius alia. Vel nullum in aqua esse discrimen, cùm efficiens sit in causa, ut si calidum & Solem quispiam dicat.

N. LEON.

Igitur aquæ natura vult insipida esse. Necesse est itaq; aquã in seipsa habere genera saporũ insensibilia propter paruitatem, secundum q̃ Empedo. dicit: vel materiã talem inesse, quemadmodum panspermia saporum, & omnia quidem ex aqua fieri, alia quidẽ ex alia parte, vel nullam habente differentiam aqua, faciens causam esse, ac si calidum & Solem dicat quis.

Exequitur propositum. Et primo determinat de sapore secundum veritatem. secundo excludit falsas positiones quorundam de natura saporis, ibi ¶Democritus autem.¶ Prima pars diuiditur in duas. In prima determinat quæ sit natura saporis, In secunda determinat de speciebus saporum. ibi ¶Quemadmodum autem colores.¶ Circa primum duo facit. Primo excludit opiniones quasdam circa generationem saporum, Secundo determinat veritatem ibi. ¶Apparẽt autem sapores.¶ Circa primum duo facit. Primo ponit tres opiniones circa generationem saporum, Secundo improbat eas. ibi ¶Horum

autem

autem, ſicut Empedocles.} Incipit autem determinare naturam, ſiue generationem ſaporum ab aqua, quæ videtur eſſe ſubiectum ſaporum. & dicit, ꝙ ipſa natura aquæ ſecũdum ſe, vult eſſe, i. habet naturalem aptitudinem ad hoc ꝙ ſit inſipida: & ſi aqua habeat aliquẽ ſaporem, hoc eſt ex permixtione alicuius terreſtris: & tamen quamuis aqua ſit ſm ſe inſipida, eſt tñ radix & principium omniũ ſaporum. Qualiter autẽ hoc eſſe poſſit, tripliciter aliqui aſſignauerũt. Empedo. enim dixit, ꝙ omnes ſapores ſunt actu in ipſa aqua: ſed ſunt inſenſibiles propter paruitatẽ partium, in quibus radicantur. Secunda opinio fuit Democriti & Anaxagoræ, ſicut dixit Alexan. in commẽto, ꝙ in aqua quidem non erant ſapores in actu, ſed erat ibi quædam materia ſaporum, quemadmodum panſperma, ideſt vniuerſale ſemen, ita, ſ. ꝙ omnes ſapores fiant quidẽ ex aqua, ſed alĩ ſapores ex alĩs aquæ partibus. Ponebãt enim partes indiuiſibiles eſſe principia corporum. Nullũ autem indiuiſibile eſt actu ſaporoſum, ſed oportet corpꝰ ſapidum eſſe compactum. Et ideo non ponebant eſſe ſapores in actu, ſed ſaporum ſemina: ita tamen ꝙ diuerſa in diuiſibilia corpora ſint ſemina diuerſorum ſaporum, ſicut & diuerſarum naturarum. Tertia opinio eſt dicentiũ, ꝙ dria ſaporum non eſt ex parte ipſius aquæ, ſed ſolũ ex parte agentis, quod aquam trãſmutat diuerſimode, ſicut Sol, vel quodcunq; aliud calidum. Deinde cum dicit.

Triplex opinio ſapo. in aqua.

N. LEON. *Verum ex iis, ut Empedocles dicit, valde manifeſta eſt falſitas, perſpicimus enim à calido decerptorum pomorũ immutari ſapores, ſiue Soli, ſeu igni exponãtur illa, ut appareat non ab aqua trahere eiuſmodi factos, ſed in ipſis pomis permutatos, & tempore exhalantes, cum auſteros ex dulcibus, tum amaros, & omnimodos factos. excocti quinetiam ad omnia ſaporum genera (ut ita dicatur) tranſmutantur.*

Horum autem, ſicut Empedo. dicit, multum apertum mendacium. Videmus enim permutari per calorem ſapores, oblatis fructibus ad ſolem, & ignitis tanquam non ab aqua trahere ſapores tales factos: ſed in ipſo fructu trãſmutantes, & reſudantes, & iacentes, propter tempus auſteros à dulcibus, & amaros, & omnimodos factos, & decoctos, & ad omnia ſaporum genera, vt eſt dicere, tranſmutatos.

Improbatio triũ opinionũ præcedentium.

Improbat per ordinẽ prædictas tres opiniones. Et primo opi. Empe. dicens ꝙ dictum Empe. eſt apertum mendacium. Si enim diuerſitas ſaporum eſſet actu in paruis partibus aquæ, oporteret ꝙ immutatio ſaporum non fieret, niſi per hoc ꝙ diuerſę partes aquæ, attraherentur ad corpus, cuius ſapores immutantur. hoc autem non ſemper fit. Si enim fructus ablati ab arbore exponãtur Soli, vel etiam decoquantur ad ignem, manifeſtum eſt ꝙ immutatur eorum ſapor per actionem caloris, & non per aliam actionem ab aqua: quod poſſet dici de fructibus, q̃dum pendent in arbore, mutant ſaporem attrahendo diuerſos humores à terra. ſed in fructibꝰ deciſis ab arbore, videmus tranſmutationem ſaporum factã per hoc ꝙ ipſi fructus tranſmutantur facta reſolutione interioris humoris per modum cuiuſdam reſudationis: & ita, dum iacent aliquo tempore ad ſolem, tranſmutantur de dulcedine in amaritudinem, aut econuerſo: vel ad quoſcunq; alios ſapores, ſecundum diuerſam qualitatem decoctionis. Secundo cum dicit.

N. LEON. *Similiq; modo ſeminarium eſſe aquam & materiam non eſt poſſibile. ex eadem enim videmus, tãquam ex eodem alimẽto diuerſos fieri ſapores. Reſtat igitur aquam ſanè permutari, quoniam quippiam patitur.*

A *Similiter autem & panſperme materiã eſſe aquam impoſſibile. ex eodẽ enim videmus ſicut ex eſca factos alios ſapores. Reſtat igitur in pati aliquid aquam tranſmutari.*

Improbat ſecundam opinionem Democriti & Anaxagorę. Et dicit, ꝙ etiam impoſſibile eſt aquam eſſe materiam ſaporum, quaſi continentem omnia ſemina eorum: ita ſcilicet ꝙ diuerſæ partes eius ſint ſemina diuerſorum ſaporum. quia videmus omnes ynũ & idem corpus immutari ad diuerſos ſapores. ſicut enim eadẽ eſca, quæ ſumitur ab animali vel planta, conuertitur in diuerſas partes animalis, vel plantæ, ita & conuertitur in diuerſos ſapores conuenientes diuerſis partibus. ſicut vnius plantæ alius ſapor eſt radicis, ſeminis, & fructus. & diuerſarũ plantarum ex eodem cibo nutritarum ſunt diuerſi ſapores. Et hoc eſt manifeſtũ indicium ꝙ diuerſi ſapores non cauſantur ex diuerſis partibus aquæ. Vnde relinquitur quòd cauſantur ex hoc ꝙ aqua tranſmutatur in diuerſos ſapores, ſecundum ꝙ aliqualiter patitur ab aliquo immutante. Tertio ibi.

N. LEON. *Quòd autem non ſolum à calidi virtute hãc accipiat vim aqua, quam ſaporem vocamus, manifeſtum eſt. humidorum enim omnium tenuiſſima eſt aqua, & ipſo eriã oleo, licet illud lentore ſuo extẽdatur magis, fragilis enim eſt aqua. Quamobrem manu ſeruare aquam difficilius eſt quàm oleum. Quoniam autem caleſcẽs aqua nihilo plus craſſeſcere videtur, manifeſtum eſt aliam eſſe cauſam. ſapores enim omnes craſſitudinem habent magis: calidum autem eſt concauſa.*

Quòd quidem igitur non à calidi ſolum virtute accipit hanc virtutem, quam dicimus ſaporem, manifeſtum eſt. Subtiliſſimum enim omnium humorum aqua eſt, & ipſo oleo: ſed protenditur oleum plus q̃ aqua, propter viſcoſitatem. Aqua autem frangibilis eſt. Quare & grauius eſt ſeruare aquam in manu q̃ oleum. Quoniam autem calida facta aqua non apparet ingroſſata aqua ipſa ſola, manifeſtũ qm̃ alia quædam vtiq; erit cauſa. Sapores enim omnes groſſitudinẽ habent magis; calidum aũt concauſa.

Aquę ſubtiſſima humorum.

Improbat tertiam opinionem dicẽtium, quòd ſapores cauſantur ex mutatione aquæ à ſolo calido. Et dicit manifeſtum eſſe ꝙ aqua nõ accipit qualitatem ſaporis ex ſola virtute calidi immutantis. aqua enim eſt ſubtiliſſima inter omnes humores, & inter omnia corpora, quæ ſenſibiliter humectant. Non autem dicit inter omnia humida: qa aer, qui eſt humidus, eſt ſubtilior aqua. Poterat autem eſſe dubium de oleo propter hoc ꝙ ſupernatat aquę et plus diffunditur q̃ aqua. Et ideo ad hoc remouendum ſubdit, ꝙ aqua eſt ſubtilior etiam ipſo oleo: & ꝙ oleum ſupernatet aquæ eſt propter aeritatem vel raritatem ipſius, ſicut et ligna ſupernatant aquæ. Sed ꝙ oleum plus diffundatur q̃ aqua, contingit propter eius lubricitatem & viſcoſitatẽ. Aqua enim eſt valde diuiſibilis, et ita vna pars eius non ſequitur ad aliam, ſicut cõtingit in oleo. Et propter hoc, quia aqua eſt ſubtilior oleo, & magis diuiſibilis, difficilius eſt conſeruare aquam in manu, q̃ oleum. facilius enim tota cum manu elabitur, q̃ oleũ. Quia igitur aqua, propter ſui ſubtilitatem ſi ſit pura non habens aliquid permixtum, non ingroſſatur à calido agẽte, ſicut alia, in quibus ſunt partes terreſtres, quæ remanẽt ſubtili humido exhalãte, manifeſte ſequit ꝙ oportet aliquã aliã cauſam ponere generationis ſaporum, q̃ immutationem aqu[illegible] à caliditate: quia oẽs ſapores inueniũtur in corpore

aliquo groſſitudinem habente: non tamen remouetur ꝙ calidum ſit aliqua cauſa immutans aquam ad ſaporem, ſed non eſt tota cauſa: requiritur enim aliquid aliud, vnde eſt magis concauſa q̃ cauſa.

LECTIO X.

Propria ac vera generationis ſaporum cauſa aſſignantur, ex cuius rõne eius probata deducitur definitio.

N. LEON. *Quicunq; autem in pomis ſunt ſapores iidem in terra etiam eſſe percipiuntur.*

APparent autem ſapores quicunq; quidẽ in fructibus, hi exiſtentes & in terra.

Poſtq̃ Philoſophus excluſit opiniones aliorum de cauſa generationis ſaporum, hic aſſignat veram cauſam ſm propriam opinionem. Et circa hoc tria facit. Primo aſſignat cauſam generationis ſaporum, ſecundo definit ſaporem, ibi {Et hoc ſapor.} tertio manifeſtat quod dixerat. ibi {Quoniam autem non omnis ſicci.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit ꝙ ſapor eſt terræ, & non ſolum aquæ, vt Antiqui ponebant, Secundo oſtẽdit ꝙ aqua immutatur à ſicco terreſtri ad ſapores. ibi {Pati enim &c.} Tertio concludit cauſam generationis ſaporũ. ibi {Quẽ admodum igitur qui lauant.} Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit, Secundo manifeſtat propoſitum. ibi {Quare multi Antiquorũ.} Dicit ergo primo, ꝙ omnes ſapores quicũq; apparẽt in fructibus plantarum, in quibus manifeſte diuerſificantur ſapores, ſunt & in terra: nõ quidem ita, ꝙ terra pura ſaporem habeat, cum non habeat humorem, ſed ad modicam permixtionem humidi cũ aliqua alteratione calidi acquirit aliquẽ ſaporem. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quo circa Veterum plerique Phyſiologorum talem dixerunt eſſe aquam qualis terra eſt, per quã illa permeat. id autem potiſſimum in ſalſis declaratur aquis. ſal enim terræ quædam eſt ſpecies. Quamobrem quæ per cinerem colantur aquæ, qui ſanè amarus eſt, amarum reportant ſaporem: eodemq; modo in alijs. Nonnulli quinetiã amari ſunt fontes, plerique aciduli ſaporis, alij uero omnimodos ſapores alios in ſe habentes.*

Quare multi Antiquorum Phyſiologorum dicunt talem eſſe aquam, per qualemcunq; terram tranſeat. & hoc manifeſtũ eſt in ſalſis aquis maxime. Sal enim quędam terræ ſpecies eſt. Et quæ per cinerem colatę, ipſo amaro exiſtente, amarum faciunt ſaporem. Sunt quoq; fontes multi, hi quidem amari, alij vero acuti, hi autem omnimodos habentes ſapores alios.

Sapores nedum aquæ ſed terrę cõueniũt ſignis duob⁹ oſtẽditur. Scda lec. 5.

Manifeſtat quod dixerat per duo ſigna. Quorum primum ſumitur ſecundum dictum, in quo multi Antiquorum naturalium conueniunt, qui dicunt talis ſaporis eſſe aquam, per qualem terram tranſeat. Et hoc manifeſtum eſt maxime in ſalſis aquis, non quidem ipſius maris: quia hoc habet aliam cauſam, vt in libro Meteororum oſtenſum eſt, ſed quia aquæ quorundam fontiũ ſunt ſalſæ, propter hoc ꝙ tranſeunt per ſimilem terram. Nec hoc debet videri mirum: quia ſal eſt quædam ſpecies terræ, ſicut & alumen vel ſulfur. Vnde & quidam montes inueniuntur de ſale. hoc etiam apparet in aquis colatis per cinerẽ, quę habent amarum ſaporem, ſicut & cinis, per quem colantur. Inueniuntur quoq; fontes diuerſorum ſaporum propter diuerſas terras, per quas tranſeunt. Eſt autem conſyderandum ꝙ Ariſto. non inducit hoc ad oſtendendũ uniuerſaliter cauſam generationis ſaporum: quia per hoc nõ manifeſtatur niſi cauſa ſaporum in aquis, ſed totum hoc inducit quaſi quoddam ſignum ad oſtendendum quòd ſapores conueniunt terræ, & non ſolia quæ. Secũdum ſignum ponit, ibi,

Sal eſt ſpẽs terrę: vñ & inueniũtur montes de ſale.

Quapropter non immerito in terra naſcentibus ſaporum maxime fiunt genera. N. LEON.

Rationabiliter itaq; in naſcentibus fit ſaporum genus maxime.

Et dicit ꝙ ſapores conueniunt terræ rationabiliter: qa ſaporum genus maxime manifeſtatur, & diuerſificat in his, quæ naſcuntur immediate ex terra, propter affinitatem ipſorum ad terram. Deinde cum dicit.

Humor enim, ut alia omnia, à contrario pati natus eſt. porro contrarium ſiccitas eſt, propterea quippiam ab igne patitur. ſicca nanq; ignis eſt natura. Verũ ignis proprius eſt calor, terræ autem ſiccitas, ut dictum eſt in his, quæ de Elementis. N. LEON.

Pati enim natum eſt humidum, quemadmodum & alia à contrario. Contrarium autem ſiccum. Quare & ab igne patitur quidem. Sicca enim ignis natura. Sed proprium ignis calidũ eſt, terræ vero ſiccum, ſicut dictũ eſt in his, quæ de Elementis.

Quo nam mõ aqua ad ſapores immutet. ſicco terreſtri.

Probat ꝙ humidum aquę immutatur ad ſapores à terra. Et primo probat propoſitum, ſecundo excludit quandam obiectionem. ibi {Qua quidem igitur.} Dicit ergo primo ꝙ humidum natum eſt pati à ſuo contrario, ſicut & omnia alia patiuntur à ſuis contrarijs, ut probatum eſt in Primo de Generatione. Cõtrarium autem hũmido eſt ſiccum, unde humidum naturaliter patitur à ſicco. Et, qa non ſolum terra eſt ſicca, ſed etiam ignis, ideo etiam patitur ab igne. Quamuis quatuor qualitatum elemẽtalium duæ conueniant ſingulis. nam ignis eſt calidus & ſiccus, aer calidus & humidus, aqua frigida & humida, terra frigida & ſicca. In ſingulis tamẽ elemẽtis ſingulæ hæ qualitatun principaliter inueniuntur quaſi proprię ipſis. Nam ignis proprie calidus eſt: quia ignis eſt nobiliſſimũ inter elemẽta, & propinquiſſimum cœleſti corpori: ideo contingit ei proprie & ſecũdum ſe calidum eſſe, quod eſt maxime actiuum: ſiccum vero competit ei propter exceſſum caliditatis, quaſi iam humiditate cõſumpta. Aeri vero competit quidem calidum ſecundario ex affinitate ad ignem, ſecundum ſe autem competit ei humidum: quod eſt nobilius inter qualitates paſſiuas: quaſi calore reſoluente humiditatem, et non conſumẽte propter maiorem diſtãtiam à prima cauſa caloris, quæ eſt corpus cœleſte. Aquæ vero proprie & ſecundum ſe competit frigidum, quod eſt ſecũda qualitas actiua, quaſi priuatiue ſe habẽs ad calidum. competit autem ei humidum ſecundario ſecundum propinquitatem ad aerem. Terræ vero competit quidem frigidum ſecundario, quaſi ex propinquitate aquæ: ſiccum autem competit ei proprie & per ſe, quaſi propter longiſſimam diſtantiam à fonte caloris non reſoluta terra in humiditatem, ſed in vltima groſſitiæ permanente. Et hęc determinata ſunt in libro de Elementis, i. in Secũdo de Generatione: vnde humidum maxime natũ eſt pati à ſicco terreſtri. Deinde cum dicit.

Te. cõ. 20.

Elemẽtorũ ꝓprietates quæ ſunt.

Vide Thomã, in. 2. de Generatione & cor. tex. 23.

Ignis igit ut ignis eſt, & terra ut terra, nihil agere aut pati nata ſunt, neq; aliud quippiam. quatenus autẽ illis ineſt contrarietas, eatenus omnia agunt & patiuntur. N. LEON.

Quà quidem igitur ignis & quà terra nihil natum eſt facere vel pati, nec aliud quicquam. Quatenus autẽ ineſt contrarietas in vnoquoq; eatenus omnia & faciunt & patiuntur.

Excludit quandam obiectionem. Nõ enim ſequitur ꝙ humidum à magis ſicco patiatur, niſi patiatur à ſicco inquantum eſt ſiccum. Poſſet autem aliquis hoc negans dicere, quod humidum patitur maxime ab igne inquãtum eſt ignis. et ideo ad hoc excludendũ dicit, quòd ignis inquãtum eſt ignis, nihil natum eſt facere vel pati, nec etiã

aliquod

aliquod aliud corpus. Et hoc probat, quia secundum hoc
Tex. cō. 20. nata sunt aliqua agere & pati abinuicem, quia habent cō
trarietatem, vt ostensum est in primo de Generatione. Igni
autem inquantum ignis, & terræ, inquantum terra, nihil
est contrarium, sicut nec alicui substātiæ. Vnde relinqui
Dubium. tur cp huiusmodi corpora non agant & patiantur inquan
tum sunt ignis vel terra vel aliqd huiusmodi, sed inquan
tum calidum, vel frigidum, humidum, & siccum. Sed
contra hoc videtur esse dubitatio. Si enim igni competit
Respōsio. per se esse calidum & siccum, si agit inquantum est cali
dum, videtur sequi cp agit inquātum est ignis. Ad hoc
sciendum est, cp quidam opinati sunt calorem esse formā
substantialem ignis: & secūdum hoc ignis secundum suā
formam substantialem habebit aliquid contrarium, & p
consequens erit actiuus, sed quia ignis non solum signifi
cat formam, sed compositum ex materia & forma, ideo
hic dicitur, cp ignis non est actiuus, nec est ei aliquid con
Prīo Phy. ca. 27. trarium. Et sic soluit Alex. in commen. Sed hoc nō po
B test stare, quia idem non potest esse in genere substantiæ
& accidentis, secundum illud Philosophi primo Physico
rum, Quod vere est nulli accidit. forma autem substan
tialis ignis reducitur ad genus substantiæ: ergo nō potest
esse cp calor sit forma substantialis ignis, cum sit accidens
aliorum. Item forma substantialis non percipit sensu, sed
intellectu. nam qđ quid est, est proprium obiectum intel
lectus, vt dicitur tertio de Anima. Vnde, cum calidum
Ca. 11. sit sensibile per se, non potest esse forma substantialis ali
Solutio pro pria. cuius corporis. Est ergo dicendum, cp calor per se ineat
igni non sicut forma substantialis, quæ nō percipitur sen
su, sed sicut proprium accidens eius. & quia actio natura
lis est alicuius contrarij alterantis, ideo ignis agit secun
dum suum calorem, cuius est aliquid contrarium, non au
tem secundum suam formam substantialē, quę caret con
trarietate: nisi contrarietas large accipiatur secundū dif
ferentiam perfecti et imperfecti in eodem genere: p quem
C modum etiam in numeris contrarietas inuenitur, secun
dum cp minor numerus est vt imperfectum & pars respe
ctu maioris. formæ autem substantiales rerum sunt sicut
Tex. cō. 10. numeri, vt dicitur Octauo Meta. Et per hūc modum est
etiam inter differentias cuiuslibet generis cōtrarietas, vt
in decimo Meta. sic enim animatum et inanimatum, sen
Replica. sibile et insensibile sunt cōtraria. Sed adhuc potest esse
dubitatio. Si enim in elementis non est principium actio
nis forma substantialis, sed accidentalis: cum nihil agit vl
Solo pla. tra suam speciem, non videtur quod per actionem natu
ralem elementorum materia transmutetur ad formā sub
stantialem, sed solum ad formam accidentalē. Et propter
hoc quidā posuerunt cp omnes formæ substantiales sunt
à causa supernaturali: & cp agens naturale solum alteran
do disponat ad formam. Et hoc reducitur ad opinionem
Platonicorum, qui posuerunt cp species separatę sunt eau
sæ generationis: et cp omnis actio est à virtute incorpo
Stoici Ari. rea. Stoici autem sicut Alex. dicit, posuerunt cp corpo
D ra secundū seipsa agunt, inquantum, s. sunt corpora. Ari
S. Tho. ad formam. sto. autem hic tenet mediam viam, cp corpora agunt sm
qualitates suas. Et ideo dicēdum cp vnumquodq; agit
secundum cp est in actu, vt patet primo de Generatione.
necesse est autem cp esse qualitatum elemētalium deriue
tur à principijs essentialibus eorum ita etiam, vt virtus
agendi competat huiusmodi qualitatibus ex virtute for
marum substantialium. omne autem, quod agit in virtu
te alterius, facit simile ei, in cuius virtute agit: sicut serra
facit domum ex virtute domus, quę est in anima: et calor
naturalis generat carnem animatam ex virtute animæ:
& per hunc etiam modum, per actionem qualitatum ele
mentalium transmutatur materia ad formas substantia
les. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quemadmodum igitur qui colores & sapores in hu
more diluunt, talem efficiunt aquam, eo natura modo
siccum & terreum, & per siccum & terreū calidi agit-ne*
A *& percolans ui, qualitate quadā ipsum afficit humidū.*

Quemadmodum ergo qui lauāt in humido colores & sapores, talem faciūt habere aquam; sic & natura siccum & terreum: & per terreum & siccum colans & mouens per calidum, quale quiddam humidum facit. Proportionale, sapo. generatio. nem cōclu dens.

Concludit ex præmissis generationem saporum. Et di cit, cp sicut illi, qui in humido aqueo lauāt colores et sapo res, s. corpora colorata & saporosa, faciunt aquam habe re talem colorem et saporem, ita etiam econuerso, quādo humidum aqueum colatur per siccum terrestre, et cum hoc fit aliqua immutatio à calido digerente, et quodāmo do commiscente humido siccо, qualificat humor aqueus qualitate saporosa. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Et hoc est sapor, ea, s. quæ à pdicto ficco in humore fit passio, gustatus qui potentia est immutatiuus ad actum.*

B Et hoc ē sapor, passio facta à dicto sicco in hu mido, gustus alteratiua secundum potentiam in actum. Sapor quid sit.

Inducit ex præmissis prædictis definitionem saporū. et dicit, cp sapor nihil est aliud ḡ passio facta in humido aqueo à dicto siccо, s. terrestri cum additione calidi, quæ gustum secundum potētiam alterādo, in actum reducit, quod quidem additur ad differentiam odoris, et quarun dam aliarum passionum, quæ causantur ab humido et sic co per actionem calidi: quæ tamen non sunt immutatiua gustus, sed aliorum sensuum. Deinde cum dicit,

N. LEON. *Deducit enim sensitiuū ad id, quod potēstate pexisse bat, sentire nāq; ipsum nō ut discere est, sed ut speculari.*

Ducit enim sensitiuum ad hoc potentia præ existens. Non enim secundū discere, sed secun dum speculari est sentire.

C Manifestat definitionem saporis, quantum ad vltimā partem eius, nam prima pars eius manifesta est ex prece dentibus. Dixerat autem cp sapor alterat gustum secun dum potentiā: et ad hoc manifestandum subdit, cp sapor, sicut et quodlibet sensibile, reducit in actum sensitiuum, quod prius erat in potētia ad sensibile: quia sentire, quod sequitur actionem sensibilis in sensum, non fit secundum addiscere, sed secundum speculari, i. non habet similitudi nem, cum eo quod est addiscere: qa alias in eo q addiscit, generatur habitus scientiæ de nouo: sed in eo, qui sentit, non generatur sensus de nouo per actionem sensibilis, sed sensus fit actu operas, sicut cōtingit in eo, qui speculatur actu. Deinde cum dicit. Sensus ex qua potentia reducā tur in actū. Vide. 2. de Aia tex. 51. vsq; ad. 62.

N. LEON. *Quod autem nō cuiusq; ficci, sed nutritiui sapores uel passio, uel priuatio existunt, hinc accipiendum est. quod neq; siccum absq; humido, neq; humidū absq; ficco. Nu*
D *trimentum nanq; animalibus neutrum illorum solitariū est, sed ex illis mixtum.*

Quoniam autem non omnis ficci, sed nutri tiui sapores, aut passio sunt, aut priuatio, opor tet sumere hinc. quoniam nec siccum absq; hu mido, nec humidum absq; ficco. Esca enim ipsis animalibus non est vnum solum, sed commix tum: neq; ipsis plantis, sed mixtum.

Manifestat quod supra dixerat, s. cp sapor non sit solū in humido siue siccо, Et circa hoc tria facit. Primo osten dit cp sapor fundatur simul in humido et siccо, Secundo probat quoddam quod supposuerat. ibi {Et sunt oblati ebi. {Tertio probationem manifestat. ibi {Oportet qui dem. } Dicit ergo primo, cp sapores sunt passiones quan tum ad dulce, vel priuationes quantū ad amarum, quod se habet vt imperfectum, et priuatio ad dulce, sicut nigrū ad album: sed non cuiuslibet ficci, sed nutrimentalis, ex

quo, ſ. poſſunt nutriri animalia & plantæ. Ex hoc poſſi- E
mus accipere ꝙ nec ſiccum ſine humido, nec humidum
ſine ſicco perunet ad ſapores: quia eſca, qua nutriuntur
animalia, non eſt ſolum humidum, vel ſolum ſiccum, ſed
commixtum ex his. Ex iiſdem enim nutrimur, ex quib⁹
Te. cō. 30. ſumus, vt dictum eſt Secundo de Generatione. et eadem
ratio eſt de plantis. Deinde cum dicit.

N. LEON. Et *oblati animalibus alimenti ea quidem, quæ tactu*
ſentiuntur, accretionem ſanè faciunt & diminutionem.
Horum autem cauſa quatenus calidum fuerit & frigi-
dum id quod offertur. hæc enim accretiones faciunt & di-
minutiones. Alit autem id, quod profertur quoad guſta-
bile eſt. Omnia nanq; dulci aluntur, ſiue ſimpliciter, ſiue
permixtim.

Sapor nutrimẽti paſſio, ſeu priuatio eſt. Et ſunt oblati cibi animalibus tangibilia quę-
dam ſenſibilium & augmentum facientia & de-
crementum. Horum enim cauſa, calidum aut F
frigidum oblatum: hæc enim faciũt & augmen-
tum & decrementum. Nutrit autem ſecũdum
ꝙ guſtabile oblatum. Omnia enim nutriuntur
dulci vel ſimpliciter vel commiſto.

Probat qđ ſuppoſuerat, ꝙ ſapor ſit paſſio vel priuatio
nutrimenti. Vbi conſyderandum eſt, ꝙ cibi, qui offeruntur animalibus, ad duo eis deſeruiunt, ſ. ad augmentum, quo perducuntur ad perfectam quantitatem: & ad nutrimentum, per quod conſeruatur ſubſtãtia. Deſeruiunt ẽt cibi & ad generationem, ſed hoc iam non pertinet ad indiuiduum, ſed ad ſpeciem. Dicit ergo, ꝙ cibi animalibus oblati, cùm ſint de numero ſenſibilium, inquantum ſunt tangibilia, cauſant augmentum & decremẽtum: quia calidum & frigidum, facit augmentum & decremẽtum, ita ꝙ calidum proprie facit augmentum, eius enim eſt dilatare & diffundere quaſi mouendo ad circunferentiam. fri- G
gidum autem cauſat decremẽtum: quia eius eſt conſtringere, quaſi mouendo ad centrum. Vnde in iuuẽtute, animalia augentur: in ſenecture decreſcunt. Nec eſt contrarium quod dicitur ſecũdo de Anima, ꝙ cibus auget prout eſt quantus: quia quantitas non ſufficeret ad augmentum, niſi eſſet calor conuertens & digerẽs: ſed cibus oblatus nutrit, inquãtum eſt guſtabilis. Et hoc probat ꝙ hoc
C. 47. Solo du. C. 23. ꝙ omnia nutriuntur dulci, quod percipitur guſtu: & hoc
Solutio alterius du. vel ſimplici dulci, vel cõmixtione alior⁹ ſaporum. Nec etiam eſt contrarium, quod ſecũdo de Anima dictum eſt ꝙ tactus eſt ſenſus animalium alimẽti: quia ibi humorẽ, ideſt ſaporem ponit inter tangibilia: & ibidem dicit ꝙ ſapor eſt delectamentum nutrimenti, inquãtum ſcilicet indicat conuenientiam eius. Deinde cum dicit.

N. LEON. *De huiuſmodi autem re in commentarijs de Genera-*
tione & Corruptione determinare oportet. nunc autem
quatenus cogit neceſſitas de illis eſt prælibandum. Cali- H
dum enim auget, & alimentum affingit, & leue quidẽ
attrahit, ſalſum autem & amarum ob grauitatem relin
quit. quod igitur in exterioribus corporibus externus fa-
cit calor, id in animalium ſtirpium q; natura intemus pla-
nè efficit: & iccirco dulci aluntur.

Oportet quidem igitur de his determinare
in his, quæ de Generatione. nũc autem quan-
tum neceſſe eſt tangere de ipſis. Calidum enim
augmentat: & ſtruit nutrimentũ, eo ꝙ lene qui-
dem attrahit, amarum autem & ſalſum relin-
quit propter grauitatem. Quod itaq; facit in ex
terioribus corporibus exterior calor, hoc qui-
dem in natura animalium & plantarum. Qua-
re nutriuntur dulci.

Confirmat probationem præmiſſam. 1 primo quan- Dulci ali nutriunt.
tum ad hoc, quod dixit omnia nutriri dulci, ſecũdo quantum ad hoc quod dixerat de commixtione aliorum. ibi {Commiſcentur autẽ.} Dicit ergo primo, ꝙ de his, quę pertinent ad augmentum & nutrimẽtum, oportet determinare in his, quæ ſunt de Gneratione. Dixit autem de his in libro de Generatione in vniuerſali, ſed adhuc magis dicendum eſt de his in libro de Generatione animalium, ad quem pertinet conſyderatio de alimento animalium. nunc autem quantum ad propoſitum pertinet tangendum eſt aliqd, ſ. ꝙ calor naturalis actiue cauſat augmentum per extenſionem quandam: & conſtruit nutrimentum digerendo, inquantum, ſ. attrahit id, quod eſt leue & dulce: et relinquit id, quod eſt ſalſum et amarũ propter grauitatem. vnde omnes fœces animalium ſunt ſatia amaræ, vel ſalſæ. et hoc manifeſtat per ſimilitudinem in toto Vniuerſo. Quia illud facit calor naturalis in animali- Similitudo
bus & plantis, quod facit calor Solis in corporibus exterioribus: attrahit enim humidum ſubtile, et relinquit id, qđ eſt terreſtre et groſſum, vnde aquæ cõplutæ ſunt dulces, quamuis marę à quo plurima fit reſolutio, ſit ſalſum. Et ex hoc concludit ꝙ omnia nutriuntur dulci, quod eſt attractum à calido naturali. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Alij autem alimento commiſcentur ſapores eodem ſa-*
nè modo, quo ſalſum & acidum condimenti gratia. Hoc
autem ideo vt diducant id, quod in dulci nutritiuum eſt
nimis, & redundans.

Commiſcentur autem alij ſapores ad cibum
eodem modo ſalſo & acuto pro condimento:
hoc autem propterea quòd reprimant, eo ꝙ ni
mis nutritiuum ſit dulce, & ſupernatatiuum.

Cõmiſcent alii ſapores dulci, eo qđ nimis nutriat. Aſſignat cauſam commixtionis aliorum ſaporum ad nutrimentum. Et dicit ꝙ alĩ ſapores commiſcentur in cibo dulci, quod ſolum nutrit loco condimenti, ſicut manifeſte apparet de ſapore ſalſo et acuto, vt. ſ. per huiuſmodi ſapores reprimatur dulce, ne nimis nutriat. Eſt enim nimis repletiuum et ſupernatatiuum: quia facile attrahitur à calore propter ſui leuitatem.

LECTIO. XI.

Medij ſapores, quorum triplex aſſignatur diſtinctio, quomodo generentur. ſenſibilia item tangibilia: ac cõmunia ſenſibilia opinantes, rationibus confutantur.

N. LEON. *Quemadmodum autem colores de albi & nigri ſunt*
mixtione, ita & ſapores ex dulci & amaro.

QVemadmodum autem colores ex albi
& nigri commixtione ſunt, ita & ſapo
res ex dulci, & amaro.

Poſtq̃ Philoſoph⁹ determinauit generationes ſapor⁹, hic diſtinguit ſpecies ſaporum. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit in communi generationem mediorum ſaporum, ſecundo oſtendit quomodo medĩ ſapores diuerſificantur ibi {Et ſecundum proportionẽ etc.} {Tertio oſtẽdit quomodo album et nigrum ſe habeãt adinuicem. ibi {Et quemadmodum nigrum.} Dicit ergo primo quòd ſicut alĩ colores medĩ generantur ex commixtione albi et nigri, vel ipſor⁹ ſecundum ſe, vel ex commixtione cauſarum albi et nigri, ita medĩ ſapores generantur mixtione dulcis et amari: vel ipſorum ſm ſe vel ex mixtione cauſarum dulcis et amari. Calidum enim perfecte digerens humidum, cauſat ſaporem dulcem: priuatio autem humidi perfecte digeſti, eſt cauſa amaritudinis. Alĩ vero ſapores cauſantur ſecũdum ꝙ humidũ medio modo ſe haber, nec totaliter eſt conſumptum, nec totaliter eſt indigeſtũ. Quia enim ſapor propinquius ſequitur humorem q̃ calorem, non oportet conſyderare medium et extrema ſm calidum, ſed ſecũdum humidum aliqualiter paſſum à ſieco et calido: quia in hoc principaliter cõſiſtit natura ſapo
[illegible]loquĩ ſi medium et extrema acciperentur in ſapori

bus ſecundum calidum, non eſſent dulce & amarum extrema, ſed dulce eſſet medium. Nam calidum intẽſum & conſumens frigidum, aut digerens calidum, aut omnino deficiens in digerendo propter victoriam frigidi, cauſat ponticum vel acetoſum ſaporem: calor autem moderatus ſufficiens ad digerendum cauſat dulcedinem. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Et proportione quidem eo ꝙ tum magis, tum minus illorum unuſquiſq; ſuſcipiat, ſiue per quoſdam mixtionis numeros & motiones, ſeu indefinite. Quicunq; autem ex illis mixti uoluptatem faciunt, ii ſolum in numeris.*

Et ſecundum proportionem etiam, eo ꝙ magis vel minus vnuſquiſq; eſt ſecundum numeros quoſdam commixtionis & motus, ſiue indeterminate. Qui autem delectationem faciũt, commixti hi in numeris ſolum.

Agit de diſtinctione mediorum ſaporum. Et primo quantum ad differentiam delectabilis & indelectabilis, ſecundo quantum ad nomina, ibi {Qui quidem ergo pinguis.} Tertio quantum ad numerum, per ſimilitudinem ad colores, ibi {Fere enim æquales.} Dicit ergo primo, ꝙ medij ſapores diuerſificantur ſecundum proportionẽ commixtionis, inquantum, ſ. vnuſquiſq; eorum vel magis vel minus accedit ad dulcedinem, ſiue amaritudinẽ. Quod quidem contingit dupliciter, ſicut in coloribus dictum eſt. vno modo ſm numeralem proportionem ob ſeruatam in prædicta commixtione & tranſmutatione humidi à calido, alio modo ſm indeterminatam ſuperabundantiam, abſq; proportione numerali. Solum autẽ illi ſapores delectant guſtum, qui ſunt commixti ſm numeralem proportionem. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Pinguis igitur dulcis eſt ſapor: ſalſus autem & amarus idem ferè ſunt. acris uero, & auſterus, & acerbus, & acidus, in mediocritate conſiſtunt.*

Qui quidem ergo pinguis, eſt dulcis ſapor. Amarum vero & ſalſum fere idem ſunt. Ponticus vero & auſterus, & ſtypticus, & acutus, in medio.

Diſtinguit ſapores medios ſecũdum nomina. Et dicit ꝙ ſapor pinguis eſt quaſi idem cum dulci. vterq; enim ſapor deſignat digeſtionem humidi à calido. verumtamẽ in dulci ſapore oſtenditur calor magis dominari ſuper humidũ. vnde pinguis ſapor propinquior eſt aquoſo, ſiue inſipido ſapori, propter abundantiam humiditatis. Similiter etiam amarus ſapor & ſalſus ferè ſunt idem. vterque enim oſtendit exceſſum caloris conſumentis humidum. verumtamen in amaro videtur eſſe maior cõſumptio humiditatis ꝙ in ſalſo: quia in ſalſo videtur eſſe conſumptũ humidum infuſum corpori: In amaro autem videtur eſſe vlterius reſolutum & conſumptum, vel totaliter, vel in parte humidum, cõglutinans ſubſtantiã corporis. Vnde fœces corporum reſolutorum & interminatorũ ſunt amaræ. In medio autem ſunt ponticus, ſiue mordicatiuus ſapor & auſterus, i. acetoſus, & ſtypticus & acutus, ita tamen ꝙ ponticus & acetoſus conſiſtunt in humore nondum digeſto propter defectum caloris: propter quod fructus ſi digeſti ſunt vel acetoſi ſaporis, vt poma acerba: vel pontici, ſicut pira acerba. Ponticus tamen ſapor videtur plus habere de terreſtri. Vnde & terra ferè ponticum ſaporem habet. acetoſus autem videtur plus habere de frigido. Stypticus autem ſapor videtur etiam multum habere de terreſtri: propinquius enim eſt pontico, ſed plus habet de calido: magis enim ad digeſtionem accedit. vnde etiam quædam digeſta habent ſaporem ſtypticum, ſicut fructus myrti. Acutus autem ſapor ſignificat exceſſum caloris, non quidem conſumentis, ſed ſuperdigerentis humidum. Deinde cum dicit.

A *Æquales enim ferè ſaporum & colorum ſunt ſpecies.* N. LEON. *Septem nanq; utrinq; ſpecies, ſi quis (ut recta dicat ratio) fuſcum nigrum quidam eſſe poſuerit. Reſtat igitur flauum quidem albi eſſe, quemadmodum pingue eſt dulcis. Puniceũ uero & purpureũ, & uiride, & cereleũ in intermedio albi & nigri eſſe. Reliqui aũt ex iis ſunt mixti.*

Ferè enim æquales humorum ſpecies & colorum ſunt. Septem enim amborum ſpecies, ſi quis ponat, ſicut rationabile liuidum nigrũ aliquid eſſe. Relinquitur enim flauum quidem albi eſſe, quẽadmodum & vnctuoſum eſt dulcis. puniceus vero & alurgon, & viride, & ciarium in medio albi & nigri. Alij vero mixti ex his.

Diſtinguit ſapores medios ſecundum numerum per ſimilitudinem ad colores. Et dicit ꝙ ſpecies humorum. i. B ſaporum ſunt ferè æquales numero ſpeciebus colorum. ſeptem autem ſpecies ſaporum ſic numerande ſunt, vt pinguis ſapor non diſtinguatur à dulci: Salſus autem diſtinguatur ab amaro, ita ꝙ, ſi his tribus ſaporibus addantur alij quatuor ſuperenumerati, erunt. 7. ſapores. Similiter etiam rationabiliter dicitur ex parte colorum, ꝙ liuidum ſe habet ad nigrum, ſicut ſalſum ad amarum. Flauum autem ad album, ſicut pingue ad dulcem. In medio autem erunt hi colores. Puniceus, i. rubeus, & Alurgon. i. citrinus: & viridis: & ciarium, i. color cœleſtis: ita ramẽ ꝙ viride & ciarium magis appropinquant ad nigrum: puniceum autem & citrinum, magis appropinquant ad albũ. Sunt autem aliæ ſpecies plurimæ colorum & ſaporum, ex commixtione prædictarum ſpecierum adinuicem. Deinde cum dicit.

Sapores medii ſunt æquales numero ſpecieb⁹ colo⁹.

N. LEON. *Et quemadmodũ nigrũ albi eſt priuatio in perſpicuo, ita ſalſum & amarũ dulcis in nutritiuo humido. quamobrem omnium quæ comburuntur amarus eſt cinis: ab illis enim potabile exhauſtum eſt.* N. LEON.

C

Et quemadmodum nigrũ priuatio eſt albi in perſpicuo, ita amarũ et ſalſum dulcis in nutrimentali humido. Quare & cinis combuſtorum amarus omnium. exhalatum enim eſt ex ipſis potabile.

Comparat amarum ad dulce. Et dicit, ꝙ ſicut nigrum eſt priuatio albi in perſpicuo, ita amarũ & ſalſum eſt priuatio dulcis in humido nutrimentali. Semper enim alterum contrariorũ eſt vt priuatio, vt patet ex decimo Meraphy. Et, quia amarũ eſt priuatio dulcis, inde eſt quòd omnium combuſtorum cinis eſt amarus, propter exhalationem humidi nutrimentalis, quod potabile vocat. Te. cõ. 16.

Deinde cum dicit.

D *Democritus autem, & plurimi Phyſiologorũ, qui de ſenſibus pertractarunt, abſurde ſanè faciũt. Senſilia enim omnia tactilia eſſe uolũt. Atqui ſi ita ſe habet modo, manifeſtum certe eſt ꝙ aliorum unuſquiſq; ſenſuum tactus eſt quidam. quod autem hoc fieri non poſſit haud quaq; difficile eſt animaduertere.* N. LEON

Democritus autem & plures Phyſiologorũ, quicunq; dicũt de ſenſibilibus, incongruiſſimũ aliquid faciunt. Omnia enim ſenſibilia tangibilia faciunt. Et enim ſi hoc taliter ſe habet, manifeſtum, ꝙ & aliorum ſenſuum vnuſquiſq; tactus quidam eſt. hoc autẽ ꝙ ſit impoſſibile, non difficile eſt diſcernere.

Excludit falſas opiniones aliorum de natura ſaporum. Primo in generali quantum ad omnia ſenſibilia, Secũdo

in

in ſpeciali, quantum ad ſapores. ibi{ Quidam autem proprie. } Circa primum duo facit. Primo improbat opinionem Antiquorum, quantum ad hoc ꝙ reducebãt omnia ſenſibilia ad qualitates tangibiles, Secundo quantum ad hoc ꝙ reducebãt ſenſibilia propria ad ſenſibilia communia. ibi{ Amplius autem communibus. } Dicit ergo primo, ꝙ Democritus & plurimi Naturalium Philoſophorum, quicunq; intromittunt ſe ad loquendum de ſenſibilibus, faciunt quoddam incõgruiſſimum: quia omnia, ſ. ſenſibilia dicunt eſſe tangibilia, quod ſi eſſet verũ, ſequeretur ꝙ quilibet ſenſus eſſet tactus, cum potentiæ diſtinguantur ſm obiecta. Quòd autẽ hoc ſit falſum, facile eſt videre: quia alij ſenſus ſentiunt per medium extraneum, non autem tactus. Deinde cum dicit,

Opio Phylosophorũ naturalium ꝙ ſenſibilia omnia ſint tangibilia.

N. LEON. *Præterea etiam communia ſenſuum omnium uſurpant pro propriis. magnitudo enim, & figura: & aſperũ, & lene, acutum quinetiam & obtuſum, quæ in corporũ ſunt mole, communia ſunt ſenſuum: & ſi non omnium, uiſus ſaltem & tactus. Quamobrem in iis falli poſſunt, in propriis autem non falluntur, ut uiſus in colore, & auditus in ſonis.*

Amplius autem cõmunibus ſenſuum omnium vtuntur quaſi propriis. Magnitudinem enim & figuram: & aſperũ, & lene: amplius autem acutum & obtuſum, quod in magnitudine eſt, communia ſunt ſenſuum: & ſi non omniũ, ſed viſus & tactus. Quare & de his decipiũtur, de propriis autem nõ decipiuntur: velut viſus de colore, & auditus de ſonis.

Arguit Antiquos in hoc, ꝙ vtebantur ſenſibilibus cõmunibus quaſi propriis. Reducebant enim colores, & ſapores, & alia ſenſibilia ad magnitudinem & figuram. Magnitudo enim & figura, & aſperum, & lene, ſecundum ꝙ ad figuram pertinent, & ſimiliter acutũ & obtuſum, quę etiam pertinent ad diſpoſitiones figurarum habẽtium angulos, ſunt communia ſenſuum: quamuis non omnia hęc percipiantur ab omnibus ſenſibus, percipiuntur tamẽ ſaltem tactu & viſu, & ita non ſunt propria ſenſibilia: quia ſic vno ſolo ſenſu ſentirentur. Dicit autem ꝙ acutum & obtuſum, quod eſt in melodijs, vel in magnitudinibus ſecundum aliam literam, ideſt in corporib⁹, ad differentiã acuti, ſecundũ ꝙ eſt in vocibus & in ſaporibus. Et ꝙ prędicta ſunt ſenſibilia communia, manifeſtat per quoddam ſignũ, ꝙ circa huiuſmodi, quę dicta ſunt, decipiuntur ſenſus: qui tamen non decipiuntur de propriis ſenſibilibus. ſicut viſus non decipitur de colore, nec auditus de ſonis. Deinde cum dicit.

Senſibilia cõia q̃ ſunt.

N. LEON. *Quidam autem propria ad iſta referunt, ut Democritus. album enim & nigrum, hoc quidem aſperũ eſſe uult, illud uero lene. Ad figuras autem ſapores refert.*

Quidam aũt propria ad iſta reducunt, quemmodum Democritus album quidem & nigrũ: hoc quidem aſperum dicit eſſe, hoc vero lene eſſe. Ad figuras autem reducit ſapores.

Excludit opiniones p̃dictas in ſpeciali. Et primo narrat eas, ſecundo improbat. ibi{ Quãuis autem nullius, } Dicit ergo primo, ꝙ quidam reducunt propria ſenſibilia ad iſta communia, ſicut Democritus, qui nigrũ dixit eſſe aſperum, exiſtimans obſcuritatem nigri cauſari propter hoc ꝙ partes, quę ſupereminent in aſpero, occultãt alias. Album autem dixit eſſe lene, exiſtimans claritatem albi puenire ex hoc, ꝙ lene totaliter illuſtretur pp hoc ꝙ partes eius æqualiter iacent. Sapores aũt reduxit ad figuras, pp hoc, ꝙ inuenit acutum & obtuſum in ſaporibus, ſicut in figuris æquiuocatione deceptus. Secundo ibi.

N. LEON. *Atqui uel nullius, uel certe uiſus magis eſt cõmunia dignoſcere. ſi igitur magis eſt ipſius guſtatus, exquiſitiſſimi autem eſt ſenſus circa unumquodq; genus diiudicare quæ ſunt minima, oportebat ſane & alia communia guſtatum ſentire maxime: & in alijs etiam figuris indicii eſſe exquiſitiſſimi.*

Quamuis aut nullius, vel magis viſus eſt cõmunia cognoſcere. Si ergo guſtus magis minima quidem, certiſſimi ſenſus eſt diſcernere circa vnumquodq; genus. Quare oportebat guſtum & alia omnia ſentire, maxime & figurarũ eſſe diſcernentiſſimum.

Improbat prædictam opinionem de ſaporibus tribus rationib⁹. Quarum prima eſt, ꝙ nullus ſenſus cognoſcit figuras, quaſi ppria ſenſibilia: & ſi eſſent alicui ſenſui propria, maxime pertinerent ad viſum. ſed, ſi ſapores eſſent figuræ, ſequeretur ꝙ guſtus magis ea cognoſceret. Si ergo hoc eſt verum, cum ſenſus aliquis quanto eſt certior tanto poſſit maxime diſcernere ẽt minima in vnoquoq; genere, ſequeretur, ꝙ guſtus tãquam certiſſimus cognoſceret communia ſenſibilia: & maxime diſcerneret figuras, quod patet eſſe falſum: qa viſus in hoc eſt potentior. Secundam rationem ponit ibi.

Senſibilia cõia a prępriis tripliciter diſtinguũtur, quarũ prima eſt.

N. LEON. *Omnia præterea ſenſilia contrarietatem habẽt, ut in colorum genere, nigro album cõtrarium: & in ſaporibus, dulce amaro: figuræ autem figura contraria nulla eſt. cui enim ex multangulis contrarius eſt circulus.*

Amplius ſenſibilia quidẽ omnia habent contrarietatem, velut in colore, nigro album, in ſapore, dulci amarũ: figura autem figuræ nõ putatur eſſe contrarium. Cui enim pologoniarũ circunferens contrarium.

Quæ talis eſt. Omnia ſenſibilia habent contrarietatẽ: quia ſm ea fit alteratio, vt probatum eſt Septimo Phyſi, ſicut in colore ſunt contraria album & nigrum, in ſaporibus autem dulce & amarum, et idem patet in alijs. Videtur autem eſſe inſtantia in lumine, quod ſecundum ſe non habet contrarietatem, vt pote qualitas propria exiſtens ſupremi corporis contrarietate carentis. Tenebra vero opponitur ei vt priuatio, non ut contrarium. habet tamen contrarietatem ſm ꝙ participat in coloribus. ſed figura non videtur eſſe contraria figuræ. non enim eſt aſſignare ꝙ pologoniarum, i. figurarum habentium multos angulos, ſit contrariũ circũferens. i. circulus: qui nullum angulum habet, Contraria enim maxime diſtant. Non enim eſt dare aliquam figuram, qua non ſit inuenire aliam plures angulos habentem: ergo ſapores non ſunt figuræ. Tertiam rationem ponit ibi.

Secũda rõ.

N. LEON. *Iam uero cùm infinitæ ſint figuræ, infinitos etiam eſſe ſapores neceſſe eſt. quã enim ob cauſam hic quidem ſenſum faciet ſapor, ille autem facere non poteſt? Et de ſapore quidem, & guſtabili ſatis ſit dictum. Aliæ nanq; ſaporum paſſiones in ea Philoſophiæ parte, quæ de ſtirpibus eſt, peculiarem perſcrutationis habent modum.*

Amplius & figuris exiſtentibus infinitis, neceſſe & ſapores eſſe infinitos. Quare enim hic quidem faciet ſenſum, hic vero non faciet? De ſapore & guſtabili quidem igitur dictũ ſit. aliæ nanq; paſſiones ſaporum, propriam habẽt conſyderationem in de Naturalis ſcientiæ parte, quæ eſt de Plantis.

Quæ talis eſt. Figurę ſunt ĩfinitę, ſicut & numeri. multiplicantur enim ſecundum numerum angulorum, & linearum,

nearum, vt patet in triangulo & quadrangulo. Si ergo sa pores essent figuræ, sequeretur ꝙ essent infinitæ species saporum, quod patet esse falsum: ga nulla esset ratio quare vnus sapor sentiretur & non alius. Non autem discernit sensus infinitos sapores: ergo sapores non sunt figurę. Vltimo autem epilogando cõcludit quod dictum est de sapore & gustabili, quædam autem aliæ proprietates saporum propriam habent consyderationem in libro de Plantis, quem Arist. non fecit, sed Theophrastus, vt Alexan. hic dicit in commento.

LECTIO. XII.

A quo nam odor generari aptus natus sit, & in quo aeri & aquę commune suscipiatur.

N. LEON. *Eodem etiam modo de odoribus intelligere opus est. Quod enim in humido siccum efficit, id alio facit in genere sapidum humidum in aere similiter et aqua.*

EOdem vero modo oportet intelligere, & circa odores. Quod enim facit in humido siccum, hoc facit in genere alio enchimum humidum in aere & in aqua similiter.

De odoribus. Postquã Philosophus determinauit de saporibus, hic incipit determinare de odoribus. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat de odoribus. In secunda comparat sensum odoratus ad alios sensus. ibi {Videtur autem sensus, qui est odorãdi.} Circa primum duo facit. Primo determinat generationem & naturam odoris, secũdo determinat species ipsius. ibi {Species autem odorabilis.} Circa primum duo facit. Primo manifestat quid sit passiuum in generatione odorum, Secundo quid sit actiuũ. ibi {Quoniam vero ab enchimo.} Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit, Secundo exponit qđ dixerat. ibi {Commune autem his.} Tertio probat. ibi {Non enim solum.} Dicit ergo primo quòd eodem modo oportet intelligere in generatione odorum, sicut & in generatione saporum, s. ꝙ aliquid est in generatione saporum passiuum, & aliquid actiuum. Dictum est enim circa sapores, ꝙ humidũ aqueum patitur à sicco terrestri, & sic reducitur per actionem caloris ad hoc ꝙ sit saporosum: in generatione autem odoris est actiuum humidum enchimũ. Et dicitur enchimũ ab En, quod est in, & Chimus, quod est humor: quasi humore existente imbibito & incorporato alicui sicco. hoc igitur est actiuum in odore, passiuum autem est aliquod aliud genus, quod comprehendit sub se aerem & aquam. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Horum autem commune omnium, nunc quidem perspicuum dicimus. Est autẽ odorabile non quà perspicuũ, sed quà sapidæ siccitatis dilutiuum absterssiuumq; est.*

Commune autem his, nũc quidem dicimus perspicuum. Est autem odorabile, non secundũ ꝙ perspicuum, sed secundũ ꝙ lauabile, vel mundabile enchimæ siccitatis.

Exponit quid sit illud genus commune aeri & aquæ, quod est susceptiuum odoris. Et dicit, ꝙ cõmune vtriq; dicitur esse perspicuum: non tamen perspicuum, inquantum perspicuum, est susceptiuũ odoris, sed coloris, vt supra habitum est: sed est susceptiuum odoris secũdum ꝙ est lauabile, vel mũdabile enchimę siccitatis, ideſt secundum ꝙ est receptiuum enchimi sicci. quam quidem receptionem vocat lauationem, vel mundationem. inquantũ aliquid per humidum receptiuum natũ est ablui uel mundari. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Non enim solum in aere, sed in aqua etiam odora existit uis. quod ex piscibus, & ostreaceo genere est manifestum: olfacere nanq; uidentur, cum neq; sub aquis sit aer (superemicat enim si fuerit) neq; ipsa respirent.*

Nõ enim solum in aere, sed & in aqua quod odoris est. Manifestum est autem in piscibus & ostracodermis. Videnť enim odorare, nec aere existente in aqua. Supernatat enim aer, cùm in aqua fuerit. nec ipsa respirantia.

Probat quod supposuerat, s. ꝙ susceptiuum odoris nõ solum sit aer, sed etiam aqua. Et primo inducit huius probationem, Secundo concludit quid sit proprium susceptiuum odoris. ibi {Si quis ergo.} Dicit ergo primo, ꝙ odor non solum suscipitur in aere, sed etiã in aqua: & hoc manifeste ostendit propter hoc ꝙ pisces aliqui, vt sunt ostracoderma, s. animalia duræ testæ, viuentia in aqua, videntur odorare ex hoc ꝙ à longe odore trahuntur ad alimentum, quod uidere non possunt. Et ex hoc apparet ꝙ aqua est susceptiua odoris duplici ratione. Primo quidem quia huiusmodi animalia non viuũt in aere, sed in aqua. Quòd autem sub aqua, in qua huiusmodi pisces degunt, non sit aer sed aqua, probat per hoc, ꝙ aer supernatet aquæ, etiã si infra aquam ponatur: sicut patet de vtro inflato, si per violentiam submergatur, ꝙ supernatabit aquę. Secundo etiam, quia, si daretur ꝙ aer esset infra aquam, cum tamẽ huiusmodi animalia non respirent aerem, ita non sentirent odorem, si solus aer esset odoris susceptiuus. Deinde cùm dicit.

Solus aer si ẽ susceptiu⁹ odoris.

N. LEON. *Si quispiam igitur & aerem & aquam ponat humida, erit certe odor sapidæ naturæ siccitatis ī humido. huiusmodiq; etiam ipsum est olfactile.*

Si quis ergo ponat aquam & aerẽ vtraq; humida, erit vtiq; quæ in humido enchimi sicci natura odor: & odorabile tale.

Concludit quid sit pprium susceptiuum odoris. Et dicit ꝙ ex quo aer & aqua, quæ sunt susceptiua odoris, sunt humida, sequitur ꝙ odor nihil sit aliud ꝙ̃ quædam natura, scilicet forma ab enchimo sicco impressa in humido, quod est aer & aqua. & illud est odorabile, quod est tale, ideſt humidum habens naturã sibi impressam ab enchimo sicco. Deinde cum dicit.

Odor qđ.

N. LEON. *Quód autẽ à Sapido istæc prouenit passio, ex ijs quæ odorẽ habent, quèue illo carent, manifestũ esse potest. Elementa enim odorem nõ habent, vt ignis, aer, terra, aqua: quoniam ex illis cùm ficca, tum humida, insipida sunt, nisi commixtum quippiam saporem faciat. Et iccirco mare odorem habet, quoniam saporem & siccitatem habet. salq; nitro odoratior est, quod sanè defluens ex illo indicat oleum. Nitrum uero terreum est magis. Lapis præterea caret odore: insipidus enim est. Ligna odora sunt, quoniam sapida: & horum aquatica, minus. Metallorũ quinetiã aurum odore caret, insipidum enim est: æs autem & ferrum sunt odora. cum uero exustum fuerit humidum omnium odore carent scoriæ. argentum uero & stannum, nonnullis quidem odoratiora existunt, aliis uero minus odora: aquea enim sunt.*

Quoniam vero ab enchimo passio, est manifestum & per habentia & non habentia odorẽ. Elementa enim inodorabilia sunt, velut ignis, aer, terra, aqua, quia sicca & humida eorum enchima sunt: nisi aliquod cõmixtum faciat. propter quod & mare habet odorem. Habet enim humorem & siccitatẽ. & sal magis ꝙ̃ nitrũ odorabile est. Manifestat autem etiam ꝙ ab illis effluit oleum. Nitrum autẽ terræ est magis. Amplius lapis iodorabile: achimus enim. Ligna autem odorabilia: enchima enim & horum aqua

tica

tica minus. Amplius in eis, quæ metallãtur, aurum inodorabile: achimum enim ẽs autẽ odorabile & ferrum. Quando vero exuritur humidum: inodorabiles scoriæ fiunt omniũ. Argentum vero & stannum his quidem magis odorabilia: his vero minus. Aquatica enim.

Enchima odorabilia sũt, achima vero minime.

Probat ꝙ enchimus sit effectiuum odoris. Et hoc probat tripliciter. Primo quidem per ea, quæ habent, vel nõ habent odorem, secundo per diuersas opiniones quorundam de odore, ibi {Videtur autẽ quibusdam.} Tertio p affinitatem odoris ad saporem, ibi {Adhuc autem fiquidem.} Dicit ergo primo, ꝙ manifestum est & per ea, quę habent odorem, ꝙ hæc passio, quæ est odor, sit impressa ab enchimo, i. ab humore imbibito & comprehenso à sicco, vt supra dictum est. Primo enim elementa omnia, s. ignis, aqua, terra, carẽt odore. quia siue sint humida, siue sicca, sunt enchima, i. sine humore comprehenso à sicco: quia quæ eorum sunt humida habent humidum sine sicco: quæ autem eorum sunt sicca habent siccum sine humido: nisi sit facta aliqua commixtio elementorũ. Vnde mare habet aliquem odorem: quia in eo siccum terrestre est admixtũ humido aqueo vt manifestatur per salsum saporem. Sal etiam magis habet odorem, q̃ nitrum. Et ꝙ ista duo, s. sal & nitrum habeant aliquid de enchimo, manifestatur per hoc ꝙ oleum exit ab eis per aliquod artificium. & ex hoc manifestatur ꝙ est in eis aliquis humor pinguis comprehensus à sicco. sed nitrum minus habet de huiusmodi humore q̃ sal: & ideo est min⁹ odorabile. secũdo manifestat idem in lapidibus & lignis: & dicit ꝙ lapis solidus & durus caret odore: quia non habet prædictum humorem, à quo odor causatur, propter magnã sui terrestritatem. sed ligna habent odorem, quia habent aliquid de prædicto humore. quod patet ex hoc, ꝙa inflammabilia sunt propter pinguedinẽ in eis existentẽ. Vnde ligna, quæ habent humorem magis aquosum & minus pinguem, quasi non comprehensum à sicco, sunt minus odorabilia, sicut patet de ligno populeo. ligna autẽ abietis & pinea sunt multum odorabilia, propter pinguedinẽ humoris ipsorum. Tertio manifestat idem in metallis, in ter quæ aurũ est minime odorabile: eo ꝙ caret prædicto humore. quod contingit propter eius magnam terrestritatem, quæ significatur ex maximo pondere eius. Est. n. ponderosius cæteris metallis. Sed æs & ferrum est odorabile, quia humidum in eis digestum est imbibitum à sicco, & nõ est totaliter ab eo separatũ, sicut in auro. Vnde & scorię eorum propter aduſtionem humidi, sunt minus odorabiles. Argentum vero et stannum sunt magis odorabilia q̃ aurum, minus vero q̃ æs et ferrũ. Habẽt enim humorem magis aquaticum & minus comprehensum à sicco q̃ æs et ferrum. Quia tamen humiditas eorum aliqualiter comprehenditur à sicco, non sunt penitus absq; odore, sicut aurum. Deinde cum dicit.

Aur ẽ ponderosi⁹ cęteris metallis quia terrestrius.

N. LEON. *Pleriſq; autem fumida euaporatio odor esse uidetur, quæ terræ & aeris est communis. & omnes in hoc conueniunt de odore. quamobrem dixerat Heraclitus, ſi omnes res fumus fierent, ꝙ nares illas dignoſcerent. Cæterum de odore conueniunt omnes, ii quidem ut exhalationẽ quandam esse illum: alij autem ut euaporationem: nonnulli uero utrunq;. est autem exhalatio humiditas quædam: fumida uero euaporatio, quemadmodum dictum est, communis aeris & terræ. & ex illa quidẽ cõflatur aqua, ex hac uero terræ ſpecies quædam.*

Videtur autem quibusdam fumalis euaporatio esse odor, communis existẽs terræ & aeri. & omnes in hanc opinionem cõcurrunt. Quare & Heraclitus sic dicit, ꝙ, si omnia entia fum⁹ fierent, ꝙ nares vtiq; de odore omnia discernerent. Ad odorem omnes inferunt: hi quidem tanquam exhalationem: hi vero sicut euaporationem: hi autem vtraq; hæc. Est autem vapor quidem humiditas quædam: fumalis vero exhalatio, sicut dictum est, cõmune est aeri & terræ: & cõstituitur ex illa quidem aqua: ex hac vero terræ quædam species.

Ostendit ꝙ enchimum sit actiuum odoris per opiniones aliorum, Secundo excludit eas. ibi {Sed neutrum horum.} Tertio concludit propositum. ibi {Quoniam ergo.} Dicit ergo primo, ꝙ quibusdam videtur ꝙ odor sit fumalis euaporatio, quæ est cõmunis aeri & terræ, quasi medium inter ea: quia est aliquid resolutum à sicco terrestri, non pertingens ad subtilitatem aereã. et omnes Antiqui, qui loquuntur de odore, propinqui fuerunt ad hanc positionem. Vnde & Heraclitus dicit, ꝙ, si omnia entia *resoluerentur in fumum, nares percipientes odorem, discernerent omnia entia, quasi omnia entia essent odores.* Existimabat enim Heraclitus vaporem esse rerum principium. Quia tamen non omnes Philosophi posuerunt odorem esse fumum, sed quidam aliquid simile, ideo ad hanc diuersitatem manifestandam subiungit, ꝙ quidam attribuebant odori exhalationem, quidam euaporationem, quidam vtrunq;. et ostendit differentiam inter hęc duo, quia euaporatio nihil aliud est q̃ quædam humiditas aquea resoluta: exhalatio autẽ siue fumus est commune aeri et terræ: cum sit resolutio quædam ex sicco terrestri: sicut dictum est. Et signũ huius differentiæ est ꝙ ex euaporatione aquæ condensata, generat aqua: ex fumali autem euaporatione aliquid terrestre. Secundo ibi.

N. LEON. *Sed neutrum illorũ esse uidetur. exhalatio enim aquæ est, fumida uero euaporatio in aqua fieri haud quaquã potest, odorant autem, ut dictum est prius, ea etiam quæ in aquis degunt.*

Sed neutrum horum videtur. Vapor enim aquæ est: fumalis vero euaporatio impossibile est in aqua fieri. Odorant enim & quæ in aqua, sicut dictum est prius.

Prima rõ,

Excludit p̃dictas positiones duabus rationibus. Quarum prima est, quia vapor pertinet ad aquam, quæ non est odorabilis absq; admixtione sicci, sicut supra dictum est: fumus autem non potest fieri in aqua, in aqua tamen sit odor, vt supra est ostẽsum per hoc, ꝙ quędam animalia odorant in aqua: ergo odor non est fumus, nec vapor.

Quędã alia in aqua odorant.

Secundam rationem ibi.

N. LEON. *Præterea euaporatio eo dicitur modo quo defluxiones. ſi igitur illæ minus recte ſe habent, neq; hæc ſanè recte ſe habebit.*

Amplius euaporatio similiter dicitur effluxionibus. Si igitur nec illa bene, nec ista bene.

Secũda rõ, Odor nõ ẽ fumal' euaporatio.

Quę talis est. Similis ratio ẽ ꝙ euaporatio dicat odor: et ꝙ colores dicantur effluxiones: sed illud non dicitur bene: de coloribus, vt supra dictum est: ergo nec istud bene dicitur de odoribus. Vtrobiq; enim sequit̃ ꝙ sensus fiat per tactum, et odorum, et colorũ: et ꝙ corpora odorata et visa diminuerentur, et tãdem totaliter resoluerentur p effluxionem vel resolutionẽ. et hoc est inconueniens, præsertim cũ inueniatur tam à remotis aliquid videri et odorari, ꝙ nullo modo resolutio corpis vsq; illuc reduci possit. Sic enim ad tantam distãtiam, et calor, et odor per spiritualem immutationem medij percipi possunt. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quód igitur id quod in aere, & quod in aqua est humidum à ſapida ſiccitate accipiat quippiam & afficiat*

non

non est obscurũ. et enim aer suapte natura humidus est.

Quòd ergo contingat recipere humidum, & illud quod in spiritu: & illud qđ in aqua, & pati aliquid ab enchyma siccitate, non immanifestũ. Etenim aer humidus natura est.

Concludit propositum. s. ꝙ ex quo odor nõ est nec vapor, nec sumus manifestum est ꝙ humidum, quod est in spiritu. i. in aere & in aqua patitur ab enchima siccitate. & sic odor fit & sentitur. Humidum enim non solum inuenitur in aqua, sed etiam in aere. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Præterea si eodem modo in aere sicut in alijs humidis, ceu dilutum efficit siccum, clarũ certe est, ꝙ odores saporibus proportione conuenire necesse est.*

Adhuc autem siquidem similiter in humidis faciat & in aere, quemadmodum lauatum siccum, manifestum, ꝙ oportet proportionales esse odores humoribus.

Manifestat ꝙ enchymum sit actiuum odoris per affinitatem ad saporem. Et circa hoc tria facit. Primo proponit dicens ꝙ, si enchymum, similiter faciet odorem in humido aqueo et in aere, sicut siccum terrestre lauatum per humidum aqueum facit sapores, manifestũ est ꝙ odores oportet proportionatos esse saporibus. Secundo ibi.

N. LEON. *Quod profecto in quibusdam contingit. Acres enim & dulces sunt odores, nec non austeri & acerbi, & pingues. Amaris autẽ putridos proportione respondere quispiam recte affirmare posset. Quapropter ut illi ægre potantur, sic ii ingrate odorantur. Manifestum igitur est ꝙ illud qđ in aqua est sapor, hoc in aere & aqua odor est.*

Sed adhuc hoc in quibusdam accidit. etenim acetosi & dulces sunt odores, & austeri, & pontici, & crassi. & amaris ꝓportionales dicat vtiq; quis putridos. Quare quemadmodum illa difficilis potationis, putrida diasana purusta sunt. Manifestum ergo, quoniã quod in aqua sapor, hic in aere & in aqua odor.

Dysana pneusta ægre spirabilia.

Manifestat propositum adaptando odores saporibus. Et dicit ꝙ in quibusdam hoc accidit manifeste. Dicũtur enim acetosi & dulces, odores & austeri, & stiptici, & pontici, & crassi, sicut & sapores: sed amaros odores non dicim⁹: sed putridi odores proportionabiliter respõdent amaris saporibus: quia amari sapores difficile sorbentur. Putrida sunt diasana pusta, ideſt difficilis respiratiõis. Vnde manifestũ est ex hac affinitate odoris ad saporẽ ꝙ sicut sapor fit in aq̃, ita odor in aere & aqua. Tertio ibi.

N. LEON. *Et hanc ob causam frigus & cõgelatio sapores obtundunt, & odores euanescere faciunt. quandoquidem calidũ, quod architectat & mouet, frigus & gelu interimũt.*

Et propter hoc frigus, & congelatio, & sapores hebetant, & odores exterminant. Calidum enim quod mouet & generat, auferunt infrigidatio & congelatio.

Sapor & odor hebetãtur ꝑ frigus & congelationem.

Probat prædictam affinitatem per impedimẽta saporis & odoris, quia per frigus & congelationem, sapores hebetantur & odores extenuantur, inquantum per prædicta aufertur calidum, quod generat et mouet odores et sapores, vt ex dictis apparet.

LECTIO. XIII.

Quædam odoris species diuersos consequẽtes sapores declarantur, modusq; quo tam ab homine q̃ aliis animalibus per respirationem percipiantur ostenditur.

N. LEON. *Species autẽ rei odorabilis duæ sunt. non enim ut quidam asserunt, nullæ sunt odorabilium species, sed procul dubio sunt, determinandum autẽ est, & quomodo sunt, & quomodo non sunt.*

Species autem odorabilis duæ sunt. Non. n. sicut quidam dicunt, non sunt species odorabilis, sed sunt. Determinandum autem quomodo sunt, & quomodo non sunt.

Postquam Philosophus determinauit generationẽ & naturam odoris, hic determinat de specieb⁹ odorum. Et circa hoc duo facit. Primo determinat diuersas spẽs odoris, Secundo determinat modum odorandi. ibi {Et propter hoc fit per respirationem.} Circa primum tria facit. Primo proponit esse aliquas species odoris, Secundo determinat de speciebus odoris per conuenientiam ad species saporum. ibi {Hoc quidem enim est secundum sapores.} Tertio determinat species, quæ sunt odoris secundum se. ibi {Quidam autem secundum ipsos.} Dicit ergo primo, ꝙ duę sunt species odorabilis. vna quidem per conuenientiam ad sapores, alia secũdum se. Falsum est. n. quod quidam dicunt, odorabile species non habere. sed oportet determinare quomodo habeat, et quomodo non habet. Est enim determinare species odorum ſm conuenientiam ad species saporum, vt supra dictum est. non autem sunt determinatę odoris species secundum se, nisi solum secundum diuersa odorabilia: sicut si dicamus alium esse odorem rosarum, et violarum, et aliorũ huiusmodi. Discernitur tamẽ in his odoribus delectabile et abhominabile. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Aliud enim horum genus per sapores (ut diximus) est ordinatum, & cùm suaue, tum triste per accidens habet. quoniam enim illius, quod alit, sunt passiones, appetentibus quidem suaues illorum sunt odores: saturis autem, et nullius indigẽtibus neq; odores sunt suaues, neq; id, quod odores habet alimentum eisdem suaue est. quamobrem ii quidem (ut diximus) ex accidenti suaue & triste in sẽ habent. quapropter omnium cões sunt animantium.*

Hoc quidem enim est secundum sapores ordinatum ipsorum, sicut dictum est. & delectabile, & triste, habent secũdum accidens. Quoniã enim nutritiui passio est: appetentibus quidem delectabiles odores eorum sunt: plenis autem & nihil egentibus non delectabiles, neq; odores. Et esca habens odores quibuscunq; non delectabilis, neq; his. Quare iste quidem, velut diximus, secundum accidens quidem habent delectabile & triste. propter quod omnibus sunt communes animalibus.

Determinat de speciebus odorum, quæ cõsequuntur species saporũ. Et dicit, ꝙ inter odorabilia aliqd est odoratiuũ ſm saporis species, vt supra dictũ est, et ideo delectabile et cõtristans est in eis ſm accidens, i. nõ inquantũ habẽt odorẽ, sed inquantũ eorũ odor significat nutrimentum. Odor. n. est quædã passiõ nutrimẽti, sicut et sapor. aĩal enim discernit conueniens nutrimentum à remotis ꝑ odorẽ, sicut cõiunctum per saporẽ. Et ideo hmõi odores non sunt delectabiles animalibus repletis, et quę cibo nõ indigent, sicut nec esca habens hos odores est his delectabilis. sed animalibus appetentibus cibum, i. esurientibus, vel sitientibus sunt huiusmodi odores appetibiles, sicut et cibus vel potus est eis appetibilis. Vnde manifestum est ꝙ huiusmodi odorabile habet delectationem, et tristitiam secundum accidens, sicut dictum est, s. ratione nutrimenti. Et, quia nutrimentum est cõmune omnibus animalibus, ideirco omnia animalia percipiunt hos odores. quod tamen intelligendũ est de omnibus animalibus habentibus motum progressiuum, quæ necessario habent

Animalib⁹ ꝓgressiuis regrifodor ꝓp alimẽtũ non aũt im mobilib⁹.

quærere

quærere alimentum ex longinquo per odorẽ. animalibus autẽ immobilibus sufficit gustus & tactus ad discernendum conuenientiam alimenti. Deinde cum dicit,

N. LEON. *Odorum autem nonnulli per se suaues sunt, ut florũ.*

Quidam aũt odores ſm seipsos delectabiles sunt, quemadmodum illi qui florum.

Determinat species odoris p se. Et primo ponit huiusmodi species odoris, Secundo ostendit à quibus animalibus percipiantur. ibi {Hoc quidẽ igitur odorabile.} Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit, Secundo probat propositum. ibi {Nihil enim magis} Tertio excludit obiectionem contrariam. ibi {Qui aũt nunc commiscent.} Dicit ergo primo, q̃ quidam odores sunt delectabiles ſm seipsos, i. non per comparationem ad alimentum, sicut fit de odoribus florũ. Deinde cũ dicit,

N. LEON. *Siquidem magis aut minus nihil ad escas inuitant, neq; ad appetentiam quicquam conferunt, sed contrariũ efficiunt magis. Verum & enim est quod in Euripidem cauillatus est Stratis, cum lenticula coquitur unguenti nihil infundito.*

Nihil enim magis vel minus ad escam inuitant, nec conferunt ad desiderium quicquã, sed contrarium magis. Verũ enim est, quod Euripidem vituperans Stratis dixit. Quãdo lentẽ de coquis, non infundas myron.

Probat q̃ huiusmodi odores sunt secundum se delectabiles. quia, s. non habent conferre ad escam: vt videlicet appetentes escam magis his odoribus delectentur, & repleti minus. Neq; etiam huiusmodi odores conferunt aliquid ad desiderium escę, sicut odores, de quibus supra dictum est, promouentes escę appetitum, sed magis accidit cõtrarium: quia per immixtionem horum odorabilium, redditur esca indelectabilis: quia frequenter quæ bene redolent secundum huiusmodi odorem, sunt mali saporis. Et inducit ad hoc verbum cuiusdam poetæ comici, qui Stratis dicebatur, qui in vituperium alterius poetæ, s. Euripidis exquirẽtis cibaria nimis delicata parata dixit, Qñ lentem decoquis, non infundas myron, i. vnguentũ suauiter redolens: q. d. non oportet q̃ in pulmento tuo apponas aliqua suauiter redolentia. Deinde cum dicit.

Lege Adagiũ In lente vnguentũ.

N. LEON. *Atqui nostri temporis homines tales in poculis odorum miscentes vires, assuetudine uim uoluptati facere contendunt, ut à duobus suauitas proueniat sensibus, ut una ab unico.*

Qui autem nunc commiscent ad potationes tales virtutes, vim faciunt per vsum delectationi: donec vtiq; à duobus sensibus fiat delectabile: quemadmodum vnum & ab vno.

Excludit obiectionem quæ posset fieri propter consuetudinem quorundam, talia cibis admiscentium. Sed ipse respondet dicẽs, q̃ illi, qui huiusmodi virtutes, i. res odoriferas, commiscent cibis & potibus, faciunt per cõsuetudinem quandam violentiã naturali delectationi: vt. s. perueniat ad hoc q̃ vnum & idẽ sit delectabile duobus sensibus, scilicet gustui & odoratui: sicut naturaliter est vnũ delectabile vni sensui. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Hoc autem odoris genus homini est proprium, cum illud, quod saporibus est applicitum, aliis etiam (ut dictũ est) animalibus competat. Et illorũ quidem species, quoniam ex accidenti suaue & triste habent, per sapores diſterminantur: huius autem minime, quoniam eius natura suauis per se est, uel tristis.*

Hoc quidem igitur odorabile, proprium hominis est. Quod autem secundum sapores natum est, & aliorum animalium est, sicut dictũ est prius. Et illorũ quidem, quia secundum accidens habent delectabile, diuiduntur species secundum sapores. Istius autem non iam, propterea q̃ natura ipsius est secundum seipsam delectabilis aut tristis.

Ostendit à qbus huiusmodi odorabilia percipiãtur. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit, Secundo assignat causam dictorum. ibi {Causa autẽ est.} Tertio excludit obiectionẽ. ibi {Cibus.} Dicit ergo primo, q̃ hoc odorabile, quod secundum se delectat, vel contristatur est propriũ hominis: quia, s. solus homo huiusmodi odorabilia discernit, & in eis delectatur, vel contristatur. Vnde quantũ ad hoc abundat in homine sensus odoratus præ aliis animalibus. Sed odor, qui coordinatur saporibus, competit etiam aliis animalibus, quæ in huiusmodi odoribus discernendis, habent acutiorem sensum q̃ homo. et quantum ad hoc supra dixit q̃ sensum odoratus habemus peiorem aliis animali[bus], quia illi odores, qui coordinantur saporibus, ha[bent] delectationem p accidens, s. per comparationem ad escam, ideo species eorũ distinxit ſm species saporum: quod non contingit in his odoribus, qui ſm propriam naturam habent tristitiã, vel delectationẽ. sed huiꝰ odoris species distingui nõ possunt nisi ſm odorabilia, vt dictum est. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Cur autem homini proprius talis existat odor in causa est cerebri frigiditas. cum enim suapte natura frigidũ sit cerebrum, sanguisq;, qui in eius continetur uenulis, tenuis sit & purus, & qui de facili algeat: & propterea ciborum exhalatio ob loci naturam refrigerata, fluctionũ morbos afferat, talis profecto odorum species hominibus ad sanitatis subsidium est attributa: nullum enim aliud præter hoc illius est officium. Istuc aũt manifestum fit.*

Causa autem cur proprius sit hominis talis odor, est propter frigus, quod circa cerebrũ est. Frigido enim natura existente cerebro & sanguine, qui circa illud in angustis venis existente subtili & puro, de facili autem infrigidabili. propter quod & cibi fumositas infrigidata, propter locum, rheumaticas ægritudines facit hominibus. propter quod facta est ista species odoris. Nullum enim aliud est opus ipsius quàm hoc. Hoc autem facit manifeste.

Assignat causam prædictorum. & dicit, q̃ odor secundum se delectabilis, est proprꝰ hominis ad cõtemperandum frigiditatem cerebri ipsiꝰ. Homo enim habet maius cerebrum ſm quantitatem sui corporis inter cætera animalia. cerebrum autem secundum suam naturam est frigidum: & sanguis, qui circa cerebrum continetur in quibusdam subtiltibus venis, est de facili infrigidabilis. et ex hoc contingit, q̃ fumi resoluti à cibo sursum ascẽdentes, propter loci infrigidationem, inspissantur infrigidati: & ex hoc causantur rheumaticæ infirmitates in hominibꝰ. & ideo in adiutorium sanitatis cõtra superfluam cerebri frigiditatem attributa est ista species odoris hominibus, & si quandoq; huiusmodi odores grauẽt cerebrum, hoc est, quia non adhibentur ſm q̃ debent, sed superfluè ipsum calefacientes faciunt nimiam resolutionem. sed, si modo debito adhibeantur, conferunt ad sanitatem: & hoc manifeste apparet ex effectu. cum tamẽ nulla alia vtilitas appareat talis odoris. parum enim deseruit intellectui perceptio talium odorum ad inuestigandas naturas rerum: cui multum deseruit visus & auditus, vt supra ostensum est.

Deinde cum dicit.

Qm̃

N. LEON. *Quoniam ſuauis plærumq; cibus cùm ſiccus, tum humidus morboſus eſt. Suauis autẽ per ſe odor quoquo modo ſe habentibus ſemper (ut ita dicatur) eſt ſalubris.*

Cibus enim delectabilis exiſtens & ſiccus et humidus multotiens infirmans eſt. Qui autem ab odore ſm ſeipſum odor, operi, quomodocunq; ſe habeat, ſemper vtilis eſt, vt eſt dicere.

Excludit quandam obiectionem. Poſſet enim aliquis dicere, q̃ ad prædictum remedium ſanitatis ſufficeret alia ſpecies odorabilis, quæ coordinat̃ ſapori. ſed ipſe reſpondet, q̃ illa ſpecies odoris, quæ ẽ delectabilis, propter cibum multotiens magis grauat caput, vel propter ſuperfluam humiditatem, vel propter ſuperfluam ficcitatem. Sed illa ſpecies odoris, quę eſt ſm ſe delectabilis, ſemp eſt vtilis ad ſanitatem ex ſui natura. Addit autem (vt eſt dicere) propter indebitum vſum. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Et hanc ob cauſam per ſpirationem fit non omnibus, ſed hominibus, & iis quæ ſanguinem habent quadrupedibus: quinetiam iis, quæ aereæ magis ſunt naturæ.*

Et propter hoc fit per reſpirationem nõ omnibus, ſed hominibus, & ſanguinem habentibus: velut quadrupedibus, & magis participantibus naturam aeris.

Concludit ex prædictis debitum modum odorandi. Et primo in hominibus & in aliis animalibus reſpirantibus, ſecundo in animalibus non reſpirantibus. ibi {Quę vero non reſpirant.} Circa primum tria facit. Primo ponit quod intendit, ſecundo aſſignat cauſam propoſitã quantum ad homines. ibi {Aſſerẽtibus nanq;.} Tertio quantum ad alia animalia. ibi {Aliis vero.} Dicit ergo primo, q̃, quia odor vtilis eſt ad contemperandum cerebri frigiditatem, ideo odoratio fit per reſpirationem, non quidem in omnibus animalib⁹, ſed in hominibus, & quibuſdam animalibus habentibus ſanguinem, ſicut in quadrupedibus & auibus, quæ etiam magis participant aerem & naturam aeris, vt eorum motus demonſtrat.

Odoratio i qb⁹ ãialib⁹ p reſpiratio nem fiat.

Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Cum enim propter caloris in ſe reperti lenitatem ſurſum ad cerebrum ferãtur odores, locus certe ille ſalubrius ſe habet. odorum nanq; uis ſuapte natura calida eſt. Ad duo autem natura ſpirandi utitur opere. ex propoſito quidem ad pectoris auxilium, præter propoſitum autem ad odorem. ſpirante enim animali, ceu extraiectu per nares efficitur motio. Hominis autem naturæ proprium eſt eiuſmodi odorum genus: quoniam pro magnitudine ampliſſimum & humidiſſimum animalium omnium habet cerebrum. & eam ob cauſam ſolis (ut ita dicatur) inter reliqua animalia, & ſentit, & delectatur florum taliumq; id genus, odoribus homo: commenſurata enim illorum eſt caliditas & motio, ad ſuperfluentem loci illius humiditatem, & frigiditatem.*

Aſcendentibus nanq; odoribus ad cerebrũ propter leuitatẽ caloris, quæ in ipſis, ſanius habent circa locum hunc. Odoris nanq; virtus natura calida eſt. Vtitur autẽ natura reſpiratione ad duo, vt operoſe quidem ad thoracis adiutorium, vt aduentitie ad odorem. Reſpirãte enim ſicut ex trãſitu facit per nares motum. Proprię autem hominis naturæ tale genus odoris: quia plus cerebrum & humidius habet aliis animalibus ſm magnitudinem. propter hoc enim & ſolum, vt eſt dicere, aliorum animalium homo, & gaudet florum & talium odoribus. commenſuratur enim eorũ calor & motus ad hyperbolẽ eius, quæ in loco frigiditatis, & humiditatis eſt.

Manifeſtat cauſam, quare odor percipitur reſpirando quantum ad homines. Et dicit q̃ odores aſcendunt ad cerebrũ, quia calor igneus, q̃ reſoluit odores, dat eis quandam leuitatẽ, vt ſuperiora petant: & ex hoc ſequitur quę dam ſanitas circa cerebrum. Odor enim habet virtutem calefaciendi propter calidum igneũ à quo cauſatur & reſoluitur. Vnde natura vtitur reſpiratione ad duo, vt operoſe quidem, i. principaliter ad adiutorium thoracis, i. pectoris: & ad refrigerium caloris cordis. Vt aduentitie autem, i. ſecundario ad percipiendum odorem. Dum enim homo reſpirat commouet aerem per nares attrahẽdo: & ſic facit pertranſire odores vſq; ad organum olfactus. Ideo autem tale genus eſt proprium naturæ humanæ, qa homo habet inter cætera animalia, ſecundum proportionem ſuæ magnitudinis, maius cerebrũ, & humidius aliis animalibus, & ideo ſolus homo inter cętera animalia ſentit, & delectatur in odoribus florum, & aliorũ huiuſmodi odorum: & motus ad cerebrũ reducet ad debitã menſuram hyperbolem, i. ſuperexceſſum frigiditatis & humiditatis cerebri. Addit autem, vt eſt dicere quia alia animalia fugiunt malos odores, inquantum ſunt corruptiui.

Natura ad duo vtit reſpiratione.

Deinde cum dicit.

N. LEON. *Aliis autem quæcunq; pulmones habent ſpirandi opera alterius odorũ generis ſenſum conceſſit natura, ne duo ſenſiteria faceret. ſufficit. n. qñ ſic reſpirant, ut hominibus utriuſq; olfactilis, ita iis alterius ſolum attributus ſenſus.*

Aliis vero quæcunq; pulmonem habent ob reſpirationem, alterius generis odoris ſenſum dedit natura, vt non duo ſenſoria faciat. ſufficit enim. quoniam quidẽ & ut reſpirãtibus quemadmodum hominibus vtrorumq; odorabiliũ, his alterorum ſolum exiſtens ſenſus.

Sola ãialis hñapulmonẽ reſpirãt.

Aſſignat cauſam odorandi per reſpirationem quantũ ad alia animalia. Et dicit, q̃ animalibus habentibus pulmonem, quæ ſola reſpirant, natura dedit ſenſum alterius odoris, i. pertinentis ad cibum per reſpirationem, vt non faciat duo organa, vnum reſpirãdi, & aliud odorandi, cũ ſufficiat organum reſpirandi ẽt ad odorandum, ſicut hominibus, quantum ad duo genera odorabilium, ita etiam aliis animalibus quantum ad vnum tantum.

LECTIO XIIII.

Quomodo animalia non reſpirantia odorent. odoratum item medium eſſe ſenſum inducitur, animalia quoq; odore non nutriri, contra Pythagoricos, oſtenditur.

N. LEON. *Quæcunq; uero non ſpirant, q̃ quidem olfactile ſentiant, manifeſtum certe eſt. piſces enim & inſectorum genus uniuerſum exquiſite. & de longe, propter altricẽ odoris ſpeciem, ſentiunt multum etiam à peculiari eſca remota: ut apes in melle faciunt, magnarumq; genus formicarum, quas ſenipas quidam uocant. & ex marinis purpuræ, & pleraq; alia eiuſmodi propter odorem acute præſentiunt eſcas.*

QVæ vero non reſpirãt, q̃ quidem habẽt ſenſum odorabilis, manifeſtũ eſt. Et. n. piſces & enthomorum genus omne, diligẽter ſentit de longe (propter nutritiuã ſpeciem odoris) remota multũ â propria eſca: quẽadmodum apes faciunt ad mel, & paruarũ formicarum genus, quas vocant quidam ſenipas, & marinorum purpurę, & aliorum multa taliũ animalium acute ſentiunt eſcã propter odorẽ.

Poſtq̃

Postquam Philosophus ostēdit ꝙ homines, & quædam alia animalia odorant respirando, hic inquirit quomodo animalia non respirantia odorant. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quid circa huiusmodi animalia sit manifestum, secundo quid circa ea sit dubium. ibi {quomodo autem &c.} Dicit ergo primo manifestum esse ꝙ animalia, quæ non respirant, sentiant odorabile, ex hoc ꝙ videmus pisces & omne genus entomorum, i. interceptorum animalium, sicut sunt formicæ, apes, & huiusmodi, acute sentire de longe nutrimentum suum, qñ distant à proprio cibo, plus ꝙ̄ per proprium usum, possent id percipere. Vnde manifestum est, ꝙ id percipiunt propter nutritiuam speciem odoris, i. inquantum sentiunt illam odoris speciem, quæ proportionatur sapori: & indicat qualitatem nutrimenti. Et ponit exemplum de apibus, quæ longe mouentur ad suum cibū quærendum, s. mel: & de quibusdam formicis paruis, quæ habent sex pedes, & de quibusdam animalibus alijs, quę purpurę vocantur propter colorem: & similiter multa animalia non respirantia inueniuntur, quæ acute à remotis sentiunt suam escam propter odorem. Deinde cum dicit.

Alia & nō respirantia odorant.

N. LEON. *Quæ uero re sentiant, non æque est manifestū. Quāobrem iure quispiā ambigere posset, qua nam re odores sentiant, siquidem spirantibus olfacere uno contingit modo. hoc enim in iis quæ spirant apparet omnibus: illorum uero spirat nullum, cum tamen sentiāt, nisi forte quispiā præter quinq; alius est sensus: quod fieri non potest, olfactilis enim rei est olfactus, illa autem id sanè sentiunt.*

Quomodo autem sentiunt non similiter manifestum, propter quod vtiq; dubitabit aliquis quomodo sentiunt odorem, si spirantibus quidem omnibus fit spirare vno modo. Hoc enim videtur in respirantibus accidens omnibus. Illorum autem nullum respirat, sentiunt tamē, nisi aliquis, præter quinq;, sensus alius. hoc autem impossibile. Odorabilis enim olfactus; illa vero hoc sentiunt.

Dubium. Ostendit quid circa huiusmodi animalia sit dubium. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationē, Secundo soluit. ibi {Sed non forte eodem.} Tertio manifestat solutionem magis per simile. ibi {Similiter autem & aliorum.} Dicit ergo primo, ꝙ, cum manifestum sit ꝙ prædicta animalia sentiunt odorem, nō est manifestum quomodo sentiant odorē. Et ratio dubitationis est, quia omnia animalia respirātia percipiunt odorem vno modo, s. respirando. Hoc enim per experimentum apparet accidere in omnibus animalibus respirantibus. Sed circa prædicta animalia apparet ꝙ non respirant: & tamen sentiunt odorabile. Posset autem aliquis assignare rationē, dicens

Respōsio. ꝙ quodam alio sensu, qui est præter quinq; sensus nominatos, huiusmodi animalia sentiunt odorabile. & posset videri responsio probabilis, quia sentire est pati quoddā: vnde diuersus modus sentiendi est quasi diuersus modus patiendi, qui indicat diuersitatem potentiæ passiuæ, sicut diuersus modus agendi significat diuersitatem virtutis actiuæ. videmus enim ꝙ quanto calor est fortior, tanto calefactio est vehementior. & sic ex parte passiuorū, quę alio modo patiuntur, aliam potentiam passiuam habere videntur: & sic quæ alio modo sentiunt videntur habere alium sensum. Sed ꝙ alio modo sentiant odorabile est impossibile: quia vbi est idem sensibile, est idem sensus. Potentiæ enim distinguuntur ſm obiecta. Idem aūt est sensibile, quod sentiunt vtraq; animalia, s. odorabile. Vnde non potest esse alius & alius sensus. Deinde cum dicit.

Improbat falsam rōsionem.

N. LEON. *Verum non eodem fortasse modo, sed spirantibus quidem quod superiacet, uelut operculum remouet spiritus: quamobrem nō sentiunt nisi spirent. ea autem, quæ non spirant, id sanè non habēt, quemadmodum in oculorum natura percipere licet. siquidem animalia quædam palpebras habent, quæ nisi diducantur, cernere nequeunt. Quæ autem duros habent oculos illas nō habent: ea propter nullo illas remouente indigent, sed pro uidendi facultate illico cernunt.*

Sed non forte eodem modo. Sed respirantibus quidem spiritus aufert superiacens: quemadmodum cooperculum quoddā. Quare non sentiunt non respirantia, his autem non respirantibus, ablatū est hoc: quēadmodum in oculis. Quędam enim animaliū habent palpebras: quibus non reuelatis, minime possunt videre. Quę autem habent duros oculos, non habent. Quare non egent vllo, quod illa reuelet, sed vident à facultate existente in illis statim.

2. Aliq; cō. 100.

Soluit præmissam dubitationem per hoc ꝙ idem odorabile sentiunt cum eodem sensu, sed non eodem modo. Consyderandum enim est ꝙ modus sentiendi potest diuersificari dupliciter. Vno modo per se, quod est ſm diuersam habitudinem sensibilis ad sensum. & talis diuersitas in modo sentiēdi diuersificat sensum: puta ꝙ vnus sensus sentit sensibile coniunctum, sicut tactus: alius autem sensibile remotū, sicut visus. Est & alia diuersitas in modo sentiendi per accidens, quæ nō diuersificat sensum, & attenditur secundum remotionem prohibētis. & talis diuersitas in modo sentiēdi est in proposito: quia in animalibus respirātibus, per respirationē remouetur quoddā, quod per modum cooperculi subiacet organo odoratus: & ideo quando non respirant impediuntur ab odorando propter huiusmodi cooperculum. Sed animalia nō respirantia carent huiusmodi cooperculo: & ideo non indigēt respiratione ad odorandū: sicut videmus in oculis, ꝙ quędam animalia habent palpebras, quæ si non aperiantur, non possunt huiusmodi animalia videre. Huiusmodi autem palpebras dedit natura animalibus indigētibus acutiori visu propter securitatem oculi, vt oculus conseruetur. Vnde animalia habentia duros oculos quasi non indigentia acuto visu, non habēt huiusmodi palpebras: & ideo nō indigent aliquo motu aperiente palpebras ad videndum, sed statim oculos habent ad videndum, & facultatem, nullo remoto. Deinde cum dicit.

Solutio.

Modus sentiēdi dupliciter diuersificatur.

Ad qd pālpebrę dātur a natura.

N. LEON. *Similiq; modo reliquorum animalium nullū, nullos per se male olentes odores moleste fert, nisi forte pernitiē afferant. à talibus enim nōnulla interimātur, ut plerūq; homines qui ex carbonum halitu grauedinem incurrūt: & sæpenumero pereunt, ita reliqua animalia à sulphuris, bituminosorumq; ui examinantur. Quamobrem id incommodum declinare solent, cùm de ipsa per se odoris fœditate nihil curent (Atqui multa ex terrenascentibus graueolentiam habent) si quippiam illis ad gustatum esumue conferat.*

Similiter autem & aliorum animaliū quodlibet, non egre fert eorum odorē, quæ per se fœtida sunt, nisi quid accidat corruptiuū existens, ab his autem corrumpuntur. similiter, quemadmodum & homines à carbonū fumo, patiūtur grauedinē capitis, & corrunpunt multotiens: sic & à virtute sulphuris & bitumine corrūpnuntur alia animalia: & fugiūt propter passionem. Ipsam autem secundum seipsam nō curant fœditatem:

tiditatem (quamuis multa terræ nascentium fœ A rum Philosophus vtitur huiusmodi proprietate numeri
tidos habeant odores) nisi quid conferat ad gu ad ostendendum comparationem sensuum. Numerus. n.
stum vel ad edulium illis. impar non potest diuidi in duo media, sicut par, sed in me
dio remanet aliqd indiuisum inter duas partes æquales,
Manifestat prædictam solutionem per aliud simile per sicut in quinario remanet vnitas media iter duo, & duo.
olfactum, in quo est quædam alia diuersitas, inter anima Cum aũt sensus sint in impari numero cõstituti, scilicet
lia, quæ non diuersificant sensum. Nullum enim aliorum quinario, duo eorum sunt tactiui: quia, scilicet sentiunt
animalium, præter hominem, grauiter fert ea, quæ habẽt suum sensibile coniunctum nõ per medium extraneum,
fœtidum odorem secundum seipsa, ideſt non per compa scilicet tactus & gustus: duo autem eorum, scilicet visus
rationem ad nutrimentum. Et hoc quidem superius dixe & auditus sentiũt suum sensibile remotum per alia, ideſt
rat. Sed poterat esse circa hæc dubitatio ex hoc quòd quę p extrinseca media. Odoratus aũt in medio vtrorumq;. Odoratꝰ est
dam animalia videntur huiusmodi fœtidos odores fuge vnde et cum vtrisq; conuenit. cum tactu quidem et gu mediũ iter
re. Et ideo repetit vt hanc dubitationem remoueret, et di stu, qui sunt sensus nutrimenti, vt dicitur in Secundo de sensus.
cit q; alia animalia non fugiunt odores secundum se fœti Anima, inquantum odorabile est quędam passio nutriti
dos nisi per accidens, inquãtum, scilicet accidit huiusmo uorum, secundum quòd odor proportionatur sapori. Et
di fœtidum odorem esse corruptiuum. Cum enim odor sic tangibilia & gustabilia sunt in eodẽ genere cum odo
causetur ex calido humido & sicco, vt supra dictum est. ribus. et est idem genus visibilis et audibilis et odorabi
quandoq; contingit quòd fœtidus odor prouenit ex ma lis, inquãtum, scilicet vtraq; cognoscuntur per medium
gna distemperãtia in prædictis qualitatibus, & sic simul B extraneum. Vnde odorant animalia per aerem et aquã,
cum odore immutatur medium ad aliquã pessimam pas sicut vident et audiunt. Et sic patet quòd odorabile est
siuam dispositionem, quæ corrumpit corpora aliorũ ani aliquid commune vtrisq;. Ineſt enim tactuali, secundum
malium, sicut et hominis. quam quidem immutationem quòd est passio nutrimenti. et sic cõcurrit in eodem cum
alia animalia sentiunt per sensum tactus: & ideo fugiunt tãgibili et gustabili qualitate: et similiter ineſt perspicuo
huiusmodi fœtida. Et ponit exẽplum, quòd homines pa et audibili, ideſt percipitur per medium perspicuum, per
tiuntur grauedinem capitis à fumo carbonum propter quod videtur, et per quod etiam auditur, ideſt per aerem
eius distemperantiam: & quandoq; vsq; ad corruptio et aquam: licet non inquantum huius sunt perspicua, sed
nem. Similiter est de sulphure. Vnde animalia fugiũt hu inquãtum sunt susceptiua enchimæ siccitatis, vt supra di
Quare aĩa iusmodi corruptiua propter passionem corporis, quam ctum est. Et ideo à quibusdam rationabiliter ista duo assi
lia bruta fu sentiunt. sed de ipsa fœditate odoris secundum se cõsyde milãtur, vt esse enchymæ siccitatis odoriferę in humido
giant pessi rata non curant (quamuis multa terræ nascẽtium habeãt aqueo et fusibili, id est aereo, propter facilem diffusionẽ
mos odo fœtidos odores) nisi secundum q; fœtiditas odoris repre sic sicut tinctura quædam, quæ refertur ad immutationẽ
res. sentat aliquid circa gustum, vel circa conuenientiam pro medij à colore: et sicut lotura, quæ refertur ad sapores,
prij nutrimenti. Deinde cum dicit. quia, scilicet odor habet conuenientiam cum vtrisq;. Et
post hoc epilogãdo concludit dictũ esse quomodo opor
N. LEON. *Cum autem impares sint sensus, isq; numerus mediũ* teat distinguere species odorabilis, et quomodo non, in
habeat, odorandi sensus medius sanè esse videtur, cum ta C quantum scilicet accipiuntur odores secundum seipsos.
ctilium, cuiusmodi gustatus & tactus est: tum eorũ, qui Deinde cũm dicit.
per aliud sentiunt, qualis uisus est & auditus. quamobrẽ *Quòd aũt Pythagoreorũ quidã dixerunt, alii uidelicet* N. LEON.
olfactile nutrientium passio est quædam. Hæc autem in animalia quædã odoribus, rationi non est cõsentaneum.
eodem sunt genere quo & audibilis res est & uisilis: pro Quod autem quidam Pythagoricorum di
pterea & in aere, & in aqua odorantur. & hanc ob cau cunt, non est rationabile. Nutriri nanq; dicunt
sam olfactile cõmune quiddam horũ est utrorumq; quod quædam animalia odoribus.
& tactili inest, & audibili & perspicuo. Quamobrem Excludit errorem. Et circa hoc tria facit. Primo nar Opinio Py
non sine ratione assimilatum est siccitatis esse in humido rat erroneam opinionem, secundo improbat eã, ibi } Pri thagoricorum circa odores.
& fusili, ceu infectionem quandam & loturam. Quo nã mum quidem enim. } Tertio respondet tacitæ obiectio
modo ipsius olfactilis connumerandæ sunt species, et quo ni, ibi { Quòd quidem igitur. } Dicit ergo primo, non es
modo non, hactenus sit expositum. se rationabile quod quidã Pythagorici dixerunt, quædã
animalia nutriri odoribꝰ. ẽx quos, odoratus nõ esset me
Videtur autem sensus qui est odorandi, im dius inter sensus, vt dictũ est, sed oĩno connumerãdus est
paribus existẽtibus sensibus, & numero impa sensibꝰ nutrimẽti. Mouebant aũt ad hoc dicendũ, q; vide
ri habente medium & ipse medius esse tactiuo bant hoĩes et aĩalia confortari odoribꝰ. Deinde cũ dicit.
rum, quemadmodum tactus & gustus: & per D *Primo nanq; uidemus cibos omnes cõpositos esse opor*
alia sensitiuorum, velut visus & auditus. Quare *tere. ea enim, quæ aluntur, simplicia nõ sunt. quamobrẽ*
& odorabile nutritiuorum est passio quædam. *ciborum fiunt excremẽta aut in ipsis, aut extrinsecus, ut*
hoc autem in eodem genere, & audibilis & visi *in stirpibus. Præterea neq; aqua ipsa solitarie alere po*
bilis. Quare & in aere, & in aqua odorant. Qua *test nulli commixta. corpulentum enim quiddam quod*
re est odorabile commune aliquid horum am *constituitur esse oportet. multo autem minus rationabi*
borũ: quod & tactuali ineſt, & perspicuo & au *le est aerem fieri corpulentum.*
dibili. Quare rationabiliter assimilata ẽ siccitati
enchimæ, quemadmodum color in humido & Primum quidem enim videmus qm̃ cibum
fusibili, velut tinctura quædam & lotura. Quo oportet esse compositum. Etenim ea, quæ nu
quidem igitur species odorabilis oportet dice triuntur, nõ sunt simplicia. Quare & superflui
re, & quo non oportet, intantum sit dictum. tas fit cibi, aut in ipsis, aut extra, sicut in plantis.
Amplius vero neq; aqua vult ipsa sola nutrire,
Comparat sensum odoratus ad alios sensus. Et primo incõmixta existẽs. Corporale enim aliqd opor
determinat veritatem. Secundo excludit errorem. ibi tet esse constitutum. Amplius multo minus ra
{ Quod autem quidam. } Circa primum consyderan tionabile est aerem corpulentum fieri.

Cibū oportet esse cōpositū ex plurib⁹ elementis.

Improbat p̄dictam opinionē duabus rationibus. Quarum prima est, qa oportet cibū cōpositū esse ex pluribus elementis. Simplicia enim elementa non nutriunt: qa animalia, quæ ex his nutruntur, cōposita sunt ex quatuor elementis. Ex eisdē aūt nutritur aliquid, ex quibus est, vt dictum est in Secundo de Generatione. Et p hmōi signum cōcludit q̄ ex cibis generat̄ aliqua superfluitas inverius, sicut patet in animalibus, intra quor̄ corpora sunt quædam loca deputata ad congregationē supfluitatum: vel exterius, sicut in plāt̄is, quor̄ supfluitas statim exterius emittit̄, sicut patet de gummis arbor̄ & de alijs hmōi. Si aūt aliquod animal, uel planta, nutriret̄ simplici elemēto, nulla fieret supfluitas, cum non sit ibi aliqua difformitas partium: cum aūt nullum elementum sit aptū nutritioni propter simplicitatem, adhuc amplius aqua habet speciale impedimētum quare sola non possit nutrire sine commixtione alicuius terrestris, sicut agricultores adhibent fimum, vt aqua commixta nutriat plāt̄as: quia nutrimentum constituit & generat aliquid in substantia nutriti. & ideo oportet q̄ sit aliqd corpale & solidū, quod non cōpetit aquę. Vnde aqua sola non p̄t nutrire: & multo min⁹ aer. Vnde relinquit q̄ odor nutrire non possit. Manifestū est, n. q̄ odor cū sit qualitas fm se non p̄t nutriēdo cōsti tuere substantiā, nisi forte rōne susceptiui: qđ est aer vel aqua. Et si odor eēt euaporatio vel fumalis exhalatio, vt Antiqui dixerūt, adhuc rō remaneret: qa vtrunq; pertinet ad naturā aeris vt supra dictū est. Secūdā rōnē ponit ibi,

Odores nutrire nō possunt.

N. LEON. *Ad hæc autem q̄ omnibus ineſt animalibus alimēti capax locus, unde trahens accipit corpus. at odoris in capite eſt ſenſiterium, & ſpirabili cum halitu ingreditur. ic circo ad reſpirantem perueniet locum.*

Cum his autem qm̄ omnibus est animalib⁹ locus receptiuus cibi, à quo qñ cibus egreditur, recipit corpus. Odorabilis autem sensitiuum in capite, & cum spirituali intrat fumositate. Quare ad spiratiuum vadet vtiq; locum.

Et dicit q̄ in omnibus animalibus est aliquis locus, in quo primo recipit̄ cibus. s. sto mach⁹ vnde deriuat̄ ad singulas partes corpis. Quia vero aīalia plurima, respirādo odorant, si cōsyderemus ipsum odorabile, manifestū est q̄ sentit̄ organo circa cerebrū existente, vt supra dictum est. Ipse aūt aer respiratus, cū quo odor attrahit̄, vadit ad locum respiratiuum, i. ad pulmonē. Manifestum est autē q̄ in animalibus, neq; cerebrū, neq; pulmo. est locus recipiens cibum. Vnde manifestum est q̄ odor nō nutrit: confortat aūt propter immutationē, quæ est à calido humido & ficco: & propter delectationem, sicut & malus odor corrumpit, vt supra dictū est. Deinde cùm dicit,

N. LEON. *Quod igitur alimēto olfactile ut olfactile eſt, nihil cō ferat clare patet. q̄ uero ualitudini, & ex ſenſus teſtimonio, & ex retrodictis, eſt manifeſtum. Quamobrem quod ſapor eſt in altrici re, & ad ea quæ aluntur, hoc eſt ad ualitudinem olfactile. Et hoc certe modo de unoquoq; ſenſiterio ſit pertractatum.*

Quòd quidem igitur non conferat ad nutrimentum odorabile fm quod odorabile, manifestum est. Quòd autem ad sanitatem, & ex sensu & ex dictis, manifestum est. Quare q̄ sapor in nutritiuo & ad ea, quæ nutriunt̄, hoc est ad sanitatē odorabile. Secundum vnūquodq; quidē igitur sensitiuum, determinatū sit hoc modo.

Solutio q̄stionis.

Respondet tacitę obiectioni. Posset enim aliqs obijcere, Si odor non nutrit: ergo ad nihil est vtilis. Sed ipse respondet q̄ licet nō nutriat, tñ cōfert ad sanitatē, sicut manifestū est ad sensum, & p ea, quæ supra dicta sunt. Vnde cōcludit q̄ sicut sapor ordinat̄ ad nutritionē, ita odor ad sanitatē. Vltimo aūt epilogando cōcludit quod dictum est de sensibilibus fm vnumquodq; organum sensus.

LECTIO. XV.

Difficultatis solutio, an qualitates sensibiles in infinitum diuidantur cut item sensibilium finitæ sunt species præmonstratur.

N. LEON. *Dubitabit autem quiſpiam, ſi omne in infinitum diuiditur corpus, numquid etiam ſenſiles paſſiones, ut color & ſapor, & odor, & ſonus, grauitas quin etiam, & frigidum, & calidum, & leue, & aſperum, & molle?*

Obijciet autem aliquis. Si omne corpus in infinitū diuiditur: & passiones ergo sensibiles, puta, color, & sapor, & odor, & grauitas, & frigiditas, & calidū, & leue, & durū, & molle.

Postquam Philosophus determinaut de organis sensuum, & de sensibilibus, hic determinat quasdā quæstiones circa sensum & sensibilia. Et primo mouet quandam quæstionem circa ipsa sensibilia, secundo mouet aliā circa immutationem sensus à sensibili. ibi {Obijciet vtiq; aliquis.} Tertio mouet tertiam circa ipsum sensum. ibi {Est autem quædam obiectio.} Circa primum tria facit. Primo mouet quæstionem, Secundo inducit rationes ad quæstionem. ibi {aut impossibile.} Tertio soluit. ibi {de solutione autē eorum.} Dicit ergo primo q̄ omne corpus in infinitum diuiditur. hoc enim est de ratione cōtinui, vt patet in Libro Physicorum. Qualitates autē sensibiles, quæ passiones dicūtur, vt dicitur in Prædicamentis, sunt in corpore aliquo sicut in subiecto. Est ergo quæstio, quam quis obijcere potest, vtrum & ipsę qualitates sensibiles, scilicet color, et sapor, et alia huiusmodi in infinitum diuidantur. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *An hoc fieri non poteſt, ſenſationis nanq; illorū unum quodq; eſt effectiuū. ita enim denominantur omnia, quoniam ſenſum mouere poſſunt. Quamobrem, ſi ipſa poteſtas, & ſenſum etiam ipſum in infinitum ſecari neceſſe eſt, & oēm magnitudinem eſſe ſenſilem. fieri enim nō poteſt ut albū quidem cernatur, non autem ſit quantum.*

Aut impossibile. Actiuum enim est vnumquodq; ipsorum sensus. In eo enim q̄ possunt mouere illum, dicuntur omnia. Quare necessarium sensum in infinita diuidi: & omnē magnitudinem esse sensibilem. Impossibile enim albū quidem videre, non autem quantum.

Qualitates sensibiles si diuidantur in infinitum,

Obijcit ad quæstionem motam. Et primo ad ostēdendum q̄ qualitates sensibiles nō diuiduntur in infinitum, Secundo ad oppositum. ibi {si enim non sit} tertio excludit quandam solutionem. ibi {sed si hæc habent sic.} Dicit ergo primo q̄ impossibile videtur qualitates sensibiles diuidi in infinitum, quia vnaquæq; prædictarum sensibilium qualitatū est nata agere in sensum. In hoc enim propria ratio vniuscuiusq; earum cōsistit, vt moueat sensum, sicut ad rationem coloris pertinet q̄ possit mouere visum. Si ergo prædictæ qualitates in infinitum diuidantur, consequens erit q̄ sensus, id est ipsum sentire, in infinitum diuidatur, secundum q̄ moueri diuiditur in infinitū secundum diuisionē magnitudinis, secundum quam aliquid mouetur, et ita sequeretur, q̄ sicut id, quod mouet pertransit quamlibet magnitudinem, ita sentiēs sentiret omnem magnitudinem quantumcunq; paruā. et sic omnis magnitudo esset sensibilis. Subdit autem rationē quare non concludit etiam puncta esse sensibilia, quia impossibile est videre album quòd non sit quantum. et eadem ratio est de sensibilibus alijs. Huius autem ratio est, quia sensus est virtus in magnitudine: cum sit actus organi corporei, et ideo non potest pati nisi ab habente magnitudinem.

Propria ratio qualitatū sensibiliū consistit vt moueant sensum.

dinem. Actiuum enim debet esse proportionatum passiuo. Relinquit autem pro inconuenienti omnem magnitudinem esse sensibilem. quod qñ sit intelligẽdum infra patebit. vnde cõcludi potest, ꝙ qualitates sensibiles nõ diuidantur in infinitum. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Si autem non hoc se habet modo, quippiam continget esse corpus nullum habens colorem, neq; grauitatem, neq; aliam id genus passionem. Quamobrem neq; omnino erit sensile: eiusmodi enim sunt quæ sentiuntur. sensile igitur ex non sensilibus erit constitutũ: Atqui necesse est: non enim ex matematicis.*

Si enim non sic, vtiq; continget aliquod corpus nullum habẽs colorem, neq; grauedinem neq; talẽ aliã passionẽ. Quare nec omnino sensibile. hæc enim sensibilia sunt. Sensibile igitur erit compositum, nec ex sensibilibus: sed necesse. Non enim ex matematicis.

B

Obiectio ad oppositum.

Obijcit ad oppositum duabus rationibus. Quarũ prima talis est. Si qualitates sensibiles non diuidantur, contingit esse aliquod corpus minimum, transcendens diuisionem sensibilium qualitatum, nullam habens sensibilẽ qualitatem, ideſt neq; colorem, neq; grauitatem, neq; aliquod aliquid huiusmodi. et ita huiusmodi corpus nõ erit sensibile, quia solæ prædictæ qualitates sunt sensibiles. Cum igitur huiusmodi parua corpora sint partes totius corporis, quod est sensibile, sequitur ꝙ corpus sensibile sit compositum non ex sensibilibus: sed necesse est sensibile corpus ex sensibilibus componi. Non enim potest dici, ꝙ corpus sensibile componatur ex matematicis, s. corporibus, in quibus consyderatur quantitas, sine qualitatibus sensibilib⁹. Relinquitur ergo ꝙ oportet qualitates sensibiles in infinitũ diuidi. Secundã rationẽ ponit ibi.

N. LEON. *Præterea qua nam re diiudicabimus hæc & cognoscemus? an intellectu? sed non sunt intelligibilia, neq; intelligit mens quæ extra sunt, nisi cum sensu.*

C

Amplius quo adiudicabim⁹ hoc, aut cognoscem⁹? An intellectu. sed nõ intelligibilia. Nec .n. intelligit intellectus q̃ exterius, nisi cũ sensu.

Secũda rõ.

Et procedit ratio sua ex hoc ꝙ anima nata est cognoscere omnia vel secundum sensum, vel secundum intellectum, vt habitum est in Tertio de Anima. Si ergo prædicta minima corpora, quæ transcendunt diuisionem qualitatum sensibilium, non fuerint sensibilia, vtpote sensibilibus qualitatibus carentia, non possunt iudicari nisi per intellectum vt cognoscantur per ipsum: sed non potest dici ꝙ sunt intelligibilia. Nihil enim eorum, quæ sunt extra animam, intellectus intelligit, nisi cum sensu eorum. i. simul ea sentiẽdo. Si ergo huiusmodi minima corpora nõ sentiuntur, intelligi non poterunt. Dicit autem hoc ad excludendum opinionem Platonis, qui posuit formas intellectas esse extra animam. Secundum autem Aristotelem res intellectę sunt ipsæ naturæ rerum, quæ sunt in singularibus: quæ quidem secũdum ꝙ in singularibus sunt, cadunt sub apprehensione sensus: intellectus autem apprehendit huiusmodi naturas abstracte: & attribuit eis quasdam intentiones intelligibiles, scilicet esse genus vel speciem, quæ quidem intentiones sunt solum in intellectu, non autem exterius. Vnde solus intellectus eas cognoscit. Deinde cum dicit.

Te. cõ. 37.

Opi. Pla.

D

N. LEON. *Præterea, si hæc ita se habẽt, fidem facere iis uidẽtur, qui indiuiduas faciunt magnitudines: ita enim dissoluetur ratio: uerum id fieri nõ potest. De huiusmodi autem re dictum est in Sermonibus de Motu.*

Sed, si hæc habẽt sic, vidẽtur testificari illis, q indiuisibiles faciũt magnitudines. Sic quidem A vtiq; soluet sermo: sed hoc impossi. Dictum est enim prius in Sermonibus, qui sunt de Motu.

Excludit falsam responsionem. Posset enim aliquis dicere, ꝙ ex quo, posita diuisione magnitudinis in infinitũ, sequitur inconueniens, quicquid dicatur de sensibilibus qualitatibus, siue ꝙ diuidantur in infinitum, siue ꝙ non, videtur hoc attestari opinionem illorum, qui ponunt aliquas magnitudines indiuisibiles. Per hũc enim modum prædicta dubitatio soluetur. Si enim corpus non est diuisibile in infinitum, nõ sequetur aliqua corpora esse insensibilia, si in infinitum nõ diuidetur qualitas sensibilis. Sed hoc est impossibile, s. aliquas magnitudines esse indiuisibiles, vt patet p ea, quæ dicta sunt in sermonibus de Motu, i. in Sexto Phy. Deinde cùm dicit.

Rñdet tacte obiectioni.

N. LEON. *Simul autem cum istorum solutione palam fiet cur finitæ sunt species & coloris, & saporis, & sonorũ, & aliorum etiam sensilium. Quorum enim sunt extrema, quæ interiacent, finita esse necesse est. Porro contraria sunt extrema. Omne autem sensile contrarietatem habet, ut in colore, albũ, & nigrum: in saporibus dulce, et amarum: & in aliis sane omnibus extrema sunt contraria.*

De solutione autem eorum, simul manifestũ erit: & quare terminatæ sint spẽs coloris, & saporis, & sonorum, & aliorũ sensibilium. Quorum enim sunt vltima, necesse ẽ terminata esse quæ intus. Cõtraria aũt sunt vltima. Omne autem sensibile habet contrarietatem, velut in colore, albũ & nigrũ: in sapore, dulce & amarũ: & in aliis itaq; omnib⁹ sunt vltima, quæ cõtraria.

Spẽs oium sensibiliũ finitę sunt.

Soluit p̃dictam quæstionẽ, quam mouerat de diuisione sensibilium qualitatum. Et primo agit de formali diuisione eaꝝ, quæ est generis in species, secũdo de diuisione, quantitatiua, ibi {Continuum quidem igitur.} Dicit ergo primo ꝙ, cum solutione prędictarum dubitationum, simul manifestandum erit quare sunt finitæ species coloris, & saporis, & aliorũ hmõi: hoc enim supra determinandum promiserat. Et huius rõnem assignat, quia, si est deuenire ad vltimũ ex parte vtriusq; extremi, necesse est ea, quæ in medio sunt, esse finita, vt probatũ est in Primo Poste. Manifestũ est aũt ꝙ in quolibet genere sensibiliũ, est quædã contrarietas, quæ est maxima distãtia. & ideo contraria oportet esse vltima, sicut in colore, albũ & nigrum: in sapore, dulce et amarũ: et in aliis sim̃r. Vnde relinquit ꝙ species mediæ sunt finitæ. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Continuum etenim in infinita secatur inæqualia: infinita uero æqualia. Quod autem per se continuum non est, in species finitas.*

Continuum quidem igitur ad infinita diuiditur inæqualia: ad æqualia vero finita. Quod autem non ſm se continuum, in species finitas.

Cõtinui duplex diuisio.

Soluit prius motã quæstionem de diuisione quantitatiua sensibiliũ qualitatum. Et primo p̃supponit quędã, secundo, procedit ad soluẽdum. ibi {Qñ igitur passiones.} Circa primum p̃supponit duo. Quoꝝ primum est ꝙ continuum quodãmodo diuidit in infinita, aliomdo in finita. Si. n. fiat diuisio in partes æquales, non poterit diuisio in infinitũ, procedere, dummõ cõtinuũ sit finitũ. Quia, si abvnoquoq; finito semp subtrahat aliquid ad mensurã pari, totaliter cõsumet. Si vero fiat diuisio p partes inæquales, procedit diuisio in infinitũ. puta si totũ diuidat in dimidiũ, et iterꝝ dimidiũ in dimidiũ, quod est quarta pars totius, in infinitũ, procedet diuisio. Secũda suppositio ẽ, ꝙ id, quod non est ſm se continuũ, sed p accidẽs, sicut color et alia hmõi, diuiditur p se quidẽ formaliter in species finitas, vt paulo ante dictum est. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Quoniam autem passiones quidem ut species sunt dicendæ, continuitas autem illis semper ineſt, ſumendum ſanè eſt ꝙ poteſtate & actu eſſe diuerſum eſt: & hanc ob cauſam decies millena Milij cum aſpicitur latet portio. Atqui niſio totum id percurrit. Nec minus in Dieſi latet ſonus, licet continuata omnis audiatur cantio: Interualla autem illius quod eſt in medio ad extremos latet. Similiq; rationis mõ quæcunq; in alijs ſenſibilibus ualde ſunt exigua, poteſtate ſanè uiſilia ſunt, actu uero, poſtquã fuerint ſeparata. poteſtate enim pedalis linea in bipedali cõtinetur, actu autem, cum iam eſt diuiſa.*

Quoniam ergo paſſiones quidem vt ſpecies dicendæ ſunt, exiſtunt autẽ in continuitate: & in his ſumendum, ꝙ potentia & actu eſſe aliud, atq; aliud eſt. Et propter hoc decimum milleſimum milij latet viſum, quamuis viſus ſuperueniat. Et qui in dyeſi ſonus latet: quamuis continuus exiſtens auditur omnis cantus. Diſtantia vero intermedij ad vltima latet. Similiter aũt & in alijs ſenſibilib⁹, parua omnino. Potẽtia nãq;, viſibilia ipſa, actu autem non, niſi poſtq̃ fuerint ſeparata. Et enim ineſt potentia, quæ pedalis bipedi, actu autem iam diuiſa.

Soluũo obiectionis ſuppoſitę. Procedit ad ſoluendum principalẽ quæſtionem, quæ erat de diuiſione ſenſibilium qualitatũ. Et, quia ad hanc quęſtionẽ, rõnem aſſumpſerat ex apparentia ſenſus, ideo primo inquirit de diuiſione in infinitũ quãtum ad ipſum ſentire, ſecundo excludit propoſitũ, quantum ad ipſa ſenſibilia. ibi {Cum aũt vtiq;.} Circa primũ duo facit. Primo inquirit vtrum ſentire, pcedat in infinitum ſm partes exiſtẽtes in toto: ſecundo, vtrum ſm partes ſeparatas. ibi {Separatę.} Dicit ergo primo, ꝙ, quia paſſiones, i. ſenſibiles qualitates dicendę ſunt quaſi quædã ſpecies & formæ, quæ non ſunt infinitæ ſm ſe conſyderatę, ſicut dictũ eſt: & cum exiſtunt in continuo ſicut in ſubiecto, ſm cuius diuiſionem paccidens diuiduntur, conſequens eſt ꝙ ſicut in continuo aliud eſt in actu, ſicut pars ſeparata: & aliud in potentia, ſ. pars in continuo exiſtens non ſeparata, ita ẽt in his qualitatibus, quæ ſunt diuiſibiles per accidens, pars ſeparata eſt actu exiſtens. vnde poteſt actu ſentiri. pars aũt indiuiſa eſt in potentia, & ideo non ſentitur in actu. Et inde eſt ꝙ, quamuis ſuperueniat viſus, tñ aliqua pars ei⁹ minima, puta decima milleſima latet viſum, et ſimiliter quamuis totus cantus continuus audiatur, tñ auditum aliquid latet paruũ de cantu, puta dyeſis, quod eſt minimum in melodia, quaſi diſtãtia quædam toni et ſemitoni. hmõi autẽ diſtantia media inter vltima latet. Et ita eſt in alijs ſenſibus, ꝙ ea, quæ ſunt omnino parua, latent omnino ſenſum. Sunt. n. ſenſibilia in potentia, non aũt in actu, niſi qñ ſeparantur, ſicut videmus in magnitudinibus ꝙ linea vnius pedis eſt in potentia in linea bipedali: ſed tunc eſt actu qñ diuidit̃ à toto. Patet aũt ex præmiſſis falſum eſſe quod quidã Matematici dicũt, ꝙ nihil ſimul totum videtur, ſed viſus percurrit per partes viſibiles ac ſi videret ſic continuum, ſicut & moueri. Decipiuntur autem in hoc, ꝙ partes continui non ſunt viſibiles actu, ſed ſolum in potentia. Vnde viſus vtitur toto viſibili vt quodã modo vno indiuiſibili in ſuo genere, niſi forte vtatur partibus nõ diuiſis vt diuiſis, ſicut cum ſigillatim inſpicit vnamquamq;. Sed tamen nec in hoc procedit viſus vſq; ad quaſcunq; minimas partes: quia ſic ſentire diuideretur in infinitũ, quod ſupra dimiſſum eſt pro inconuenienti. Deinde cum dicit.

Falſitas matematicoꝝ.

N. LEON. *Seiugati uero tales exceſſus rationabiliter reſoluuntur in continens: ut ſi puſillus ſapor in mare infundatur.*

Separatę autẽ tantæ ſuperabundantiæ rationabiliter vtiq; reſoluuntur in continentia: velut minimus ſapor mari infuſus.

Oſtendit ꝙ ẽt partes ſeparatæ nõ ſunt in infinitum ſenſibiles. Et primo ex parte ipſarũ partium, ſecundo ex parte ipſius ſenſus. ibi {Quinimmo.} Dicit ergo primo, ꝙ, ſi partes in paruitate ſuperabundantes, ſeparãtur à toto, rationabiliter videtur ꝙ non poſſunt permanere pp paruitatem virtutis conſeruantis: quia virtus corporalis diuiditur ſm diuiſionẽ magnitudinis, vt patet in Septimo Phy. & ideo illa minima ſeparata conuertunt̃ in corpus continens, puta aerẽ vel aquã: ſicut patet de aliquo liquore ſaporoſo, q infunditur mari. Et ex hoc patet, quare corpus matematicũ eſt diuiſibile in infinitum, in quo conſyderat̃ ſola rõ quantitatis, in qua nil eſt repugnans diuiſioni infinitæ: Sed corpus naturale, quod conſyderat̃ ſub tota forma, non poteſt in infinitũ diuidi: quia, qñ iam ad minimum deducit̃, ſtatim propter debilitatẽ uirtutis cõuertitur in aliud. Vnde eſt inuenire minimam carnẽ, ſicut dicitur in Primo Phy. nec tñ corpus naturale cõponitur ex matematicis, vt obijciebatur. Deinde cùm dicit. Te. cõ. 36. Te. cõ. 35.

Cæterum quoniam ſenſus exceſſus non eſt per ſe ſenſilis, neq; etiam ſeparatus: exceſſui enim poteſtate in exquiſitiori ineſt ſenſu, neq; huiuſmodi ſeparatum ſenſile actu ſentiri continget: ſed nihilominus erit ſenſile. poteſtate. n. iam exiſtit, & actu erit cùm acceſſerit. Quòd igitur magnitudines quædam & paſſiones latent, et qua de cauſa, & quomodo ſenſiles, & quomodo non, dictum eſt. N. LEON.

Quin immo qñ neq; ſenſus ſuperabundantia, ſm ipſam ſenſibilis, nec ſeparata. Potẽtia. n. ineſt certiori ſuperabundantia: nec tñ ſenſibile ſeparatum erit actu ſentiri, ſed tñ erit ſenſibile. Potentia enim eſt iam, & actu erit aduenies. Quòd quidem igitur quædã magnitudines & paſſiones latent, & propter quã cauſam, et quo modo ſenſibilia: & quomodo non, dictum eſt.

Oſtendit propoſitum ex parte ipſius ſenſus. Ad cuius euidentiã ſciendum eſt, ꝙ quanto virtus ſenſitiua eſt excellentior, tanto minorem immutationem organi à ſenſibili percipit. Manifeſtum eſt autem ꝙ quanto minus eſt ſenſibile, tanto maiorem immutationem facit organi, & ideo indiget excellentiori virtute ſenſus ad hoc ꝙ ſentiat̃ in actu. Manifeſtum eſt autem ꝙ potentia ſenſitiua non creſcit in infinitũ, ſicut nec aliæ virtutes naturales. Vnde etiam, ſi corpora ſenſibilia in infinitum diuiderentur, tamen non ſemper inueniretur ſuperabundãtia ſenſus in excellentia virtutis, ſm ipſam ſuperabundantiam ſenſibilis in paruitate, nec etiam hoc eſſet ſuperabundanti paruitate ſenſibilis ſeparata remanente: quia ſupabundans paruitas ſenſibilis, eſt in potẽtia vt ſentiatur à certiori & perfectiori ſenſu: qui, ſi nõ adſit, non poterit actu ſentiri, ſed tamen erit ſenſibile, quãtum eſt in ſe. iam enim ex quo ſeparatum eſt, habet potentiam actiuam ad immutandum ſenſum, & qñ ſenſus aduenier ſentietur in actu. Sic igitur patet verum eſſe quod ſupra dixit, nullam magnitudinẽ eſſe inuiſibilem, ſ. quantum eſt in ſe, quamuis ſit inuiſibilis propter defectum viſus. Concludit ergo quod dictum eſt, ꝙ quædam magnitudines & paſſibiles qualitates lateant ſenſum, & propter quam cauſam, & quomodo ſint ſenſibilia, & quomodo non. Deinde cùm dicit. Potẽtia ſenſitiua non creſcit in infinitum.

N. LEON. *Cùm aũt inerint alicui tãtæ quædã, quæ actu ſenſiles ſint: & nõ ſolũ in toto, ſed ſeparatim exiſtãt, has numero finitas eſſe neceſſe eſt, colores inq̃, & ſapores, & ſonos.*

Cum autẽ vtiq; in exiſtentia ſic quanta quędam ſint, vt actu ſenſibilia ſint: & non ſolum in

toto,

toto, sed & seorsum: finitas necesse ẽ ſm aliquẽ numerum, & colores, & sapores, & sonos esse.

Concludit ex præmissis ꝙ, cum aliquæ partes sensibilium corporum, hoc modo habeant quantitatem vt sint actu sensibilia, non solum in toto existentes, sed etiam diuisim, necesse est ꝙ hmõi partes sint finitę ſm aliquẽ numerum, siue in coloribus, siue in saporibus, siue in sonis. Et sic ſm ꝙ actu sunt sensibilia, in infinitũ non diuidunt.

LECTIO. XVI.

Quæstionis dilutio An sensibilia priꝰ mediũ, q̃ sensum immutẽt.

N. LEON. *Dubitare autẽ quispiam posset, an perueniant uel sensilia ipsa, uel illorum motiones quocunq; sensus fiat modo cum initio in medium agãt, quemadmodum odor & sonus facere uidentur. prius enim qui proximus est odorẽ sentit: & post percussionem exauditur sonus, nunquid sic & id quod uidetur, & ipsum lumen.*

OBijciet autem vtiq; aliquis igitur. Perueniunt autẽ sensibilia, vel motus, qui à sensibilibus qualitercunq; fiat sensus, cum operentur, in medium primo, quẽadmodum odor videtur facere & sonus. Nam qui prope est prius sentit odorẽ. Et sonus posteriꝰ ictu venit. Num igitur sic & visibile, & lumen.

Postquam Philosophus prosecutus est quæstionẽ primam pertinentem ad ipsa sensibilia, hic accedit ad quæstionem secundam, quæ pertinet ad immutationẽ sensus à sensibilibus. Et circa hoc tria facit. Primo mouet quæstionem, secundo argumentatur ad ipsam. ibi {Quemad
Lec. 3. modum et Emp.} tertio soluit. ibi {Vel circa sonum.} Circa primum consyderandum est, ꝙ, sicut supra habitũ est, quidam posuerunt sensum immutari à sensibilibus p modum cuiusdã defluxus, ita ꝙ ipsa sensibilia & defluentia ab eis, perueniunt vsq; ad sensum. ipse vero posuit ꝙ sensibilia per modum cuiusdam alterationis immutant medium, ita ꝙ huiusmodi permutationis peruenit vsq;
Lec. 5. ad sensum. Est ergo quæstio qualitercũq; fiat sensus, vtrũ vel ipsa sensibilia ſm aliorum opinionem, vel immutationes, quæ sunt à sensibilibus ſm suam opinionem, primo perueniant ad medium, q̃ ad sensum. Et hoc non habet dubitationem in auditu, & odoratu. Manifestũ est enim ꝙ aliquis de propinquo prius sentit odorem: & similiter sonus posterius peruenit ad auditũ q̃ faciat ictus percussionis, quæ causat sonum, sicut manifeste potest percipere, qui percussionem inspicit ex longinquo. Manifestum est ẽt ꝙ in gustu & tactu hæc quæstio locum non habet, quia non sentiunt per medium extrinsecum. Vnde dubitatio videtur esse de solo visu, vtrũ. s. visibile, & lumen, quod facit videre, prius perueniat ad medium, q̃ ad sensum, vel ad quemcunq; terminum. Deinde cum dicit,

N. LEON. Vt Empedocles *asserit Solis lumen prius ad medium peruenire q̃ ad uisum, aut ad terram.*

Quemadmodum & Empedo. dicit attingere prius quod à Sole lumen ad medium, priusquam ad visum, aut ad terram.

Obijcit ad quæstionem motam. Et primo argumentatur ad partem falsam quæstionis, secundo excludit quandam falsam solutionem. ibi {Et si oẽ simul.} Argumentatur autẽ ad quęstionẽ primo per auctoritatẽ Empe. qui
Empedocdis placitũ dixit ꝙ lumen, à sole progrediens, primo peruenit ad medium q̃ ad visum, q̃ videt lumen: & vltra quã radius Solis non pcedit. Et hãc quidem opinionem tetigit in secũdo de Aĩa, sed improbauit eã p hoc, ꝙ in tã magno spatio, sicut est ab oriẽte vsq; ad
Te. cõ. 70. nos, latere nos tpis successionẽ impoſe est. Secundo ibi.

N. LEON. *Istud autem non immerito contingere existimabitur. Quod enim mouetur alicunde aliquo mouetur. quamobrem aliquod intercedere tempus necesse est, in quo ex altero mouetur ad alterum: omne autem tempus est diuisibile: quare erat, quando non cernebatur radius, sed adhuc in ipso medio ferebatur.*

Putabitur autem vtiq; hoc rationabiliter accidere. Quod enim mouetur ab aliquo in aliqd mouetur. Quare necesse est quoddam tempus esse, in quo mouetur ab altero in alterum. Tps autem oẽ diuisibile: quare erat qñ nondum videbatur: sed adhuc ferebatur radius in medio.

Argumentatur ad idẽ per rõnem. Et dicit ꝙ hoc videt rationabiliter accidere, s. ꝙ visibile, vel lumẽ primo perueniat ad mediũ q̃ ad visum. Videtur. n. esse quidã motꝰ ipsius visibilis, vel luminis peruenientis ad visum. Oẽ autẽ quod mouet ab aliquo in aliud, ita se habet ꝙ prius sit in termino à quo mouet, & posteriꝰ in termino ad quẽ mouet: alioqn, si simul esset in vtroq; termino, nõ moueret de vno in aliud. Prius aũt & posterius in motu, numerat tpe: ergo necesse ẽ esse aliquod tps, in quo visibile, vel lumen mouet à corpore visibili, vel illuminante vsq; ad visum: oẽ autem tps est diuisibile, vt probatũ est in Sexto Phy. Si ergo accipiamus mediũ illius tpis, adhuc radius Te. cõ. 36. luminis, vel ipsiꝰ visibilis, nondũ peruenit ad visum. Sed adhuc mouebatur p medium: quia oportet diuidi p magnitudinem, per quam aliquid mouetur, ſm diuisionem tpis, vt probatum est in Sexto Phy. Deinde cùm dicit,

N. LEON. *Et si omne simul audit et audiuit: & omnino sentit et sensit, nullaq; istorum est generatio, sed sine ortu sunt, nihilominus sunt ut sonus, qui facta percussione auditui nõdum adest. Id autem ostendit literarum transfiguratio, quasi in medio fiat translatio. minus enim quod dictum est percepisse uidetur, quoniã delatus trãsfiguratur aer. Num igitur & color, & lumen sic se habent: non enim respectu aliquo hoc quidem uidet, illud autem uidetur, ut sint æqualia: non enim utrunq; alicubi esse oporteret. Nihil enim refert quæ sunt æqualia propinqua, an longinqua sibi inuicem esse.*

Et si omne simul audit & audiuit: & omnino sentit & sensit: & non est generatio eorum, sed sunt absq; fieri. tamen nihilominus quẽadmodum sonus iam facto ictu, nondum apud auditum. Manifestat autem hoc & literarum transfiguratio: tanquam facta latione in medio. Nõ enim dictum videtur audiuisse quia transfiguratur aer cum fertur. Num ergo sic & color, & lumen: Non enim in eo quod quocunq; habet hoc videt, hoc vero videtur: quemadmodũ æqualia sunt. Nullum. n. oportet alicubi vtrũq; esse. Equalibus enim existentibus non differt vel prope, vel longe inter seinuicem esse.

Excludit quandam insufficientem responsionem. Posset enim aliquis putare ꝙ sensibilia non prius perueniant ad mediũ, q̃ ad sensum, qa sensus simul percipit sensibile absq; successione: ita ꝙ in auditione nõ prius ẽ audire q̃ auditum esse, sicut in successiuis prius est moueri q̃ motũ esse. Sed simul dum aliquis audit, iam audiuit: quia in instanti perficitur tota auditio. & vniuersaliter hoc est verũ in oĩ sensu, ꝙ simul, s. aliquod sentit & sensit. Et hoc ideo, qa non est generatio eorũ, sed sunt absq; fieri. Illoꝝ enim dr̃ esse generatio, ad quoꝝ esse peruenitur p aliquẽ motũ successiuũ, siue illius successiui motus sit ipsa eoꝝ forma terminus: sicut si albũ dicatur generari, quia p successiuã rationem peruenitur ad albedinem, siue ipsa dispoſi-

xio ad formam ipſorum ſit motꝰ ſucceſſiui termini: ſicut ignis & aqua dicuntur generari, quia diſpoſitiones ad formam ipſorum, quæ ſunt qualitates elementales, per alterationem ſucceſſiuam acquirũtur. Illa vero incipiunt eſſe abſq; hoc ꝙ generentur, vel fiant: quæ nec ſm ſe, nec ſm aliquas diſpoſitiones præcedentes in ipſis per motum ſucceſſiuum cauſantur, ſicut dextrum cauſatur in aliquo nullo ſucceſſiuo motu præexiſtente in ipſo, ſed quodam alio facto ſibi ſiniſtro. Similiter & aer incipit illuminari nullo motu ſucceſſiuo præexiſtente in ipſo, ſed ad præſentiam corpis illuminãtis. Et ſimiliter ſenſus incipit ſentire, nullo motu in ipſo præexiſtente, ſed ad debitam oppoſitionẽ ſenſibilis. Et ideo ſimul aliquis ſentit, & iam ſenſit. Nihilominus tamen propter hoc non oportet ꝙ ſenſibilia, uel motus ſenſibilium, abſq; ſucceſſione ſenſibilium perueniant ad ſenſus, manifeſte enim apparet, ꝙ ſimul aliquis audit, & audiuit ſtatim: & tamen ſonus, non ſtatim facto ictu, qui cauſat ſonum, peruenit ad auditũ. Et hoc fit manifeſtum per transfigurationem literarum, quando alicuius locutio auditur ex longinquo, ac ſi ſonus vocis literæ deferatur per mediũ ſucceſſiue. Propter hoc enim audientes ſonum, nõ videntur auditu diſcreuiſſe literas prolatas: quia aer motus in medio trãſfiguratus, quaſi admittens impreſſionem primi ſonantis, quod quidem contingit quãdoq; propter aliquam aliam aeris immutationẽ, ſicut cũm multis loquentibus non poteſt diſcerni ꝙ aliquis eorum dicat, propter hoc ꝙ motus inuicem ſe impediunt, quandoq; vero contingit propter diſtantiam. Sicut enim actio calefacientis, in remotioribus debilitatur, ita etiã immutatio aeris, quæ eſt à primo ſonante, ex quo contingit ꝙ ad illos, qui ſunt prope loquentem, perfecte contingit ſonus locutionis cum debita expreſſione literarum, ad remotos autem cum quadam confuſione. Videtur igitur ſimiliter ſe habere, & de colore, et de lumine: quia etiam color, & lumen nõ videntur quomodocunq; ſint diſpoſita ſecundum ſitum, ſed requiritur determinata diſtantia. Sicut enim locutiones à remotis audiuntur abſq; diſcretione literarum, ita etiam corpora videntur à remotis abſq; diſcretione diſpoſitionis ſingulorum partium. Nec eſt ita de relatione viſus & viſibilis, ſicut de relatione æqualitatis. ad hoc enim ꝙ aliqua ſint æqualia, non requiritur aliquis determinatus ſitus, ſed qualitercunq; varietur eorum ſitus, ſemper manẽt eodem modo æqualia. Nec differt vtrum ſint prope, vel lõge. Videtur ergo ꝙ ſicut transfiguratio literarum manifeſtat ſonum ſucceſſiue peruenire ad auditum, quamuis poſtquam iã peruenerit ſimul audiat, ita ẽt imperfecta viſio viſibiliũ remotorum, videtur ſignificare ꝙ color & lumen ſucceſſiue perueniant ad viſum, quamuis ſimul videantur.

NICEON. *An in ſono quidem & odore hoc accidere rationi eſt conſonum. Quemadmodum enim aer & aqua cõtinua quidem ſunt, partibilis autem nihilominus utrorunq; eſt motus. Quamobrem contingit quidem ut id ipſum audiat & odoretur primus & poſtremus, contingit autem ut non. ſed nonnullis hac in re uidetur ineſſe difficultas. fieri enim non poſſe aſſerunt alium alio idem audire aut uidere, & olfacere. fieri enim haud quaquam poteſt ut multi & ſeparatim exiſtentes audiant uel odorentur: id enim quod unum eſt, à ſemetipſo diſtractum eſſet. an primum quidem mouẽs, ut tintinabulum, uel thus, uel ignẽ, omnes unum & idem numero ſentiunt: quod autem iam eſt propriũ, aliud numero, ſpecie uero idem. Quamobrẽ multi ſimul aſpiciunt, odorantur, & audiunt. Sunt autẽ hæc neq; corpora, ſed paſſiones & motus quidam: non. n. iſtuc contingeret, neq; ſine corpore. De lumine autẽ alia eſt ratio: eo enim ꝙ quiddam eſt, ipſum lumen eſt, ſed nõ motus quiſpiam.*

E Vel circa ſonum quidem & odorem hoc accidere rationabile eſt. Quemadmodum enim aer & aqua continua quidem: partibiles autem amborum motus, propter quod & eſt quidem vt idem audit primus & extremus, & odoratur: eſt autem quodam modo non. Videtur autem quibuſdam eſſe obiectio & de his. Impoſſibile enim dicunt quidam alium idem audire, & videre, & odorari quod alius. Non. n. poſſe eſſe multos & ſeorſum exiſtẽtes, audire & odorari. Nã qđ vnũ eſt, ipſum à ſe ipſo ſeiunctũ eſſet. vel mouens primũ: puta *cothoniũ, vel thus, vel ignẽ, eundẽ & vnũ numero ſentiũt oẽs. Id aũt quod iam proprium, alterum numero, ſpecie autem idẽ eſt. Quare ſimul multi vident, & odorãt, & audiunt. Sunt autem neq; corpora hæc, ſed paſſio & motus quidam. Non enim vtiq; hoc accideret, nec ſine corpore. De lumine autem alia eſt ratio. Per eſſe enim aliquod lumen eſt, ſed non motus aliquis.

*Tintinnabulum.

Hic ponit veram ſolutionem, oſtendens differentiã viſus ad alios duos ſenſus, qui ſunt ꝙ media exteriora, ſ. auditum, et olfactũ. Et diuiditur in partes duas. primo nãq; aſſignat differentiam viſus ad auditum, & odoratum, ſecundo excludit obiectionem. ibi {Rationabiliter aũt.} Prima pars diuiditur in duas ſm duas differentias, quas ponit, ſecũda incipit. ibi {Omnino autẽ, nec ſimiliter.} Dicit ergo primo, ꝙ rationabile eſt hoc accidere circa ſonum, & odorem, ꝙ ſucceſſiue perueniant. Cuius rationẽ aſſignat ex hoc, ꝙ aer & aqua (quæ ſunt media, qbus huiuſmodi ſenſibilia deferuntur ad ſenſus) ſunt quidem ſm ſuam ſubſtantiam continua, ſed tamen in eis poſſunt fieri motus abinuicem diuiſi, quod contingit propter facilem diuiſionẽ aeris et aquæ, ſicut patet in motu proiectionis, vt Philoſophus oſtendit ſeptimo Phy. in quo ſunt multi motus, multa mouentia, & mota. Nã vna pars aeris mouetur ab alia: et ſic ſunt diuerſi motus ſibi inuicem ſuccedentes: qa pars aeris mota adhuc remanet mouens, poſtquam ceſſat moueri: et ſic non omnes motus partium aeris ſunt ſimul, ſed ſibi inuicem ſuccedunt, ut oſtenditur in octauo Phy. Et hoc etiã apparet in ſono, qui cauſatur ex quadam aeris percuſſione, nõ tamen ita ꝙ totus aer, qui eſt medius, vno motu moueatur à percutiẽte: ſed ſunt motus multi ſibi ſuccedẽtes ex eo, ꝙ vna pars primo mota, mouet aliam. Et inde eſt ꝙ quodã modo idem eſt quod audit primus, qui eſt propinquus percuſſioni cauſanti ſonum: et extremus, qui eſt remotꝰ: quodam autem modo non idem. Apud quoſdam enim uidetur de hoc eſſe dubitatio, quia quidã dicunt, ꝙ, cũm diuerſi per diuerſa organa ſentiant, impoſſibile eſt ꝙ idem ſentiant. quòd quidẽ verum eſt, ſi referat ad id, quod proxime mouet ſenſum. quia diuerſorum ſenſus immutantur immediate à diuerſis partibꝰ mediꝰ ſibi propinquis: et ita intercipitur hoc, et diſtinguitur illud, quod vnus ſentit, ab eo quod ſentit alius. Si vero accipitur id, quod primo mouet mediũ, ſic erit vnum et idem quod omnes ſentiunt, ſicut vnius percuſſionis ſonum audiũt omnes, ſiue propinqui ſiue remoti: et ſimiliter vnum corpus odoriferum puta cothoniũ, vel thus in igne ardens, odorant omnes. ſed id, quod iam proprie peruenit ad vnumquemq; eſt alterum numero: ſed eſt idem ſpecie, quia ab eadẽ forma primi actiui, omnes huiuſmodi immutationes cauſanꝫ. Vnde ſimul multi vident, et odorãt, et audiunt idem ſenſibile, per diuerſas immutationes ad eos peruenientes. Huiuſmodi autem, quæ perueniunt ad ſingulorum ſenſus, non ſunt corpora defluentia à corpore ſenſibili, vt quidam poſuerũt,

Tex. 9.

Tex. 9.

ſed

sed singulum eorum est motus & passio medij immutati per actionem sensibilis. Si enim essent diuersa corpa, quę ad diuersos per defluxum peruenirent, nō accideret hoc, quòd, idem omnes sentirent, sed vnum sentiret, scilicet solum corpus ad ipsum peruenies. Et quamuis non sint corpora, non tamen sunt sine corpore, vel medio, quasi passo & moto à sensibili, quasi primo mouente & agēte. Sic ergo per prædicta patet, ꝙ sonus peruenit ad auditū per multos motus partium medij sibiinuicem succedentes. & simile est de odore, nisi ꝙ mutatio odoris fit per alterationem medij: immutatio autem soni per motum localem. sed de lumine est alia ratio. Nō enim ꝙ motus sibi succedētes in diuersis partibus medij peruenit ad nos vsq; ad visum, sed per vnum aliquod esse, i. per hoc ꝙ totum medium, sicut vnum mobile, mouetur vno motu à corpore illuminante. Sed nō est ibi motus, qui succedat motui, sicut dictum est de odore & sono. Huiusmodi autem differentiæ ratio est, quia quod recipitur in aliquo sicut in proprio subiecto & naturali, potest in eo permanere et esse principium actionis. Quod autem recipitur in aliquo solum sicut aduentitia qualitas, non potest permanere, nec esse principium actionis. quia vero formæ substantiales sunt principia qualitatum & omnium accidentium, illa qualitas recipitur in subiecto aliquo secundum esse proprium et naturale, quæ disponit subiectum ad formā naturalem, cuius est susceptiuum: sicut aqua ratione suę materiæ, est susceptiua formæ substātialis ignis, quę est principium caloris. Et ideo calor recipitur in aqua, disponens ipsam ad formam ignis. & ideo remoto igne adhuc aqua remanet calida, calefacere potens. et similiter odor recipitur in aere et aqua, et sonus in aere secundū suum esse proprium & naturale: et secundum ꝙ aer et aqua immutantur ab enchymatis siccitate, et aer à percussiōe alicuius corporis, Et inde est ꝙ cessante percussiōe, remanet sonus in aere: et remoto corpore odorifero adhuc sentitur odor in aere, propter hoc ꝙ pars aeris immutata ad sonū, vel ad odorem potest aliam similiter immutare, vt sic fiant diuersi motus sibiinuicem succedentes. sed diaphanum nō est susceptiuum formæ substantialis corporis illuminantis, puta Solis, qui est prima radix luminis, neq; per receptionem luminis disponetur ad aliquā formam substantialem. Vnde recipitur lumen in dyaphano sicut quædā qualitas aduentitia, quæ non remanet absente corpore illuminante, nec potest esse principium actionis in aliud. Vnde vna pars aeris non illuminat ab alia, sed totus aer illuminatur à primo illuminante quantum potest se extendere virtus illuminantis. et ideo est vnum illuminatū & vna illuminatio totius medij. Deinde cum dicit.

Immutatio odoris fit p alterationē medii. Soni immutatio fit p motū localē. Discrimen lucis & aliarum sensibilium quo ad istatum.

LEON. *Non similiter autem omnino se habet res in alteratione, & translatione: translationes enim rationabiliter in medium prius deueniunt, sonus autem translati cuiusdā apparet esse motus. Quæcunq; uero alterantur nō simili fuerit modo, contingit nanq; simul totum alterari, & nō prius dimidium, ut in aqua quæ simul gelatur. Verumtamen si fuerit multum id quod calescit, aut gelatur, proximum à coniuncto patitur, cùm primum ad ipso mutetur alterante: & non simul & subito alterari necesse est. Cæterum, si in humido essemus, gustandi ratio sicut odoris esset, & remotius etiam ante illius contactum sentiremus.*

Omnino autē nec similiter in alteratione se habet & latione, lationes nāq; rationabiliter in medium prius perueniunt. Videtur autem sonus lari esse cuiusdam motus. quæcūq; vero alterantur non iam similiter. Contingit enim simul totum alterari, & non dimidium prius: velut aquam simul omnem cōgelascere. Attamē

A si fuerit multum, quod calefit aut congelatur, habitum ab habito patitur. Primum aūt ab ipso alterāte transmutari necesse est, & simul alterari, & subito. Esset autē vtiq; & gustare, quem admodū odor, si in humido essemus, & remoti? adhuc priusq; tangeremus, ipsum sentiremus.

Ostendit secundam differentiam. Et dicit ꝙ, si vniuersaliter loquamur de alteratione, i. loci mutatione, non similiter se habet in vtroq;. quia loci mutationes rationabiliter perueniunt prius ad medium magnitudinis, supra quam est motus, q̄ ad vltimum: quia, s. in loci mutatione est motus de extremo magnitudinis, ad extremum eius. vnde oportet ꝙ mobile in medio temporis pertingat ad medium magnitudinis: et tunc rō superinducta locū habet in loci mutatione. Sonus autem consequitur quendā motum localem, inquātum, s. ex percussione causante sonum, commouetur aer vsq; ad auditum: & ideo rationabile est, ꝙ sonus prius perueniat ad medium, q̄; ad auditum. Sed in his, quæ alterantur nō similiter se habet. Termini enim alterationis non sunt ipsa extrema magnitudinis. Et ideo non oportet, ꝙ tempus alterationis per se loquendo, commensuretur alicui magnitudini, ita ꝙ in medio tēporis, motus perueniat ad medium magnitudinis, super quā fit motus: quia hoc non est dare in alteratione, quæ non est motus in quantitate vel in vbi, sed in qualitate: neq; ad medium magnitudinis, quæ mouetur. contingit enim aliquando ꝙ totum corpus simul alteratur, non autem dimidium eius prius, sicut videmus ꝙ tota aqua simul congelatur. Sicut enim in motu locali tempꝰ commensuratur distantiæ magnitudinis, super quā transit motus, et secundum diuisionem eius diuiditur, vt probatur in sexto Physi. ita etiam in alteratione, tēpus commensuratur distantiæ terminorum. Et ideo maius tēpus requiritur cæteris partibus ad hoc ꝙ de frigido fiat calidum q̄; ad hoc ꝙ de tepido fiat calidū. Et ideo, si aliqua extrema sunt, inter quæ non sit accipere medium, oportet ꝙ de vno extremo in aliud fiat transitus absq; medio. Contradictio autem est oppositio, cuius nō est medium secundum se, vt dicitur in primo Posteriorum: et eadem ratione de priuatione suppositā aptitudine subiecti, cum priuatio nihil aliud sit q̄; negatio in subiecto. Vnde omnes mutationes, quarum termini sunt esse, et non esse: vel priuatio et forma sunt instantaneæ, et nō possunt esse successiuæ. In alterationibus enim successiuis attenditur successio secundum distantiam vnius cōtrarij ab alio per determinata media: in qua quidem distantia tota magnitudo corporis, in quam potest immediate virtus primi alterantis, consyderatur sicut vnum subiectum, quod statim simul incipit moueri. Sed, si sit corpus alterabile tam magnum, ꝙ virtus primi alterantis non possit ipsum attingere secundum totum, sed secundum partem eius, sequitur ꝙ prima pars primo alterata, alterabit consequenter aliam. Et ideo dicit ꝙ, si fuerit multum corpus, quod calefit, vel quod cōgelatur, necesse est ꝙ habitum patiatur ab habito, i. ꝙ consequens pars ab immediate præcedente alteretur. Sed prima pars alteratur ab ipso primo alterante, et simul, et subito: quia, s. nō est ibi successio ex parte magnitudinis, sed solum ex parte contrariarum qualitatum, vt dictum est. Hęc aūt est causa, quare odor prius peruenit ad medium q̄; ad sensum, quamuis hoc fiat p alterationem sine motu locali, quia corpus odoriferum nō potest simul immutare totū medium, sed immutat partē vnam, quæ immutat aliam, et sic successiue peruenit immutatio vsq; ad olfactum per plures motus, vt supra dictum est. Et esset simile in gustū, sicut in odoratu, si nos viueremus in humido aqueo, quod solum susceptiuū est saporis sicut in aere, qui est susceptiuus odoris: et si iterum posset sentiri sapor per alterationē medij à remotis, antequam tangeremus corpus saporosum, sicut contingit

B

C

D

Nota hanc doctrinam de successiuis ac subitis mutationibus.

git circa odoratum. Videtur autem quod hic dicitur esse contrariũ ei, per quod Philosophꝰ probat in Sexto Phy. omne quod mouetur esse diuisibile, quia pars eius est in termino à quo, & pars in termino ad quem. Sic igitur videtur, ꝙ dum aliquid alteratur de albo in nigrum, quãdo vna pars eius est alba, altera sit nigra. et sic non põt esse ꝙ totum simul alteretur, sed pars post partẽ. Dicunt autem quidam, ꝙ intentio Philosophi ibi est ostendere non quidem ꝙ vna pars mobilis sit in termino à quo, & alia in termino ad quẽ, sed ꝙ mobile sit in vna parte termini à quo, & in alia parte termini ad quem, & sic in alteratione nõ oportet ꝙ vna pars mobilis prius alteretur ꝙ alia, sed ꝙ totũ mobile, quod alteratur, puta de albo in nigrũ, habeat partem albedinis & partem nigredinis. Hoc autẽ non conuenit intentioni Aristo. quia per hoc non probaretur directe ꝙ mobile esset diuisibile, sed ꝙ termini motus sint aliqualiter diuisibiles. nec etiam cõpetit verbis, quibus vtitur, sicut patet diligenter literam eius intuẽti, in qua manifeste hoc refert ad partes mobilis. Et ideo aliter dicendum est, ꝙ demonstratio illa intelligitur de motu locali, qui est vere & secundũ se continuus. Agit enim Aristo. in sexto Phy. de motu sub ratione cõtinui: motus vero augmenti & alterationis non sunt simpliciter continui, vt dictũ est in Octauo Phy. Vnde in alteratione nõ verificatur illud Aristo. dictum omnino, sed solum ꝙ accipit quandam continuitatem ex mobili, cuius vna pars alterat aliam. Mobile vero, quod totum simul attingit à virtute primi alterantis, habet se sicut quoddã indiuisibile, quantũ ad hoc, quod simul alterat. Deinde cũ dicit.

Obiectio.

Responsio falsa.

Ratio vera

N. LEON. *Rationi autem consentaneum est, vt quorum sensiterijs interiacet medium ea non simul pati. lumine tamen excepto, ob antedictam causam, ꝙ in ipso ẽt uidendi opere ob idipsum sit dictum. Lumen enim facit ut uideamus.*

Rationabiliter autẽ inter quæ, & sensorium est medium aliquod, non simul omne patitur, nisi in lumine, propter prædicta. Propter idem autem & de uisione similiter dicendum est. lumen enim facit vt videamus.

Concludit ex præmissis principale intentum. Et dicit ꝙ rationabiliter in sensibus, in quibus est aliquod mediũ inter sensibile & organum sentiendi, non simul patitur et mouetur totum medium, sed successiue, præter ꝙ in lumine. & hoc propter prædicta. Primo quidem, quia illuminatio non fit per motum localem, vt sonatio, sicut Empedo. posuit, sed per motum alterationis. Secũdo, quia non sunt ibi multi motus, sicut dictum est de odore, sed vnus tantum. quibus addendum est Tertio, quia lumen nõ habet contrariũ, sed tenebra opponitur ei sicut simplex priuatio: et ideo illuminatio fit subito. Et idem oportet dicere de visione, quia lumen facit videre. vnde medium immutatur à visibilibus proportionabiliter lumini.

Triplex cãsa quare tot simul, ac subito illuminatur.

LECTIO. XVII.

Examinatur difficultas, an cõtingat duos sensus simul sentire in eodem & in indiuisibili tempore, duæq; ad partem falsam rationes afferuntur.

N. LEON. *Est præterea de ipsis sensibus & alia quædã huiusmodi difficultas, an contingat duo simul sentire in eodem in diuiduoq; tempore, nec ne.*

Est autem & alia quædam obiectio talis circa sensus. Vtrum cõtingat duos simul sentire in eodem & indiuisibili tempore, vel non?

Solutis duabus quæstionibus, hic Philosophꝰ prosequitur tertiã, quæ est ex parte ipsius sensus. Et circa hoc tria facit. Primo mouet quæstionem, secundo obiicit ad partem falsam. ibi {Si autem semp.} Tertio determinat veritatem. ibi {De prius autẽ dicta obiectione.} Dicit ergo primo, ꝙ circa ipsos sensus est quædam alia talis obiectio, vtrum, s. contingat ꝙ simul & in eodem indiuisibili tempore sentiant duo sensus, puta simul dum uisus videt colorem, auditus audiat vocem. Deinde cum dicit.

Dubitatio.

Si igitur maior motio minorem extrudit: & propterea ob oculos delata non sentiunt homines, si in uehemẽtiori fuerint meditatione, siue timuerint, seu magnum audiuerint fragorem. hoc itaq; positum sit. Item ꝙ unũquodq; sentire contingit magis cum simplex est, quàm cũ est commixtum: ut uinum quod meratius est, q̃ quod est mixtũ: similiter & mel & colorem: & solitariam magis neten quàm in Diapason, quoniam sibi inuicem officiunt. id autem illa efficiunt, ex quibus unum quippiam fit. Si igitur maior minorem extrudit motionem, néceſſe est, si fuerint simul, & hanc minus esse sensilem, q̃ si sola esset: aufert enim ab illa quippiam minor commixta motio. siquidem simplicia omnia sensilia sunt magis. ꝙ si æquales fuerint, cũ sint diuersæ, neutrius sanè erit sensus. altera enim similiter delet alteram: simplicem autem neq; sic sentire licet. Quamobrem uel nullus erit sensus, uel ex utriſq; sanè alius. quod profecto fieri uidetur in ijs, quæ temperantur in quocunq; fuerint commixta. Quonam igitur ex quibusdam fit aliquid, ex quibusdam uero non fit: eiusq; modi autem sunt, quæ sub diuerso existunt sensu. Miscentur nanq;, quorum extrema sunt contraria: ex albo autem & acuto nihil unum cõtingit fieri, nisi per accidens, & non sicut ex acuto & graui concentus, propterea non simul illas sentire continget. si enim æquales sunt motiones, se ipsas inuicem delent, quando ex illis unica fieri non potest. si autẽ inæquales fuerint, ualentior sensum faciet. N. LEON.

Si autem semper maior motus minorem depellat, propter quod delata sub oculis non sentiunt, si fuerint vehemẽter in aliquid intendentes, vel timẽtes, vel audientes multum sonum. hoc itaq; supponatur. Et ꝙ vnũquodq; magis est sentire simplex existens ꝙ commixtum, velut vinum merum ꝙ temperatum, & mel, & colorem, & neten solam, ꝙ in dyapason: quia obscurant seinuicem. hoc aũt faciũt ea, ex quibus vnum aliquid fit. Si itaq; maior minorem motũ depellit, necesse est, si simul sint, & ipsum minꝰ sensibilẽ esse, ꝙ si solus esset. aufert enim aliqd minoris commixtione: siquidem omnia simplicia magis sensibilia sunt. Si igitur æquales fuerint alteri existẽtes, neuter erit sensibilis. obscurat enim alter alterum: simplicem autem nõ est sentire. Quare aut nullꝰ erit sensus, vel alter ex vtriſq;: qui quidem & fieri videtur ex commixtis, in quocunq; commiſceantur. Quoniam ergo ex quibusdam quidem fit aliquid, ex quibusdam vero non fit. talia autem sunt quæ sub alio sensu cadunt. Commiſcentur enim quorum vltima contraria. Non est autem ex albo & acuto vnum fieri, nisi secundum accidens. sed non sicut ex acuto & graui symphonia. ergo nec sentire contingit ipsa simul. equales enim existentes, ipsorum motus obscurant se inuicem: quoniam vnus non fit ex illis. si vero inęquales, melior faciet sensum.

Obiicit

Obiicit tri⁹ rõnib⁹ ad partẽ falsum.

Obiecit ad partem falsam, ſ. ad oſtẽdendum ꝙ duo ſenſus non poſſunt ſimul ſentire. Et primo ponit rationes ad hoc oſtendendum, ſecundo excludit quandam falſam ſolutionem, per quam hoc ſuſtinebatur. ibi {Quod autem dicunt.} Circa primum duo facit. Primo ponit tres rationes, quarum prima accipitur ex immutationibus ſenſibilium, ſecunda ex parte ipſi⁹ ſenſus, ibi {Adhuc ſi magis} tertia ex contrarietate ſenſibilium, ibi {Amplius contrariorum.} Circa primam rationem prẽmittit duas ſuppoſitiones. Quarum prima eſt, ꝙ maior motus repellit minorem. & ex hoc dicit prouenire multotiẽs ꝙ ea, quæ ſacent ſub oculis, homines non ſentiunt propter alium fortiorem motum, vel interiorem ſiue rationis, ſicut cũ homines aliquando vehementer intendunt ad aliquid. ſiue appetitiuæ virtutis, ſicut cum homines vehementer timent: vel etiam exteriorem alicuius ſenſibilis, ſicut cum homines audiunt magnum ſonũ. hoc igitur propter euidentiam dicit eſſe ſupponendum. Secũda ſuppoſitio eſt, ꝙ vnumquodq; magis ſentitur ſi ſit ſimplex, q̃ ſi ſit alteri permixtum, ſicut vinum purũ fortius ſentitur, q̃ ſi ſit temperatum aqua. Et idem eſt de melle quantum ad guſtum, et de colore, quantum ad viſum: & quantum ad auditum de vna voce, quæ magis ſentitur ſi ſola ſit, q̃ ſi auditur in conſonãtia ad aliam vocem, puta in dyapaſon, vel in quacunq; alia conſonãtia. & hoc ideo, quia ea, quæ commiſcentur, obſcurant ſe inuicem. Sed hæc ſecũda ſuppoſitio non habet locum niſi in his, ex quibus vnum fieri poteſt, hæc enim ſola permiſcẽtur. Ex his autem duabus ſuppoſitionibus vlterius procedit cum ſubdit {Si itaq; maior} & dicit ꝙ, ſi maior motus repellat minorem, vt prima ſuppoſitio dicit, neceſſe eſt, ſi ambo motus ſunt ſimul, ꝙ etiam maior motus minus ſentiatur, q̃ ſi eſſet ſolus: quia aliquid eⁱ⁹ auſertur per minoris commixtionẽ, vt patet ex ſecunda ſuppoſitione, ſ. ꝙ ſimplicia ſunt magis ſenſibilia q̃ permixta. Signanter dicit autem ſi ſint ſimul, quia maior motus quandoq; eſt tã fortis ꝙ non permittit alium motum fieri. & tunc in nullo diminuitur ex motu minori, quia non eſt. Sed, ſi tantum præualeat, ꝙ omnino impediat minorem motũ fieri duobus motibus exiſtentibus, neceſſe eſt ꝙ minor motus in aliquo obſcuret maiorem. Si ergo motus fuerint omnino æqualiter diuerſi exiſtentes, neuter erit ſenſibilis: quia totaliter alter obſcurat alterum, niſi forte ex iſtis duobus motibus permixtione fiat vnus motus. ſed non poteſt aliquis eorum ſimplex ſentiri. & ſic oportet ꝙ vel nullus ſenſus fiat illorum motuum equalium, vel ꝙ fit quidam alter ſenſus cõpoſit⁹ ex vtriſq;, inquantum, ſ. id, quod ſentitur eſt compoſitum ex vtriſq;. & hoc manifeſte apparet in omnib⁹, quæ commiſcentur. Nã permixtum non eſt aliquid eorum, quæ commiſcentur, ſed quoddam alterum compoſitum ex his. Sic ergo ex prẽmiſſis patet, ꝙ, ſi duo motus fuerint inæquales, maior obſcurat minorem. ſi aũt æquales, vel nil ſentitur, vel aliquid commixtum. Ex his autẽ vlterius procedit, proponens ꝙ quędam ſunt, ex quibus poteſt aliquod vnum fieri, quędam vero ſunt, ex quibus vnum fieri nõ poteſt: & huiuſmodi ſunt illa, quæ ſentiuntur diuerſis ſenſibus, ſicut color, & odor. Illa enim ſolum commiſceri poſſunt, in quibus extrema ſunt cõtraria: qa commixtio fit per quãdam alterationem. ſed ea, quæ ſentiuntur diuerſis ſenſibus, non ſunt contraria adinuicem. vnde non poſſunt commiſceri. Vnde non fit aliquid vnũ ex colore albo & ſono acuto, niſi forte p̃ accidẽs, inquantum conueniunt in eodem ſubiecto, non autem per ſe, ſicut ſymphonia conſtituitur ex uoce graui & acuta. Et ex his concludit ꝙ nullo modo contingit ſentire ſenſibilia diuerſorum ſenſuum ſimul. Quia, ſi eorũ motus ſint æquales omnino, deſtruent ſeinuicem, cùm non poſſit vnum fieri ex ipſis. ſi vero ſint inæquales, maior motus præualebit, & ipſe ſolus ſentietur. Deinde cum dicit.

Maior motus repellit minorem.

Vnumqdq; magis ſentitur ſi ſit ſimplex, q̃ ſi ſit alteri permixtum.

Prima rõ.

Maior motꝰ obſcurat minorem.

N. LEON. *Præterea magis ſentire ſimul poterit duo unico ſenſu*

A *anima, quorũ unus eſt ſenſus, ut acutum, & graue. Magis enim ſimul motus eſt unius ad ſe ipſum, quàm duorum, ut uiſus, & auditus. Vnico autẽ ſenſu ſimul duo ſentire non contingit, niſi miſceantur, unum enim exigit eſſe mixtum. Vnius autem unus eſt ſenſus, unus uero ſimul ſibiipſi eſt. quamobrem neceſſario ſimul ſentit commixta, quoniam actu uno percipit ſenſu. Vnius enim numero, unus actu eſt ſenſus. Specie autem per potentiã eſt unus. Et, ſi quidem unus actu fuerit ſenſus, unum illa eſſe dicet, mixta igitur eſſe illa neceſſe eſt. Quando autem non fuerint commixta, duo erunt actu ſenſus. uerum per potentiam unicam, indiuiduumq; tempus, unicum eſſe actum neceſſe eſt. unius enim unicus & ſemel ẽ uſus & motus: una autem eſt potentia. non igitur duo ſimul ſentire unico contingit ſenſu. Quòd ſi fieri nõ poteſt, ut quæ ſub eodem ſunt ſenſu ſimul ſentiantur, ſi duo fuerint, manifeſtũ certe eſt, ꝙ ea, quæ ſub duobus ſunt ſenſibus ſimul ſentire minus continget, ut album, & dulce. Nullo autem alio id, quod unũ numero eſt, aſſerere uideẽ anima, niſi quod ſimul eſt. Quod autem unum eſt ſpecie, ſenſu diuidi caute & modo. Hoc autem dico, quoniam fortaſſe album & nigrum diuerſa ſpecie idem diiudicat ſenſus, atq; etiã dulce & amarum, idem ſibi ipſi, ab illo aũt diuerſus. uerum aliter contrariorũ utrunq;. Eodẽq; modo ſibi ipſis quæ cognatum ordinẽ habent, uidelicet quẽadmdum guſtatus dulce, ſic uiſus album: & ut is nigrum, ſic ille amarum.*

B Adhuc magis ſimul duo ſentiet vtiq; anima vno ſenſu, quorũ vnus ẽ ſenſus, velut acutum
C & graue. Magis enim ſimul motus vnius, ipſe ipſius, q̃ duorũ, puta viſus, & auditus. Vno autem ſimul duo non eſt ſentire, niſi mixta fuerint. Mixtura enim vnum vult eſſe: vnius autẽ ſimul vnus ſenſus: vnus autem ſimul ipſe. Quare neceſſe mixta ſimul ſentire: qa vno ſenſu ſecundum actum ſentit. Vnius enim numero eſt ſenſus, qui ſecũdum actum vnus: ſpecie autem, qui ſecundum potẽtiam vnus: & ſi vnus ergo ſenſus qui ſecundum actum, vnum illud dicet, & miſta ergo neceſſe eſt ipſa eſſe. Quando ergo non fuerint mixta, duo erunt ſenſus qui ſecundum actum: ſed ſecundum vnam potentiã & indiuiſibile tempus, vnam neceſſe eſt operationẽ eſſe. vnius enim eſſe vnus eſt ſemel vſus
D & motus vnus: vna aũt potẽtia. Non ergo contingit duo ſimul ſentire vno ſenſu. At vero ſi ea, quæ ſub eodẽ ſenſu ſimul impoſſibile, ſi ſunt duo, palam ꝙ adhuc minus quæ ſecundũ duos ſenſus contingit ſimul ſentire, velut albũ & dulce. Videtur enim ꝙ idem vnũ numero anima nullo alio dicere, niſi in eo ꝙ ſimul. Quod autẽ ſpecie vnum iudicante ſenſu & modo. Dico autem hoc, quia forte album & nigrum alterum ꝙ proprium idem iudicabit & dulce, & amarũ: idem quidem ipſe: ab illo autem alius: ſed aliter vtrunq; cõtrariorum. Eodem aũt modo ſibiipſis cognata, puta ſicut guſtus dulce, ita viſus album. & ſicut iſte nigrum, ita ille amarum.

Ponit

Secũda rõ.

Ponit secundam rationem, quæ sumitur ex vnitate & pluralitate sensuum. Et arguit per locum à maiori negati ue. Magis enim videtur ꝙ Anima possit duo aliqua sentire simul pertinentia ad vnum sensum, sicut acutum, & graue in sonis, ꝙ̃ diuersa sensibilia ad diuersos sensus pertinentia per duos sensus. & huius rationem assignat: quia quanto motus sunt magis diuersi minus videntur eidem potentiæ simul attribui. duo autẽ motus, quibus anima diuersis sensibus sentit diuersa sensibilia diuersorum sensuum & diuersorum generum, sunt magis diuersi ꝙ̃ duo motus, quibus per vnum sensum sentit diuersa sensibilia eiusdem generis. Vnde magis uidetur ꝙ possit esse simul in vna anima motus vnius sensus respectu diuersorũ sensibilium eiusdem generis, ꝙ̃ motus duorum sensuum, puta visus, & auditus. Posita autem hac comparatione, remouet id quod magis videtur, & dicit ꝙ non contingit simul sentire duo sensibilia per unum sensum, nisi illa duo fuerint commixta, & tunc quando mixta sunt non sunt duo: quia mixtum naturaliter est aliquid vnũ. Quòd autem sensus vnus non possit cognoscere multa nisi inquantum fuerint vnum per mixturam, probat per hoc ꝙ vn⁹ sensus in actu, nõ potest esse simul nisi vnius, sicut nec aliqua vna operatio, aut vnus motus terminatur nisi ad aliquid vnum. Sensus autẽ non potest esse simul in actu nisi vnius: sicut nec aliqua potentia simul recipit diuersas formas. Vnde necesse est ꝙ, si aliquis sensus, puta visus, vel auditus, debeat sentire plura, sentiat ea inquantum sunt facta vnum permixtione. Et hoc ideo: quia potentia sensitiua sentit illa duo secundum vnum sensum in actu, i. secundum vnam operationem sensitiuam. Ex hoc aũt sensus fm actum, i. operatio sensitiua habet vnitatem fm numerum, quia est vnius sensibilis: specie autẽ est vnus sensus fm actum, siue vna operatio sensitiua, ex eo quod est fm potẽtiam vnam, sicut omnes visiones quorumcunq; visibilium sunt eiusdem speciei propter vnitatem potentiæ. sed visio huius rei differt numero à visione alterius rei. Necesse est ergo, si est vnus sensus secundum actum, ꝙ vnum dicat, i. iudicet: ergo oportet ꝙ, si sunt multa, ꝙ commisceantur in vnum. & si nõ fuerunt mixta, necesse est ꝙ sint duo sensus secũdum actum, i. duæ operationes sensitiuæ: sed necesse est ꝙ vnius potentiæ in eodem indiuisibili tempore sit vna operatio, quia vnius rei non potest esse simul nisi vnus actus & vnus motus. Vnde, cũ operatio sensitiua nihil aliud sit ꝙ̃ visus quidam, quo anima vtitur potẽtia sensitiua, erit motus quidam ipsius potentiæ, inquantum sensus mouetur à sensibili. cum ergo vnus sensus sit vna potẽtia, nõ contingit ꝙ sic multa sentiant vno sensu. Si ergo ea, quæ sunt vnius sensus non possunt simul sentiri, si sunt duo, manifestum esse videtur adhuc ꝙ minus contingit simul sentire quæ sunt secundum diuersos sensus, sicut album & dulce. Hanc autem illationem consequenter manifestat dicens, ꝙ anima nullo modo alio videtur diiudicare aliqd esse vnum numero, nisi inquãtum simul ab ea percipitur: ipsa enim operatio sensitiua est vna numero inquantũ est simul, vt dictum est. Sed anima dicit aliquid esse vnum specie, nõ ex eo quod simul sentit, sed quia est idem sensus, qui iudicat vtrũq;. & quia est idem modus, quo uterq; sentit, ad exponendũ hoc, quod dixerat subdit, ꝙ idẽ proprium, i. idem sensus proprius iudicat de duob⁹ diuersis, s. de albo, & de nigro: & similiter dulce & amarum diiudicat quidam sensus, q̃ est idem numero: quia eodem sensu, s. gustu vtrunq; cognoscitur. Sed iste sensus, qui idem existẽs cognoscit dulce & amarum: alius est ab illo qui cognoscit album & nigrum: sed tñ vnus & idem sensus aliter ꝯnoscit vtrũq; contrariorum. vnum enim cognoscit sicut habitum & aliquid perfectum, & aliud sicut priuationem & aliquid imperfectum. omnia enim cõtraria hoc modo se habẽt, tamen idem est modus quo vterque sensus cognoscit cognata, i. principia proportionabiliter sibi respondentia. Eo enim modo, quo gust⁹ sentit dulce, visus album: & sicut visus nigrum, ita & gustus amarum. Patet ergo ꝙ anima iudicat aliqua esse diuersa specie vel diuerso sensu, sicut album & dulce: vel eodem sensu, sed diuerso modo, sicut album & nigrum. vnum autem numero ex hoc ꝙ simul sentit. Si ergo impossibile est illud, quod est vnum specie esse vnum numero, videtur impossibile esse ꝙ anima simul sentiat, vel ea, quæ cognoscuntur diuersis sensibus: vel ea, quæ cognoscuntur vno sensu, sed alio modo: quæ minus diuersa esse videntur.

LECTIO XVIII.

Altera ad idem apparens redditur ratio, in qua de temporis sensibilitate agitur, & ꝙ sensibile omne diuisibile sit, ostenditur.

Præterea, si contrariorum cõtrariæ sunt motiones, contraria autem in eodem & indiuiduo simul esse non possunt: sub uno autem sensu cõtraria sunt, ut dulce & amarum: profecto hæc non simul sentire cõtinget. similiter autem est manifestum ꝙ neq; ea, quæ contraria non sunt. Hæc enim ad album, illa uero ad nigrum pertinent. Et similiter se habet in aliis, ut in saporibus: ii quidem cũ dulci, illi uero cum amaro faciunt. Nam etiam ea, quæ commiscentur simul, in rationibus enim sunt oppositorum: ut Diapason & Diapẽte, nisi forte ut unum sentiantur. hoc enim modo una fit extremorum ratio: aliter autẽ minime. Erit enim simul hic quidem multi ad paucum, aut imparis ad par, ille uero pauci ad multum, aut paris ad impar. Si igitur plus distant, & à se inuicem differunt ea, quæ proportionali quidem ordine inter se respondent, in alio autem sunt genere, quàm ea quæ in eodem sunt genere: uerbi causa, dulce & album proportionalis ordinis appello, genere uero diuersa: dulce autem à nigro plus ẽt specie differt quàm album, profecto minus etiam continget simul isthæc sentire, quàm ea quæ genere sunt eadem. quamobrem si non hæc, neq; illa. N. LEON.

Amplius si contrariorum, motus contrarij: simul autem contraria in eodem & atomo, non cõtingit esse: sub sensu autem vno contraria sunt, velut dulce & amarum. Hæc nõ continget sentire simul. Sic aũt palã est, ꝙ neq; quæ non sunt contraria, hæc quidem enim albi sunt, hæc vero nigri: & in aliis similiter, velut sapor, hi quidem dulces, hi vero amari: nec quæ commixta simul. (proportiones enim sunt oppositorum, velut dyapason & dyapente) nisi sicut vnum sentiantur. sic autem vna proportio extremitatum fit, aliter autem nõ. Erunt enim simul, hæc quidem multi ad paucum, vel imparis ad parem: hæc autem pauci ad multum, vel paris ad imparẽ. Si ergo plus adhuc distant ab inuicem & differunt, coelementariter quidem dicta, in alio autem genere, ꝙ̃ quæ in eodem genere. (Dico autem puta dulce & albũ voco coelementaria genere autem alia, dulce vero à nigro multo amplius specie differt ꝙ̃ album) adhuc vtiq; minus continget ipsa simul sentire, ꝙ̃ quę eadẽ genere sunt. Quare si nõ hęc, nec illa.

Tertia ra

Positis duabus rationibus ad ostendendum ꝙ nõ contingit sensus duos simul sentire, hic ad idem ponit tertiam rationem, quæ sumitur ex contrarietate sensibilium. Et dicit, ꝙ immutationes, quæ sunt à contrarijs sunt contrariæ, sicut calefactio & infrigidatio. Contraria autem non possunt

Sẽsus nõ pt ẽ simul in actu: nisi vnius.

Contraria nō pñt esse in eodē idi uisibili sil.

simul esse in eodem atomo, i. indiuisibili. in eodem enim diuisibili possunt simul esse contraria secundum diuersas partes. Manifestum autem est ꝙ ea, quæ cadūt sub vnū sensum, sunt contraria, sicut dulce & amarum: ergo non possunt simul sentiri. Et simulis ratio est in his, quæ non sunt contraria, s. in medijs: quorū quædam magis appropinquant ad vnum extremum, quædam magis ad aliud, sicut supra dictum est de coloribus, & saporibus. quia colorum mediorum quidam pertinent ad album, & quidā ad nigrum, & similiter saporum mediorum, quidam pertinent ad dulce, quidam ad amarū: & eadem ratio est de commixtis omnibus. quia diuersæ commixtiones habēt quandam contrarietatem: quia diuersæ commixtiones fiunt secundum diuersas proportiones, quę habent quandam oppositionem adinuicem, vt patet in consonantijs, quarum vna dicitur dyapason, quæ consistit in dupla proportione, quæ est duorum ad vnum: alia autem dicitur dyapente, quæ consistit in proportione sexquialtera, quæ est trium ad duo: ista autem, inquantum sunt commixta diuersis proportionibus, nō possunt simul sentiri propter oppositionem proportionum, nisi forte duo sentiantur vt vnum: quia sic fiet vna proportio ex diuersis extremitatibus. Ostendit aūt consequenter diuersas proportiones esse oppositas secundum duplicem oppositionem, quæ in numeris inuenitur: quarum vna est secundū multum & paucum: & fm hoc opponūtur proportio dupli, & proportio dimidij, nam proportio dupli est multi ad paucum, proportio vero dimidij est pauci ad multū. alia vero est oppositio fm par & impar, & secundū hoc opponuntur proportio dupla & sexquialtera. nam proportio dupla est duorum ad unum, quasi paris ad impar, vnum enim est forma imparis numeri. Sesquialtera autē proportio est trium ad duo, quod est imparis ad parem. Sic ergo patet ꝙ nō possunt simul sentiri quę cadunt sub eodem sensu. Plus autem distant adinuicē quæ coelementariter sibi correspōdent in diuerso genere existentia, puta dulce & album, q̄ ea, quæ sunt vnius generis: quia ea, quæ sunt vnius generis, non distinguūtur specie nisi propter modum sentiendi, sicut album & nigrum. Ea vero, quæ sunt diuersorum generum possunt differre specie nō solum ex parte sensus, sed etiam ex parte modi: sicut dulce à nigro plus differt q̄ albū: vnde minus possunt simul sentiri, quod est quasi esse vnum numero, vt supra habitum est. Si igitur ea, quæ sunt vnius generis, propter contrarietatem non possunt simul sentiri, multo minus ea, quæ sunt diuersorum generum, possunt simul sentiri.

Duplex oppositio in numeris.

Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Quod autem dicunt nonnulli, qui musicis concentibus uacant, sonos sanè non simul peruenire, uideri autem latereq; nos si quando insensibile fuerit tempus, recte ne dicitur, uel non? Fortasse enim nunc ex hoc dicere quispiá posset, existimari simul uidere & audire quippiam, quoniam intermedia latent tempora.*

Quòd autem dicunt quidam eorum, qui circa symphonias, ꝙ non simul quidē pertingunt soni: videntur autem & latent cum tempus insensibile fuerit, vtrum recte dicitur, an nō? Forte enim vticꝙ dicet aliquis, & nunc ex hoc putabit simul videre & audire, quia intermedia tempora latent his.

Excludit quandā falsam solutionem huius quęstionis. Et primo narrat eam, secūdo improbat. ibi {aut hoc nō est verum.} Dicit ergo primo, ꝙ quidā de symphonijs, id est de consonantijs musicis tractantes, dixerunt ꝙ soni consonantes nō simul perueniunt ad auditum, sed videntur simul peruenire, eo ꝙ tempus medium est insensibile propter paruitatem. De quo potest esse dubium vtrū recte dicatur, vel non. si enim hoc recte dicatur, poterit aliquis similiter in proposito dicere cōsentiens præmissis rationibus, ꝙ nō est possibile simul videre & audire: sed tñ sensibiliter videtur ita contingere, quia latēt nos tempora media visionis & auditionis. Deinde cum dicit.

N. LEON. *An hoc minus uerum est, nullumq; insensile contingit esse tempus, neq; etiam nos latere: sed quodcunq; sentire contingit.*

Aut hoc non verum: neq; contingit vllum tempus esse insensibile, neq; latere: sed omne tempus sentiri posse.

Improbat prædictam solutionem. Et circa hoc tria facit. Primo interimit id, quod prędicta solutio supponit, secundo probat quod dixerat, ibi {Omnia quidē igitur.} Dicit ergo primo, ꝙ non est verum quod prædicta solutio supponit, scilicet ꝙ sit aliquod tēpus insensibile, vel latens sensum. nullum enim tēpus est tale: sed omnia tempora contingit sentire. Deinde cum dicit.

Sētiunt oīa tempora.

N. LEON. *Et enim, si cum aliquis aut se, aut alterum sentit in continuo tempore, non contingit eum latere ꝙ est. est autem quiddam in continuo tantum quantum omnino est in sensile, manifestum ꝙ tunc latere poterit seipsum si est, & si uidet, & non sentit, etiam si sentit.*

Si enim quando aliqs seipsum sentit, vel aliū in continuo tempore: non contingit tunc latere quòd sit. Est autem aliquis in cōtinuo, & tantum quantum est omnino insensibile est: manifestum ꝙ tunc latebit ipse seipsum, an sit, & an videat, ac sentiat.

Probat quod dixerat duabus rationibus. Circa quarū primam consyderandum est, ꝙ tēpus non sentitur quasi aliqua res permanens proposita sensui, sicut videtur color, magnitudo: sed propter hoc sentitur tēpus, quia sentitur aliquid, quod est in tempore: et ideo sequitur, ꝙ, si aliquod tempus non sit sensibile, ꝙ id, quod est in tempore illo non sit sensibile. Dicit ergo ꝙ, si aliquādo aliquis sentit seipsum esse in aliquo continuo tempore, non cōtingit latere illud tempus esse. manifestum est autem ꝙ homo, vel aliquid aliud est in quodam continuo tēpore: & quantumcunq; dicas paruum tempus esse insensibile, manifestum est ꝙ latebit hominem, si ipse sit in illo tempore, & latebit etiam si in illo tempore videt vel sentit: quod est inconueniens omnino. ergo impossibile est aliquod tempus esse insensibile. Secundam rationem ponit ibi.

N. LEON. *Præterea neq; tempus, neq; res sanè erit ulla, quæ sentiatur: aut in quo nō ita, ꝙ in huius aliquo, uel huius aliquid uidet, si quidem aliqua est magnitudo & temporis & rei, ob paruitatem omnino non sensilis. Si enim totam uidet, totumq; sentit continuo tēpus, ita ꝙ in huius quopiam, uel illius quippiam uidet, si quidem aliqua est magnitudo, auferatur C B, in quo sentiebat: in huius igitur quopiam, aut illius quippiam, ueluti terram uidet totam, quoniam hoc ipsius: et in amne ambulat, quoniam in hac illius parte, at uero in B C, nihil sentit in eo igitur ꝙ in huius quopiam A B, sentit, totum sentire, & totam dicitur. Eadem etiam ratio in A C, semper enim in quopiam, uel quippiam: totum aūt non cōtingit sentire.*

A C B

Amplius nec vticꝙ erit tempus, nec vlla res quę sentit in quo non sic: quia in huius aliquo: vel quia illius aliquid videt, si quidē est aliqua magnitudo & temporis & rei, insensibilis omnino propter paruitatem. Si enim totam videt

& sentit

& sentit eodem continuo tempore: nõ eo ꝙ in huius aliquo auferatur. A C B, in qua non sentiebatur. Non ergo in huius aliquo, vel istius aliquid, velut terram videt totam: quoniam hoc ipsius: & in amne ambulat quoniam in hac parte ipsius. At vero in C B, nihil sentit: eo ergo ꝙ in huius aliquo, scilicet A B, sentit, dicitur totũ sentire A B, & totam. Eadem autem ratio & in A C. Semper enim in aliquo & in aliquid: totũ autem non est sentire A C B.

A C B

Circa quam primo consyderandum est ꝙ, sicut dicit Philosopus in Quinto Phy. tripliciter dicit aliquod moTex. cõ. 1. Tripli aliqd mouet. uere, aut moueri. Vno modo per accidens, vt si dicamus Musicum ambulare. Alio modo ſm partẽ, vt si dicam⁹ hominẽ sanari, quia oculus sanatur. Tertio modo primo & per se, quando aliquid mouetur vel mouet, non quia vna pars eius tantum mouetur aut mouet, sed quia totũ mouetur ſm quamlibet suam partem. Et similiter potest dici tripliciter aliquid sentiri. Vno modo per accidens: sicut dulce videtur. Alio modo ſm partem: vt si dicamus hominem videri, quia solum caput eius videtur. Tertio modo primo & per se, s. qa aliqua pars eius videatur. Dicit ergo ꝙ, si est aliqua magnitudo, vel temporis, vel etiã rei corporalis insensibilis propter paruitatem, sequet ꝙ nec tempus, nec ylla res sit quæ sentit, vel quę sensus sentit, s. in quo tempore, s. non sit, i. non sentiat (quia in huius aliquo.) Quasi dicat. Nullum tempus erit possibile ꝙ nõ dicatur sentiri propter aliquam partem eius. Et quãtum ad rem corpoream subdit (vel quia istius aliquid videt,) Quasi dicat. Nulla magnitudo corporea erit, quæ nõ sentiatur: quia aliqua pars eius sentitur: quod est eã non esse sensibilem primo. Ad probandum autem quod dixerat subdit, ꝙ, si aliquis videt, vel sentit quocũq; sensu aliquo continuo tempore, non ratione alicuius partis temporis, vel magnitudinis, & tamẽ ponatur aliqua magnitudo & tempus esse insensibilis propter paruitatẽ. Sit igitur quędam magnitudo vel temporis uel rei corpalis, s. A. C. B. & sit pars eius, quæ est. B. C. sensibilis propter paruitatem. Non ergo de hac parte insensibili propter paruitatẽ poterit dici ꝙ sentiatur in huius aliquo, si sit tẽpus insensibile, vel ꝙ sentiatur aliquid istius, si sit insensibile corp⁹, eo modo, quo dicitur de tota terra, ꝙ videtur ab aliquo: quia aliqua pars ei videt: & de aliquo ꝙ ambulat in amne, quia ambulat in quadam parte amnis. Quia ergo in C B, nil sentit, relinquitur ꝙ dicatur sentire totum A B sive sit tempus, sive corpus: quia in residua parte eius sentitur, s. A C. Et eadẽ ratio est de magnitudine. A C. quæ ponebat sentiri: quia aliqua pars eius erit insensibilis propter paruitatem. Et ita semper dicetur sentiri quodcunq; sensibile: quia in aliquo eius sentitur, si sit tempus, vel qa aliquid eius sentitur, si sit corpus. Nihil autem totum erit sentire: sicut nec A C B. Hoc autem videtur inconueniens: non ergo est aliquod tempus, vel aliquod corpus
Obiectio insensibile propter paruitatem. Videtur autẽ hæc ratio efficaciam non habere. sentitur enim aliquid per hoc, ꝙ habet virtutem immutandi sensum: probatur autem Se-
Te. cõ. 17. ptimo Phy si. ꝙ, si aliquod totum mouet aliquod mobile in aliquo tempore, non oportet ꝙ pars eius moueat illud mobile in quocunq; tempore: & tamẽ dicitur esse primũ mouens, quia totũ mouet, licet forte nulla pars eius moueat. Similiter ergo videtur posse dici ꝙ aliqd sit primo
Respõsio. sensibile, licet aliquæ partes eius sint insensibiles propter paruitatem. Est autem ad hoc dicẽdum, ꝙ differt loqui de parte in toto existẽte: & de parte separata à toto. Pars enim alicuius mouentis primo, si sit separata, mouere nõ poterit: sed, si in toto existens, non cõcurret ad virtutem mouẽdi totius, sed omnino esset expers virtutis motiue, sequeretur ꝙ totum non esset primo mouens: sed ratione partis ad quam pertinet virtus motiua. Similiter etiã nihil prohibet aliquam partem separatim acceptam latere sensum propter paruitatem, vt supra habitum est: quę tamen, put in toto existit, cadit sub sensu, inquantũ sensus fertur sup totum non exclusa aliqua parte. Et ideo ad hãc dubitationem aperiendam, consequenter cum dicit.

Omnia quidem sensilia sunt, sed quanta sunt non apparent. Solis enim magnitudinem cernit, & quadricubitum à longinquo: uerum quantus est non apparet, sed interdum indiuiduus. cernit autem nõ indiuiduum. huius autem causa in prioribus est dicta. Ex iis igitur perspicuũ est, ꝙ nullum est insensile tempus. N. LEC.

Omnia quidem igitur sensibilia sunt: sed nõ videntur quæcunq; sunt: Solis autem magnitudo videtur: & quod quatuor cubitorũ â longe, sed non videtur quãtumcunq;: sed aliquando indiuisibile est, quod tamen non videtur indiuisibile. Dicta autem est causa in anterioribꝰ de hoc. Quòd quidem igitur nullum est tẽpus insensibile, manifestum ex his.

Ostendit quid sit verum circa prędicta. Et dicit ꝙ omnia, sive magna, sive parua, sunt sensibilia. {Sed non videntur quæcunq; sunt}. i. non videntur omni modo secundum ꝙ sunt, sicut patet de Sole, cuius magnitudo est longe maior terra: tamen propter hoc ꝙ, à longe est, videtur quatuor cubitorum, vel etiam minus. Similiter etiã licet omnia sint sensibilia sensui ſm naturam, non tamen videntur in actu quantumcunq; sint. Sed aliquod indiuisibile potest intelligi dupliciter. Vno modo secũdum ꝙ indiuisibile dicitur aliquod corpus naturale minimum: quod nõ potest diuidi vlterius quin corrumpatur: & tũc soluitur in corpus continens. Et tunc sensus erit, ꝙ cor- Indiuisibile dupli
pus indiuisibile est quidem in seipso insensibile, sed tamẽ huiusmodi indiuisibile, sensus videre nõ potest. Alio modo potest intelligi indiuisibile, quod non est actu diuisum sicut pars continui: & huiusmodi indiuisibile non videt sensus in actu. Et quantum ad vtranq; expositionẽ competit quod subditur, ꝙ causa huiꝰ dicta est prius in determinatione primæ quæstionis. Videtur autẽ secunda expositio melior: quia per hoc soluitur obiectio prædicta, quia scilicet pars quælibet continuæ magnitudinis sentitur quidem in toto, prout est in potentia in ipso, licet non sentiatur in actu quasi separata. Vltimo aũt cõcludit manifestum esse ex prædictis, ꝙ nullum tẽps est insensibile.

LECTIO. XIX.

Vera prædictæ difficultatis solutio, quomodo videlicet anima seu illius pars sentit simul diuersa sensibilia modis duobus, quomodo item sensibile omne quantum est ostenditur: dicta quoq; discendis copulantur.

De dubitatione autem prius adducta consyderandũ est, utrum ne plura simul sentire contingat, uel non contingat. simul autem dico in uno & indiuiduo tempore adinuicem. N. LEC.

DE prius autem dicta obiectione consyderandum. Vtrum contingat simul plura sentire: aut non contingit. simul autem dico in vno indiuisibili tempore ad seinuicem.

Postquam Philosophus excluſit secundam solutionẽ falsam, hic inquirit veram. & circa hoc tria facit. Primo inquirit veritatem prædictæ quæstionis, secundo probat quoddã, quod in præcedentibus supposuerat, ibi {Quoniam autẽ sensibile omne.} Tertio epilogat, quæ in hoc libro dicta sunt, ibi {De sensitiuis quidem igitur.} Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit, secundo

eundo exequitur propositū. ibi{ Primum quidē igit. } Dicit ergo primo, ꝙ, ex quo conclusum est, ꝙ quidam dixerunt plura sentiri simul, nō quasi in indiuisibili temporis ſm rei veritatem, sed quasi in tempore imperceptibili propter paruitatem, oportet consyderare de obiectione prius mota, vtrum, s. contingat, vel non contingat plura sentire simul, ita scilicet ꝙ intelligatur simul, hoc est in indiuisibili temporis. Deinde cum dicit.

Primum igitur nunquid ita contingit, simul quidem, uerum diuersa animæ potēſtate sentire, & sic indiuiſibili ut totum ſit continuum.

Primum quidem igitur. Vtrum sic cōtingit simul quidem, altero autē animæ sentire & nō indiuisibili: sic autem indiuisibili, vt omni existente continuo.

Suppositō ꝙ animal simul sentiat diuersa sensibilia, qa hoc manifeste experimur, inquirit quomodo hoc sit possibile. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quendā modum falsum, secundo improbat ipsum. ibi{ Vel quoniā primum. } Tertio proponit modum verum. ibi{ Igitur secundū ꝙ indiuisibile. } Dicit ergo primo ꝙ primo consyderandum est, vtrū contingat simul sentire diuersa sensibilia per aliquam partē animæ, quasi sensitiuum anime sit non indiuisibile, i. non ꝙ non possit diuidi, sit tamē indiuisibile, i. non diuisum in actu, ac si esset quoddam totū continuum. Si autem intelligamus partem animæ sensitiuam esse sicut quoddam continuum, soluentur præmissę rationes: quia nihil prohibebit diuersa & cōtraria esse in virtute, vel potentia sensitiua animæ ſm diuersas partes eius, sicut inuenimus vnum corpꝰ esse album in vna parte, & nigrum in alia. Deinde cum dicit.

An quoniā initio quidem ea, quæ per unum ſunt ſenſum (uerbi cauſa) uiſum, ſi erit alio ſui alium & alium ſentiens colorem: pluresq; habebit partes ſpecie eaſdem. illa enim quæ ſentit in eodem ſunt genere.

Vel quoniam primum quidem ea quę secundum vnū sensum, velut dico visum, si est enim alio sentiens alium & alium colorem: pluresq; vtiq; partes habebit specie easdē. Etenim quod sentit, in eodem genere est.

Improbat modum prædictum. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit ꝙ sequeretur etiam ꝙ vnus sensus, puta visus diuidatur in plures partes, secundo ostēdit hoc esse impſe, ibi{ Si aūt quēadmodum. } Tertio ostendit, quia etiam non est possibile quantum ad diuersos sensus. {Si autem hoc. } Dicit ergo primo, ꝙ, cū cōtingit plura ſm eundem sensum sentire, sicut cum visus discernit inter album & nigrum, oportebit dicere ſm eandem rationem, ꝙ diuersos colores sentiat secundum diuersas sui partes: & sequetur, ꝙ idem sensus habebit plures partes eaſdem specie, non enim potest dici, ꝙ partes sensus visus differāt specie, quia oē, quod sentitur p visum, est eiusdē generis. *In potētijs aūt sensitiuis nihil differt specie, nisi propter diuersa genera sensibilium. Deinde cum dicit.

Si autem quoniam gemini ſunt oculi dixerit quiſpiā nihil prohibere ita etiam in anima, quoniā ex ijs fortaſſe quiddam ſit unum: & illorum eſt opus unum: ibi aūt, ſi quidem unū ex ambobus, illud erit ſentiens: ſi uero ſeorſum, non ſimiliter ſe habebit.

Si autem quemadmodum oculi duo sunt dicat quis nihil prohibere sic & in anima: dicendum quod forte ex his quidem vnum aliquid fit, & vna operatio ipsorum. Ibi autem siquidē vnum quod ex ambobus, illud sentiens erit: si autem separatim, nor

Improbat quod dictum prima est, ꝙ, si aliqs visus, s. duo oculi, sic nih duos usus, dicēdum est oculis fit aliquid vnum lorum, inquantum, s. vi dam neruos ad aliquod quod est circa cerebrum militer in anima fiat vn vtercꝙ visus concurrat: vni attribuetur operatio ratim se habent duo visi in aliquod vnum princi bit de visione in anima, sicu. militudo non fuit conuenien situm. Nō ergo videtur ratio sus in anima, Secundam ra..

Præterea idem ſenſus plures ſpiam ſciētias dixerit. neq; enim erit potentia, neq; ſine hac erit ſ

Amplius & sensus iden si quis scientias indifferent operatio erit sine virtute, q nec absq; hac erit sensus.

Et dicit ꝙ secūdum prædictam erunt plures sensus, qui sunt idem sus, aut plures auditus: sicut si aliqui differentes specie esse plures in eode Grammaticas, vel plures Geometres grammaticas numero, vel plures minibus possibile est, sed non in vno, sicut nec plures numero albedines su subiecto. Subiungit autem ad ostend sunt esse plures sensus eiusdem specie sensitiua & operatio, seinuicē cōsequ tus ē sine propria et per se operatione, propria virtute. Operatio aūt sensitiua sensibilia: & ideo vbi sunt omnino eadē sunt diuersæ virtutes sensitiuæ causantes. Et simile est de habitibus sciētiarum distinguuntur ſm obiecta. Deinde ex

Si autem hæc in unico & indiuiduo eſt ꝙ & alia. Contiget enim magis hæc ea quæ genere ſunt diuerſa. ſi uero alia q dulce, alia autem album ſentit anima: u unum quiddam eſt, uel non unum. ſed un eſt: unum enim quiddam ſentiens eſt pars. la unius? nihil enim ex iſtis unum. neceſſe igi quippiam eſſe ipſius animæ, quo omnia ſenti eſt prius: aliud autem genus per aliud.

Si autem hoc in vno & indiuisibili sen nifestum ꝙ & alia. magis enim cōtingeba simul plura, q̄ genere altera. Si itaq; alia q parte dulce, alia vero album sentit anima: a quod ex istis conflat vnū aliqd est vel nō vnū. Sed necesse est vnum esse: vna enim quædam sensitiua est pars. Cuiꝰ ergo illa vnius? nullum nanq; ex istis vnum. Necesse ergo vnum aliqd esse animę, quo animal omnia sentit, sicut dictū est prius: aliud autem genus per aliud.

Hic ostendit esse impossibile in sensibilibus diuersorū sensuum, vt, s. per eandem partem animæ sentiantur. Et dicit ꝙ, si sensibilia diuersorum generum sentiuntur p aliq[ua] animæ vnum & idem indiuisibile, manifestū est ꝙ

multo

ius generis. Probatum est
, quæ sunt vnius generis
erſorum generum. & hoc
identitatem sentientis.
anima sentiat sensibilia
si anima sentit per aliã
um, aut ex istis duabus
on erit: sed necesse est di
referantur omnes istæ
iua est quædã vna pars
ars sensitiua animæ sit
, nisi forte diceretur, ꝙ
arium sensuum, puta co
t vnum sensibile, corre
, quæ est communis om-
ē est impossibile. Neces-
animę, quo animal omnia
d, puta colorem per uisum,
lic de alijs. Consyderãdum au
nt diuersæ potentiæ ordinatę,
ur ad superiorem per modum
r mouet inferiorem. Actio au-
agentis per instrumẽtum: sicut
er serram. Et per hunc modum
us communis sentit per visum,
nsus proprios, q̃ sunt diuersæ par
on autem diuersæ partes sunt ali
ius dicebat. Deinde cum dicit,
indiuiduum quiddam actu, unũ
ulcis & albi; sed cũ actu diuisum

iuisibile est ſm actum, vnum
lcis & albi: quando vero diui-
it secundum actum, alterum.
o eadẽ pars animæ indiuisibilis pos-
sa. Et assignat duos modos. Quorũ
obscure ponit, quia in libro de Ani
s est. Ad huius ergo euidentiam con-
in operationes sensuum propriorum
m cõmunem, sicut ad primum, & cõ-
hoc modo se habet sensus communis
& operationes eorum, sicut vnũ pun-
neas, quæ in ipsum concurrunt. pun-
l est terminus diuersarum linearum, se
onsyderatur, est vnum & indiuisibile.
us communis secũdum ꝙ in se est vnũ,
& est vnum sensitiuum actu dulcis & al
tum, & albi per visum. si vero consyde-
orsum, vt est terminus huius lineæ, sic est
iuisibile: quia vtimur vno puncto vt duo
er sensus communis, quando accipitur vt
oddam, puta cùm seorsum iudicat de albo,
orsum de dulci, est alterum ſm actum: ſm ve
um, iudicat differẽtias sensibilium. Et per hoc
rationes supradictę: quia quodã modo est vnũ,
dam modo non est vnum illud, quod sentit diuer-
ibilia. Secundum modum ponit ibi.

An quemadmodum in ipsis contingit rebus, ita & in anima. unum enim & idem numero album est & dulce, & alia multa. si enim non separabiles à se inuicem sunt passiones, alterum tamen mutuiq; est esse. similiter igitur in anima ponendum est, unum & idem numero esse id, quod omnia sentit, secundum esse autem aliud, & aliud, horum quidem genere, illorũ uero specie. Quamobrem uno & eodem simul sentiet, ratione autem non eadem.

Vel quemadmodum in rebus ipsis cõtingit, ita & in anima. Idem enim & vnum num-

bum & dulce est & alia multa. Nam & si non se parabiles passiones abinuicem, tamen esse alte rum vnicuiq;. Similiter ergo ponendum & in anima idem & vnum esse numero sensitiuum omnium: secundum esse tamen alterum & alte rum: horum quidem genere, horum vero spe cie. Quare & sentiet vtiq; simul eodem & vno: ratione autem non eodem.

Et dicit, ꝙ, sicut est in reb⁹ exterioribus, ita potest dici in anima. Videmus enim ꝙ corpus vnum & idẽ nume ro est album & dulce, & multa alia huiusmodi, quæ acci dentaliter de eo prædicantur. sed tamen huius passiones separantur abinuicem, sicut contingit ꝙ aliquod corpus retinet albedinem, & amittit dulcedinem. sed, quãdiu nõ sic separantur istæ passiones, album & dulce remanent, vel sunt idem subiecto, sed differunt secundum esse. Et si militer potest poni de anima, ꝙ vnum & idem subiecto est sensitiuum omnium sensibilium, tam eorum, quæ diffe runt genere, sicut album & dulce: q̃ eorum, quæ differe runt specie, sicut album & nigrum. Et secundum hoc di cendum erit ꝙ anima sentit diuersa sensibilia quodã mo do secundum vnum & idem, s. subiecto, quodam modo diuersa, inquantum ratione differunt. Potest autem con tra hoc obijci, quia in rebus, quę sunt extra animam, licet idem posset esse dulce & album, non tamen potest idem esse album & nigrum: & ita videbitur ꝙ anima non pos sit simul sentire sensibilia vnius generis, cùm sint contra ria. Hanc autem obiectionem, Aristo. remouet in lib. de Anima, cum dicit. Et impossibile est albũ & nigrum esse simul, quare nec̃ species pati ipsorum. Et innuit solutio nem per hoc, quod subdit, si huius est sensus, & intelligen tia vel intellectus. Per quod datur intelligi, ꝙ non omni no se habet in sensu et intellectu, sicut in corporibus natu ralibus. Corpus enim naturale recipit formas secundum esse naturale & materiale, secundum ꝙ habent in se con trarietatem: & ideo non potest idem corpus simul recipe re albedinem & nigredinem: sed sensus & intellectus re cipiũt formas rerum spiritualiter et immaterialiter secun dum esse quoddam intentionale, prout nõ habent cõtra trarietatem. Vnde sensus & intellectus simul pot est reci pere species sensibilium cõtrariorum: cuius simile potest videri in dyaphano, quod in vna & eadem sui parte im mutatur ab albo & nigro: quia immutatio non est mate rialis, secundum esse naturale, vt supra dictum est. Est ẽt aliud consyderandum, ꝙ sensus & intellectus, nõ solum recipiunt formas rerum, sed etiam habent iudicare de ip sis: iudicium autẽ, quod faciunt de contrarijs, non est con trarium, sed vnum & idem: quia per vnum cõtrariorum sumitur iudicium de altero. Et quãtum ad hoc verum est quod supra dictum est, ꝙ magis simul possunt sentiri sen sibilia vnius generis, de quorum vno iudicatur per alte rum, q̃ sensibilia diuersorum sensuum. Est aũt & aliud circa hoc dubium: quia per præmissa verba Philosophi, videtur confirmari opinio Stoicorum: qui posuerunt, ꝙ non diuersis potentijs sentitur color & odor, & alia sensi bilia: sed nec sunt diuersæ potentiæ sensuum. sed ipsa ani ma secundum seipsam cognoscit omnia sensibilia non dif ferens nisi ratione. Sed dicẽdum est ꝙ secunda solutio supponit primam. Vnde intelligendum est, ꝙ anima, i. sensus communis, vnus numero existens, sola autem ra tione differens, cognoscit diuersa genera sensibilium, quę tamen referuntur ad ipsum secundum diuersas potentias sensuum proprium. Deinde cum dicit.

Quód autem omne sensile magnitudinem habet, & indiuiduum non est sensile, manifestum sanè est. unde. n. uideri non potest infinita est distantia; unde autem uide tur, finita, similiq; mõ olfactile & audibile, & quæcunq; sentiunt non tangentes homines. Est igitur quiddam di-

stantię

Cõparatio

Obiectio

Solutio

Obiectio alia.

Solutio

ſtantiæ extremum, unde non cernatur, & primum unde cernatur, et hoc ſanè indiuiduum eſſe neceſſe eſt, cuius in eo quidem quod ultra eſt, ſentire quippiam non contingit, in eo autem quod eſt citra ſentire eſt neceſſe. Si igitur indiuiduum quippiam eſt ſenſile, quando in extremo conſtituetur unde poſtremum quidem non ſentiatur, primũ autem ſentiatur, ſimul uiſile & non uiſile eſſe continget. hoc autem fieri non poteſt.

Quòd autem ſenſibile omne magnitudo eſt, & non eſt indiuiſibile ſenſibile, manifeſtum. Eſt enim unde quidem non uidebitur, infinita diſtantia, unde autem uidetur, finita. Similiter autem & audibile, & odorabile, & quæcunq; non ipſa tangentes ſentiunt. Et itaq; aliquod ultimũ diſtantiæ unde nõ uidetur: & primum unde uidetur. hoc itaq; neceſſe ẽ indiuiſibile eſſe: q; in ulteriori quidem non contingit ſentire exiſtẽs: in citeriori autẽ neceſſe ſentire. Si itaq; aliquid erit indiuiſibile ſenſibile, cũ ponatur in ultimo unde eſt: ultimo quidem non ſenſibile, primo autem ſenſibile: ſimul accidet uiſibile eſſe & inuiſibile: hoc autem impoſſibile.

Probat quod ſuppoſuerat, ſ. q; nihil ſentitur niſi quantum. Et dicit manifeſtũ eſſe q; omne ſenſibile eſt magnitudo, & q; nullum indiuiſibile eſt ſenſibile. Et ad hoc probandum inducit q; eſt quædam diſtantia, ex qua non poteſt aliquid uideri, & hanc diſtantiam dicit eſſe infinitã: quia, ſi in infinitum illa diſtantia protendatur, nihil inde uidetur. Eſt autem aliqua diſtãtia unde aliquid uidetur. et hæc eſt finita, quia à finita diſtantia incipit aliquid uideri: & ſimile eſt de alijs ſenſibus, quæ ſentiunt ab aliqua diſtantia per medium extrinſecum non tãgentes ipſa ſenſibilia, ſicut auditus & odoratus. Cum igitur diſtãtia, unde non uidetur aliquid, ſit infinita per remotionem à uiſu, finita autem uerſus uiſum: ſequitur q; ſit dare ultimũ aliquod unde nihil uideatur. Diſtantia autem ex qua uidetur aliquid eſt ex utraq; parte finita. Eſt ergo dare aliquem terminum unde primo poſſit aliquid uideri: omne autem quod eſt medium duarum quantitatum inuicem contingentium eſt indiuiſibile: ergo neceſſe eſt eſſe aliqd indiuiſibile, ultra quod nihil poſſit ſentiri, & citra quod neceſſe ſit aliquod ſentiri. Si ergo aliquid indiuiſibile ſit ſenſibile, & ponatur in illo indiuiſibili termino: ſequetur q; illud ſit uiſibile ſimul & inuiſibile: inuiſibile quidẽ, inquantum eſt in termino inuiſibilis diſtantiæ: uiſibile autem, inquãtum eſt in termino uiſibilis: hoc autem eſt impoſſibile: ergo & primum, ſ. q; aliquod indiuiſibile ſit ſenſibile. Si enim aliquod indiuiſibile in prædicto termino ponatur, partim uidebitur, & partim non uidebitur: quod de indiuiſibili dici nõ poteſt. Videtur autem q; hæc probatio non ualeat: quia non eſt dare aliquem terminum, unde omnia uiſibilia incipiant uideri: quia maiora à maiori diſtãtia uidentur, minora uero à minori. Dicẽdum eſt autem q; unumquodq; ſenſibile ab aliqua determinata diſtantia uidetur: ſi ergo illud indiuiſibile, quod ponit poſſe ſentiri, uideatur ab aliqua determinata diſtantia, ſicut et aliquod diuiſibile: concludet ratio Ariſto. ſi uero non ſit determinare aliquam diſtantiam, ex qua ſimul incipit uideri cum aliquo diuiſibili: ſequetur iterum q; nullo modo poſſit uideri. Oportet enim accipere proportionem diſtantiæ, ex qua uidetur aliquod diuiſibile ſecundum proportionem magnitudinum, quæ uidentur: ſed non eſt aliqua proportio indiuiſibilis ad magnitudinem diuiſibilem, ſicut nec puncti ad lineam. Et ita ſequetur q; ex nulla diſtantia poſſit uideri indiuiſibile: quia cuiuslibet diſtantiæ eſt aliqua proportio ad aliam diſtantiam.

Diſtãtia ex qua aliquid uidet, ẽ ex utraq; parte finita.

Obiectio.

Reſpõſio.

A Sequetur ergo ſi uidetur, q; uideatur contunctum uiſui: quod eſt contra rationem uiſus & aliorum ſenſuum: qui non tangentes ſentiũt. Sic ergo indiuiſibile nõ poteſt ſentiri, niſi forte ſm q; eſt terminus continui: ſicut & alia accidentia continuorum ſentiuntur. Deinde cum dicit.

Et de ſenſiterijs quidem & ſenſilibus quonam ſe habeant modo, & communiter & per ſingula ſenſiteria, dictum eſt. Ex reliquis autẽ de memoria & rememorari, & de ſomno eſt conſyderandum. N. LEON.

De ſenſitiuis quidem igitur & ſenſibilibus quomodo ſe habent: & cõmuniter, & ſecundũ unumquodq; ſenſitiuum dictum eſt. Reliquorum autem, primo conſyderandum de memoria & reminiſcentia & ſomno.

Epilogat quæ dicta ſunt in hoc libro continuans ſe ad ſequentia, et dicit q; dictum eſt de ſenſitiuis, i. de organo
B ſentiendi, & de ſenſibilibus quomodo ſe habeant ad ſenſus: & cõiter, & ſm unumquodq; organum ſenſus, partim in hoc libro, partim in libro de Anima. Inter reliqua uero, quod primo conſyderandum occurrit eſt memoria & reminiſcentia, & de ſomno: quia, ſicut p ſenſum cognoſcuntur p̃ſentia, ita per memoriam cognoſcuntur præterita, et in ſomno fit aliqua præcognitio futurorum.

Explicit ſcriptum ſancti Thomæ de Aquino ſuper Libro Ariſtotelis de Senſu & Senſato.

ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS,

C DE MEMORIA ET REMINISCENTIA.

Cum Diui Thomæ Aquinatis præclariſſima expoſitione.

SVMMA LIBRI.

De Memoria, & Reminiſcentia Memorari & Reminiſci natura ac diuerſitate. Quæ item memorari uel reminiſci dicamur. Quomodo aliqui alijs magis memoria ualeant oſtenditur.

LECTIO PRIMA.

Quænam dicenda ſint. Ex iis demum, quorum memoria eſſe dicitur, memoriæ deducitur definitio.

N. LEON.

D E *memoria autẽ & memorari dicendũ quidnam eſt: & quam ob cauſam fiat: & cui animæ parti hæc accidat paſſio: et de ipſo reminiſci. Nõ. n. iidẽ memores ſunt, & ad reminiſcentiã apti, ſed magna ex parte memores magis ſunt ingenio tardi, reminiſcentia uero ualent ii, q; mente celeres & dociles exiſtunt.*

Tractatum ſeu partẽ libri pceden tis, potiuſq; librum ſpecialem, preſens opus beat. Tho. in pœmio totius opis cenſebat.

D E memoria autem & memorari dicẽdum quid eſt: & propter quam cauſam ſit: & cui animæ partiũ hæc accidat paſſio, & de reminiſci. Nõ enim ijdem ſunt memoratiui & reminiſcitiui: ſed ut frequenter memorabiliores quidem qui tardi, reminiſcibiliores autem qui veloces & facile diſcentes.

Sicut

Natur̃ pro cessus.

Sicut Philosophꝰ dicit in Septimo de Hist̃o-
riis animaliũ, Natura ex inanimatis ad ani
mata procedit paulatim: ita ꝙ genus inani-
matorum prius inuenitur q̃ genus planta-
rum. quod quidem ad alia corpora compa-
ratum videtur esse animatum, ad genus autem animaliũ
inanimatum. Et similiter à plantis ad animalia quodam
continuo ordine progreditur. quia quædam animalia im
mobilia, quæ, ſ. terræ adhærent, parum videntur à plan-
tis differre: ita etia & in progressu ab animalibus ad ho-
minem, quædã inueniuntur, in quibus aliqua similitudo
rationis appareat. cum enim prudentia sit propria virtus
hominis. Est enim prudentia recta ratio agibilium, vt di
citur in Septimo Ethi. inueniuntur quędã animalia quan
dam prudentiam participare non ex eò ꝙ habeant ratio
nem, sed ex eo ꝙ instinctu naturæ mouẽtur per apprehen
sionem sensitiuæ partis ad quædam opera facienda, ac si
operarentur ex ratione. Pertinet autem ad prudentiam,
vt prudens dirigatur per eam in his, quæ imminent sibi
agenda ex consyderatione non solum præsentium, sed ẽt
præteritorum. Vnde Tullius in sua Retorica partes pru
dentię ponit non solum prouidentiam, per quam futura
disponuntur, sed etiam intelligentiam, per quam consy-
derantur præsentia: & memoriam, per quam apprehen-
duntur pręterita. Vnde etiam in alijs animalibus, in qui-
bus inuenitur prudẽtię similitudo participata, necesse est
esse non solum sensum præsentium, sed etiam memoriam
pręteritorum. Et ideo Philosophus in principio Meta. di
cit ꝙ quibusdã animalibus ex sensu memoria fit: & pro-
pter hoc prudentia sunt. Sed sicut prudentiam imperfe-
ctam habent respectu hominis, ita etiam & memoriam.
Nam alia animalia memorantur rãtum: homines autem
& memorãtur & reminiscuntur: et ideo gradatim Arist.
post librum, in quo determinat de sensu, qui cõis est om
nibꝰ animalibus, determinat de memoria et reminiscẽtia,
quoꝝ alterum inuenit in solis hominibus, alterũ vero in
his et in animalibus perfectis. Diuiditur aũt Liber iste in
partes duas. Primo enim ponit procœmium, in quo mani
festat suum propositum, secundo accedit ad tractandum
ea, de quibus intendit. ibi {Primum quidẽ igitur.} Cir-
ca primum dicit de duobus esse dicendum. Primo quidẽ
de memoria & memorari, quod est actꝰ eius. circa quod
tria se promittit dicturum. Primum quid sit memoria et
quid memorari: et quæ sit causa eius: et ad quam partem
animæ pertineat passio memorandi. Omnes enim opera
tiones sensitiuæ partis passiones quædam sunt, secũdum
ꝙ sentire pati quoddam est. Secundo promittit se dictu-
rum de reminisci. Et ne videretur idẽ esse reminisci et me
morari, subiungit quoddam signum differentię ipsorum
ex parte hominum, in quibꝰ inuenitur vtrunq̃. Non. n.
ĩdem homines inueniuntur ita bene memoratiui et bene
reminiscitiui: sed sicut frequenter accidit, illi sunt melius
bene memorantes, q̃ sunt tardi ad inueniendum et discen
dum. Illi autem melius reminiscuntur, qui sunt uelocis in
genij ad inueniendum ex se, et bene discendum ab alijs.
Cuius ratio est: ꝙa diuersę habitudines hominum ad ope
ra animæ prouenĩũt ex diuersa corporis dispositione. Vi
demus autẽ in corporalibus, ꝙ illa, quæ difficiliter et tar
de recipiunt impressionem, bene retinẽt eam, sicut lapis,
quæ vero de facili recipiunt non retinẽt bene: sicut aqua.
Et, quia memorari nĩl aliud est q̃ bene conseruare semel
accepta, inde est, ꝙ illi, qui sunt tardi ad recipiendum, re-
tinẽt bene recepta: quod est bene memorari. Qui autem
de facili recipiunt, plerumq̃ de facili amittunt. Sed remi-
nisci est quædam reinuentio prius acceptorum non cõser
uatorum. et ideo illi, qui sunt velocis ingenij ad inuenien-
dum et recipiendum disciplinam, etiam sunt bene remini
scitiui. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Primum igitur consyderãdum est qualia sunt memo
rabilia. sæpius enim istud nos fallit.*

E Primum quidem igit̃ accipiendũ est qualia
sunt memorabilia. multoties enim decipit hoc.

Qđ est circum memoriæ.

Exequitur propositũ. Et primo determinat de memo
rari, Secundo de reminisci. ibi {De reminisci autem reli-
quum est dicere.} Circa primum tria facit. Primo osten-
dit quid sit memorari, Secũdo cuius partis animæ sit. ibi
{Quoniam autem de phantasia.} Tertio propter quam
causam fiat. ibi {Dubitabit autem vtiq̃ aliquis.} Et, qa
operationes et habitus, et potentiæ specificantur ex obie
ctis, ideo circa primum duo facit. Primo inquirit quid sit
obiectum memoriæ, Secundo concludit quid sit memo-
ria. ibi {Est quidem igitur memoria.} Circa primũ duo
facit. Primo dicit de quo est intẽtio, Secundo manifestat
propositum. ibi {Neq̃ enim futura.} Dicit ergo primo
ꝙ ad determinandum de memoria, primo oportet acci-
pere qualia sunt memorabilia: quia obiecta sunt priora
actibus, et actus potẽtijs, vt dictũ est in Secundo de Ani
F ma. Necessarium aũt est hoc determinare, qa multotiens
accidit deceptio circa hoc, quia aliqui putãt quorundam
esse memoriam, quorum non est. Deinde cum dicit.

Te. cõ. 1. &. 31.

N. LEO. *Nam neq̃ quod futurum est memorari contingit, ue-
rum opinione & spe percipitur. Et profectò erit scientia
quædã spei ad dicta, ut de diuinatione quidã autumãt.*

Neq̃ enim futura contingit memorari: sed
est opinabile & sperabile. Erit aũt vtiq̃ & scien
tia quædam speratiua: quemadmodum quidã
diuinatiuam dicunt.

Futurũ est memorari, sed opinio.

Manifestat ppositum. Et primo dicit ꝙ memoria non
est futurorum, secundo ꝙ non est præsentium. ibi {Neq̃
præsentis.} Tertio ꝙ est præteritorum. ibi {Memoria
autem facti est.} Dicit ergo ꝙ futura non contingit me-
morari, sed eorum est opinio ex parte virtutis cognosci-
tiuæ, dum, ſ. aliquis opinatur aliquid esse futurum: et spe
G rat ex parte virtutis appetitiuæ, dum, ſ. spes in aliquid fu-
turum quandoq̃ tendit. Dicit autem ꝙ etiam quædam
scientia potest esse futurorum, quæ potest esse speratiua
scientia. Quidam autem nominant eam diuinatiuam: qa
per eam aliqui possunt cognoscere quid in futurum con-
tinget, de quo est spes. Sed, cum spes sit futurorum, quæ
ab homine acquiri possunt, huiusmodi autem sunt futura
contingentia, de quibus non potest esse scientia: videtur
ꝙ nulla scientia possit esse speratiua futurorum. Dicen-
dum autem est ꝙ de futuris eõtingentibus, secundum se
consyderatis, non potest esse scientia: sed, cũ in causis suis
consyderant, potest de eis scientia esse, prout aliquæ scien
tiæ cognoscunt esse inclusiones quasdã ad tales effectus.
Sic enim et sciẽtia naturalis est de generabilibus et corru
ptibilibus. Et hoc etiam modo Astrologi possunt per suã
scientiam pronuntiare quosdã futuros euẽtus sperando:
puta vbertatem vel sterilitatem, propter dispositionem
H corporũ cœlestium ad tales effectus. Deinde cum dicit.

Obiectio. N

Solutio. De futuris contingentibus quomodo habeant scientiã. V

*Sed neq̃ id, quod præsens est: illius enim est sensus. hoc
enim neq̃ futurum, neq̃ præteritum cognoscimus, sed sõ
lum id quod præsens est.*

N. LEO. N

Neq̃ præsentis ẽ, sed sensus. Hoc enim neq̃
futurum, neq̃ factum cognoscimus, sed tan-
tum præsens.

Præsentia nõ memoramus.

Ostendit quòd memoria non est præsentis, sed hoc di
cit pertinere ad sensum, per quem neq̃ futurum, neq̃ fa-
ctum, id est præteritum, cognoscimus, sed tantummodo
præsens. Deinde cũm dicit.

*Memoria autem est præteriti, præsens uero cum adest
(ut hoc album quando quis idconsp̃icit) nullus utiq̃ me
morari afferet, neq̃ quod contemplatur, cum consyderat
& intelligit, sed illud quidem se sentire dicit, hoc autem
scire solummodo. Cum uero sine operatione scientiam*

habuerit

habuerit & sensum, tum de trianguli meminit angulis q̃ duobus rectis sunt æquales. hoc quidem vel quia didicerit, vel contemplatus fuerit, illud vero quoniam audiuerit, vel viderit, aut huiusmodi quippiam perceperit. semper enim cum memoriæ operam dat tacite secum animo cõfirmat q̃ prius id audiuit, aut sensit, aut ẽ cõtẽplatus.

Memoria autem facti est, præsens autem cũ adest, vt hoc album, cum aliquis videt, nullus vtiq; dicet memorari: neq; quod consyderatur: cum sit consyderans & intelligens: sed hoc quidem communiter sentire dicit, illud autem scire solum. Cum vero sine actibus scientiam & sensum habeat; sic memoratur q̃ triangulus duobus rectis æquales habet, hoc quidem, quia didicit aut speculatus fuit, illud vero quoniam audiuit aut vidit, aut aliquid tale. Semper enim, cũ sim memorari agat, sic in aïa dicit, q̃ hoc prius audiuit, aut sensit, aut intellexit.

Ostẽdit q̃ memoria est præteritorum. Et hoc probat ex communi vsu loquendi. Cum enim aliquid præsentialiter adest, puta cum aliquis præsentialiter videt album nullus diceret se memorari albũ: sicut nullus dicit se memorari illud, quod per intellectum actu consyderatur, cũ actu consyderat & intelligat. sed, cum communiter homines vident album nominant sentire, & cõsyderare aliquid actu, nominant solummodo scire. Cum aliquis autem habet scientiam habitualem & potentiam sensitiuã sine actibus vel operationibus eorum, tunc dicitur memorari præteritorum actuum, puta cum consyderat intellectu triangulum habere tres angulos duobus rectis æquales: & forte sensibiliter descriptionem figurę videt: & ex quadam parte operationis intellectualis memoratur aliquis, quia didicit ab alio, vel quia speculat⁹ est per seipsum: ex parte vero sensibilis apprehensionis memoratur, quia audiuit vel vidit, vel aliquo alio sensu percepit. Semper enim cum anima memoratur, pronuntiat se vel pri⁹ audiuisse aliquid, vel sensisse, vel intellexisse. Ex quo patet q̃ non est intentio Philosophi dicere quòd memoria non possit esse ipsarum rerũ, quæ in præsenti sunt, sed solum eorum quæ in præterito fuerunt. Potest enim aliquis memorari nõ solum hominum, qui mortui sunt, sed etiam qui nunc viuunt: sicut & suipsius aliquis dicitur reminisci secundum illud Virgilij. Hæc talia passus Vlyxes. Oblitus ve sui est Itacus discrimine tanto. Per quod intelligi voluit quòd meminit sui, sed intentio Philosophi est dicere quòd memoria est præteritorum quantum ad nostram apprehensionem, idest quòd prius sensimus vel intellexim⁹ aliqua indifferenter, siue illæ res secundum se cõsyderatę sunt in præsenti siue non. Deinde cum dicit.

Notãdum.

Virgilius.

N. LEON.

Est igitur memoria neq; sensus, neq; opinatio, sed horum alterius, aut habitus, aut passio, cum interceſſerit tẽpus: ipsius autem nunc in ipso nunc, non est memoria, ut dictum est prius, sed præsentis quidem sensus, futuri autẽ spes, præteriti vero memoria. quamobrem cum tempore omnis est memoria, & iccirco quæcunq; tempus sentiunt animalia hæc sola recordantur, & ipso quo sentiunt.

Est quidẽ igitur memoria, neq; sensus, neq; opinio: sed horum alicuius habitus aut passio, cùm factum fuerit tempus. Ipsius autem nunc in ipso nunc non est memoria, sicut dictum est. Est enim præsentis quidem sensus, futuri vero spes, facti autem memoria est. Vnde post tempus memoria ois. Quare quæcunq; tẽpus sentiunt hæc sola aïalia memorant & isto sentiunt.

Concludit ex præmissis quid sit memoria, quia neque est sensus, quia solum est præsentium: neque est opinio: quæ potest etiam esse futurorum: sed oportet quòd ad aliquid horum pertineat vel per modum habitus: puta si sit aliqua vis permanens: vel per modum passionis, puta si sit aliqua impressio transiens. Sic autem memoria pertinet ad sensum vel opinionem, cùm interuenit aliquod tempus medium inter priorem apprehensionem sensus, vel intellectualis opinionis, & memoriam subsequẽtem: vt sic memoria possit esse præteritæ apprehẽsionis: quia eius, quod nunc apprehenditur, in ipso nunc non est memoria: vt dictum est. sed sensus quidem est præsentis, spes vero futuri, memoria vero præteriti. Et ideo oportet quòd omnis memoria sit cum aliquo tempore intermedio inter ipsam & priorem apprehensionem. Et ex hoc concludit quòd sola animalia, quæ possunt sentire tempus, memorantur: et illa parte animæ memorantur, qua et tempus sentiunt: et de hoc in sequentibus inquiret.

Memoria ois ẽ cũ medio inter ipsam & priorem apprehensionẽ.

LECTIO. II.

Quomodo memoria ad partem intellectiuam & sensitiuam spectet signis duobus ostenditur.

N. LEON.

Quoniam autem de Fãtasia dictum est prius in commentarijs de Anima, & quòd sine fantasmate intelligere non licet.

QVoniam autem de phãtasia prius in his quæ sunt de Anima dictum est, & q̃ intelligere non est sine phantasmate.

Postquam Philosophus ostẽdit quid est memoria, hic ostendit ad quam partem animæ pertineat. Et circa hoc duo facit. Primo præmittit quoddam, quod est necessarium ad propositi manifestationem. Secundo manifestat propositum. ibi {Magnitudinem autem et motum.} Circa primum. Primo præmittit quod intendit. Secundario manifestat quod dixerat per exemplum. ibi {Accidit enim eadem passio.} Tertio ostẽdit quid circa hoc sit alibi manifestandum. ibi {Propter quam igitur causam.} Proponit ergo primo, quòd in Libro de Anima dictum est, de phantasia quid sit: quia scilicet est motus factus à sensu secũdum actum. In eodem etiam libro dictũ est, quòd non contingit hominem sine phantasmate intelligere. Deinde cum dicit.

z. te. cõ. 62

3. te. c. 20. 30. & 49

N. LEON.

Eadem enim in intelligendo contingit passio, quæ in describendo. ibi enim ad nihil utentes determinata trianguli quantitate, nihilominus per terminatam illum describimus quantitatem: ita intelligens licet non contemepletur quantum, ante oculos tamen proponit quantum, contemplatur autem non ut est quantum. Quòd si natura fuerit quantorum quidem, verum indeterminatorum, ante oculos certe quantum ponit terminatum, contemplatur autem ut quantum est solum.

Accidit enim eadem passio circa intellectũ, quæ quidem & in describendo. Ibi enim nulla vtentes quantitate trianguli determinata, tamẽ finita secundum quantitatẽ describimus: & intelligens similiter & si nõn intelligat quantum, ponitur ante oculos quãtum. Intelligit autem non secundum q̃ quãtum est solum. Si autem natura sit quãtorum infinitorum, anteponitur tamen quantum determinatum. Intelligit autẽ secundum q̃ quantum solum.

Quo itellis itelligatvle cũ itelligat cum phantasmate,

Manifestat hoc, quod vltimo dixerat. Posset enim alicui videri inconueniens, si non posiit homo sine phan-

tasmate intelligere, cum phantasma sit similitudo rei corporalis: intelligere autem sit vniuersalium, quæ à particularibus abstrahuntur, & ideo ad huius manifestationem inducit quoddam exẽplum dicens, ꝙ ita accidit circa intellectum, quantum ad hoc ꝙ indiget phantasmate, sicut accidit in descriptionibus figurarum Geometriæ, in quibus describitur quidam triangulus, qui sit alicuius determinatæ quantitatis, cùm Geome. in sua demonstratione non vtatur aliqua determinata quantitate triãguli: similiter & homini volenti intelligere rem aliquam proponitur ante oculos phantasma alicuius determinatæ quantitatis, vt pote singularis, puta volenti intelligere hominem, occurrit imaginatio alicuius hominis bicubiti: sed intellectus intelligit hominem inquantum est homo, non autem inquantum habet quantitatem hanc. Sed, quia intellectus potest intelligere naturam quantitatis, ideo subiungit, ꝙ, si ea, quæ debent intelligi, sunt secundum suam naturam quanta, puta linea, superficies, & numerus, non tamen finita, ideſt determinata determinatione singularitatis, nihilominus tamen ponit ante oculos phantasma quanti determinati, sicut volenti intelligere lineam occurrit phantasma lineæ bipedalis, sed intellectus intelligit eã solum secundum naturam quantitatis: non secundum ꝙ est bipedalis. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Quam igitur ob causam intelligere nõ contingit sine continuo, & sine tempore ea, quæ non sunt in tempore, alius est sermo.*

Propter quam igitur causam non contingit intelligere nihil sine cõtinuo, neq; sine ratione temporis entia, alia ratio est.

Ostendit ad quam consyderationem reseruatur hoc. & dicit ꝙ ad aliam rationem pertinet assignare causam, quare nihil potest homo intelligere sine continuo & tempore: quod quidem accidit, inquãtum nihil potest homo intelligere sine phantasmate. Phantasma autem oportet ꝙ sit cum cõtinuo & tempore, eò ꝙ est similitudo rei singularis, quæ est hic & nunc: quod nõ potest intelligi sine phantasmate. Quare homo autem non possit intelligere sine phãtasmate, de facili potest assignari ratio quãtum ad primam acceptionem specierum intelligibilium, quæ à phantasmatibus abstrahuntur secundum doctrinã Aristo. in Tertio de Anima. Sed experimento patet ꝙ etiam ille, qui iam acquisiuit scientiam intelligibilẽ per species intellectas non potest actu consyderare illud, cuius scientiam habet, nisi occurrat ei aliquod phãtasma. Et inde est ꝙ læso organo imaginationis impeditur homo non solũ ab intelligendo aliqua de nouo, sed etiam consyderando ea, quæ prius intellexit, vt patet in phrænecticis. Posset autẽ adhuc aliquis dicere ꝙ species intelligibiles non manent in intellectu possibili humano, nisi quandiu actu intelligit: postquã autem desiit actu intelligere pereunt & cessant species intelligibiles esse in intellectu per modũ, quo cessat lumen esse in aere apud absentiam corporis illuminantis: & ideo est necesse, si intellect⁹ velit de nouo intelligere, ꝙ iterum se conuertat ad phantasmata, vt acquirat species intelligibiles. Sed hoc est expresse contra verba Arist. in Tertio de Anima, vbi dicit ꝙ, cum intellect⁹ possibilis fiat singula intelligibilia, quod est per species eorum, tunc etiam est in potentia ad intelligẽdum in actu. Repugnat etiam rationi vt cum species intelligibiles recipiantur in actu in intellectu possibili immobiliter secundum modum ipsius, intellectus possibilis non habeat species intelligibiles etiam, cum actu non intelligit, non est sicut in potentijs sensitiuis, in quibus, propter cõditionem organi corporalis aliud est recipere impressionem, quod facit sentire in actu, & aliud retinere, quando etiam res actu non sentiuntur, vt obijcit Auicen. sed contingit propter diuersum gradum essendi formarum intelligibilium, vel secundum potentiam puram, sicut inueni re vel addiscere: vel secundum actum purum, sicut quando actu intelligit: vel medio modo inter potentiam & actum: quod est esse in habitu. Non ergo propter hoc solum indiget intellectus possibilis humanus phantasmate vt acquirat intelligibiles species, sed etiam vt eas quodã modo in phãtasmatib⁹ inspiciat. Et hoc est quod dicitur in Tertio de Anima. Species igitur in phãtasmatibus intellectuum intelligit. huius autem ratio est, quia operatio proportionatur virtuti & essentiæ. intellectiuum aũt hominis est in sensitiuo, sicut dicitur in Secunda de Anima. Et ideo propria operatio ei⁹ est intelligere intelligibilia in phantasmatibus, sicut intellectus substantiæ separatæ operatio est intelligere res secundum se intellectas. et ideo huius causa est reddenda à Metaphysico, ad quem pertinet consyderare diuersos gradus intellectuũ. Deinde cùm dicit.

N. LEO. *Magnitudinem autem & motum necesse illo cognoscere, quo & tempus: & fantasma communis sensus est passio. iccirco manifestum est ꝙ horũ cognitio per primũ est sensitiuum. Intelligibilium uero rerum memoria non sine fantasmate est. propterea contemplabilis quidem rei per accidens sanè erit, per se autem primi sensitiui.*

Magnitudinem autem & motum cognoscere necesse est, quo & tempus, & phãtasma cõis sensus passio est. Quare manifestum est ꝙ primo sensitiuo, horum cognitio est: memoria autem quæ est intelligibilium, non sine phantasmate est. Quare intellectiui fm accidens vtiq; erit, per se autem primi sensitiui.

Ostendit ad quam partem animę pertineat memoria. Et primo per rationem, secundo per signa. ibi{Vnde & alteris.}Tertio concludit propositum. ibi{Cuius quidem igitur.}Dicit ergo primo, ꝙ necesse est ꝙ eadẽ parte animæ cognoscatur magnitudo & motus, qua etiam cognoscitur tempus. Hæc enim tria se sequuntur tam in diuisione, ꝙ̃ in eo quod est esse infinitum & finitũ, ut probatur in Sexto Physi. Magnitudo autem cognoscitur sensu: est enim vnum de sensibilibus communib⁹. Similiter autem & motus præcipue localis cognoscitur, inquãtum cognoscitur distantia magnitudinis. Tempus autem cognoscitur, inquantum cognoscitur prius & posterius in motu: vnde & etiam sensu percipi possunt. Dupliciter autem aliquid sensu percipitur, vno quidẽ modo per ipsam immutationem sensus à sensibili: et sic cognoscuntur tam sensibilia propria, quàm etiam communia à sensibus propijs, & à sensu communi. Alio modo cognoscitur aliqd quodam secundario motu, qui relinquitur ex prima immutatione sensus à sensibili. Qui quidem mot⁹ remanet etiam quandoq; post absentiam sensibilium: et pertinet ad phantasiam, vt habitum est in Libro de Anima. Phantasia autem, secundum quòd apparet per huius immutationem secundariam, est passio sensus communis: sequitur enim totam immutationem sensus, quæ incipit à sensibilibus propijs & terminatur ad sensum communem. Vnde manifestum est quòd prædicta tria, scilicet magnitudo, motus, et tempus, secundum quòd sunt in phantasmate, comprehenduntur et cognoscũtur per sensum communem. Memoria autem non solum est sensibilium, vt puta cum aliquis memoratur se sensisse, sed etiam intelligibilium, vt cum aliquis memoratur se intellexisse. Nõ autem est sine phantasmate. Sensibilia enim postquam prætereunt, à sensu non percipiuntur, nisi sicut in phantasmate: intelligere etiam non est sine phantasmate, vt supra habitum est. Vnde concludit quòd memoria sit intellectiuę partis animæ, sed per accidens: per se autem primi sensitiui, scilicet sensus communis. Dictum est enim supra, ꝙ intelligens proponit in phantasmate quantum determinatum, licet intellectus fm se consyderet rẽ absentẽ: ad

memoriam

Rõ intelligendi cum continuo & tempore.

Tex. cõ. 3

Dubitatio.

Solutio.

Auicenna

Dupl. q. quid sen. percipiat

z. te. c. 5

memoriam autem pertinet apprehensio temporis fm determinationem quandam, secundum, s. distantiam in pte rito ab hoc in præsenti nunc. Vnde per se memoria pertinet ad apparitionem phantasmatum: per accidens autē ad iudicium intellectus. Posset autē alicui videri q̄ ex his, quæ hic dicuntur, q̄ phantasia & memoria non sunt potentiæ distinctæ à sensu cōmuni, sed sint quædam passiones ipsius. sed Auicenna rationabiliter ostendit esse diuersas potentias. Cum enim potentię sensitiuæ sint actus corporalium corganorum, necesse est ad diuersas potentias pertinere receptionem formarum sensibilium. quod pertinet ad sensum & conseruationem eorum, quæ pertinent ad phantasiam siue imaginationem, sicut in corporalibus videm⁹ q̄ ad aliud principium pertinet receptio & cōseruatio: humida enim sunt bene receptiua, sicca autem & dura bene conseruatiua. Similiter etiam ad aliud principium pertinet recipere formam, & conseruare receptam per sensum & intentionem aliquam per sensum nō apprehensam: quamuis estimatiua percipit etiam in alijs animalibus: vis autem memoratiua retinet, cuius est memorari rem nō absolute, sed prout est in præterito apprehensa à sensu vel intellectu. contingit tamen q̄ diuersarum potentiarum, vna est quasi radix & origo aliarum potentiarum, quarum actus actum ipsius primæ potentiæ præsupponūt, sicut nutritiua est quasi radix augmentatiuæ & generatiuæ potentiæ, quarum vtraq; vtitur nutrimēto. Similiter autem sensus cōmunis est radix phantasiæ & memoriæ, quæ præsupponunt actum sensus cōmunis. Deinde cum dicit.

Dubitatio,

Solo Auicenne.

Sensus cōis ē radix phātasiæ & memoriæ.

N. LEON.

Quapropter & alijs quibusdam inest animantibus, & non solum hominibus, & opinione aut prudentia præditis: quod, si intellectiuæ esset partis, non multis sanè aliorum inesset animalium: forteq; mortalium nulli.

Vnde & alteris quibusdam inest animalium: & non solum hominibus, & habētibus opinionem & prudentiam. Si autem intellectiuarū aliqua partium esset, non vt q̄ inesset multis aliorum animalium: forte aūt nulli mortalium.

Signū quare memoria insit primo sensitiuo p se, itel lectiuo vero per accidens.

Manifestat quod dixerat per duo signa. Quorum primum sumitur ex parte animalium habentium memoriā. & dicit q̄, quia memoria est per se primi sensitiui, inde est quòd memoria inest quibusdam alijs animalibus habentibus sensum & carentibus intellectu, & non solum homini & quibuscunq; alijs habentibus opinionē, quæ potest ad intellectum speculatiuum pertinere, & prudentiā, quæ pertinet ad intellectum practicum. Si autem memoria esset aliquid de potentijs intellectiuis, non inesset multis aliorum animalium, de quibus manifeste cōstat quòd habent memoriam: et tamen non habent intellectum. et forte non inesset memoria alicui mortalium nisi homini, qui solus homo inter mortales habet intellectum. Dicit autem forte, propter quosdam qui dubitauerunt de quibusdam alijs animalibus ab homine vtrum habeāt intellectum, propter opera quædam similia operib⁹ rationis, sicut sunt opera simiarum: et quorundam huiusmodi animalium. Secundum signum ponit ibi.

N. LEON.

Quando neq; nunc omnibus, quoniam non omnia tēporis sensum habent. Semper enim quando memoria operatur (ut retro diximus) q̄ vidit hoc, aut audiuit, aut didicit, simul sentit q̄ ante. Ante autē & post sunt in tpe.

Quoniam neq; nūc omnibus propter id qđ non omnia temporis sensum habent. Semper enim cùm agat memoria, sicut & prius dixim⁹, quoniam vidit, aut audiuit, aut didicit, simul sentit, quia prius. Prius autem & posterius in tempore sunt.

Et sumitur ex animalibus non habentibus memoriā. et dicit inde esse manifestum q̄ memoria pertinet per se ad partem sensitiuam, quia etiam nunc cum supponimus solum hominem inter mortales habere intellectum, memoria non inest omnibus animalibus, sed solum illa habent memoriam, quæ sentiunt tempus. Quædam enim animalia nihil percipiūt nisi apud præsentiam sensibiliū, sicut quædam animalia immobilia, quæ propter hoc habent indeterminatam phantasiam, vt dicitur in Secundo et Tertio de Anima: et propter hoc nō possunt cognoscere prius et posterius, et per consequens non habent memoriam. Semper enim cum anima agit per memoriam, vt prius dictū est, simul sentit q̄ hoc prius vidit, aut audiuit aut didicit. Prius autem et posterius pertinent ad tempus. Deinde cum dicit.

Quare alia lia quædā nō pcipiūt nisi presens sensibile. Te. cō. 20. Te. cō. 56.

Cuius igitur partium animæ est memoria palam est, q̄ illius videlicet cuius est fantasia. Et memorabilia per se quidem sunt quæcunq; imaginabilia existunt, per accidens autem eorum quæcunq; non sine fantasia.

N. LEON.

Cuius quidem igitur eorū quæ sunt animæ memoria sit, manifestum, quoniam quidem cuius & phantasia est. Et sunt memorabilia per se quidem, quorum est phantasia: fm accidens autem, quæcunq; non sine phantasia.

Concludit propositum. Et dicit manifestū esse ex præmissis ad quam partem animæ pertineat memoria: quia ad eam, ad quam pertinet phantasia. et q̄ illa sunt per se memorabilia, quorum est phantasia, s. sensibilia: per accidens autē memorabilia, sunt intelligibilia, quæ sine phantasia non apprehenduntur ab homine. Et inde est q̄ ea quę habent subtilem et spiritualem consyderationem, minus possum⁹ memorari. Magis autē sunt memorabilia: quæ sunt grossa et sensibilia. Et oportet, si aliquas intelligibiles rationes volumus memorari facilius, q̄ eas alligem⁹: quasi quibusdam alijs phantasmatibus, vt docet Tullius in sua Rhetorica. Memoria tamen ponitur à quibusdam in parte intellectiua, secundum q̄ hic per memoriam intelligitur omnis habitualis conseruatio eorum, quæ pertinent ad partem animæ intellectiuam.

Tullius pro memoria.

LECTIO. III.

Dubitationis solutio, ex qua quomodo rei absentis fiat memoria: Qui item memores esse dicūtur ac ipsius memoriæ definitio, deducitur.

Dubitare autem non ab re quis poterit, cur præsente quidē passione, re uero absente, non præsentis recordetur.

N. LEON.

DVbitabit autē vtiq; aliquis propter quid quidem passione pręsente, re vero absente memoratur quod non præsens.

Postquam Philosophus ostendit quid sit memoria, et cuius partis animæ sit, hic ostendit causam memorandi. Et circa hoc duo facit. Primo proponit dubitationem, secundo soluit. ibi {Aut est vt contingit.} Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationē, secundo manifestat quoddam, quod dubitatio supponit. ibi {Manifestum enim qm̄ oportet.} Tertio inducit rōnes ad quæstionē. ibi {Sed si tale accidens.} Dicit ergo primo, q̄ potest aliquis dubitare, cum in memorando quædam passio præsentialiter afficiat animam: res vero, cuius memoramur sit absens, propter quid memoramur id, quod nō est præsens scilicet rem, et non memoramur passionem præsentem. Deinde cum dicit.

Manifestum profecto est, q̄ huiusmodi quippiā à sensu in anima productum intelligere oportet, aut in corporis parte, quæ illum cōtinet, ut passio illa, uelut quædam sit pictura, cuius habitum memoriam esse dicimus: illa enim quæ fit motio imprimit, ueluti sensilis effigiem rei, eorum more, qui annulis signant.

N. LEON.

Manifestum enim quoniam oportet intelligere talem aliquam passionem factam per sensum in anima, & in parte corporis habente ipsam, velut picturam quandã. cuius dicimus habitum esse memoriam, factus enim motus, imprimit velut figuram quandam sensibilis, sicut sigillantes annulis.

Manifestat quoddam quod supposuerat, s. passionem quandam esse in anima dum memoramur. Et primo manifestat hoc per causam, secundo per signa, ibi {Vnde & his quidem.} Dicit ergo primo manifestum esse ꝙ oportet intelligere aliquam talem passionem à sensu esse factã in anima, & in organo corporis animati, cuius quidẽ animæ memoriam dicimus esse quendã quasi habitum. quę quidem passio est quasi quædam pictura: quia, s. sensibile imprimit suam similitudinem in sensu, & huius similitudo remanet in phantasia, etiã sensibili abeunte. Et ideo subiungit ꝙ motus, qui fit à sensibili in sensum, imprimit in phantasia quasi quandam figuram sensibilem, quę manet sensibili abeunte ad modum, quo illi, qui sigillãt cum annulis imprimunt figuram quandam in cera, quæ remanet etiam sigillo vel annulo remoto. Dicit autem in anima & in parte corporis: quia cum huiusmodi passio pertineat ad partem sensitiuam, quæ est actꝰ organici corporis, hmõi passio non pertinet ad solam animã, sed ad coniunctum. Memoriam autem nominat habitũ partis huius, quia memoria est in parte sensitiua: & ea, quæ in memoria conseruamus, qñq; non actu apprehendimus, sed quasi habitualiter tenemus. Deinde cùm dicit,

Lege sequẽtis particulæ finem.

N. LEON. *Quamobrẽ iis, qui in multa sunt agitatione, aut propter passionem, aut propter ætatem, nullus sanè memoriæ est usus, ut si in fluẽtem aquam is incideret motus & ea figilli impressio: nonnullis uero ob naturæ frigiditatẽ, uelut in antiquis ædificiorum structuris, & ob duriciem recipiendæ passionis ineptis, nulla imprimitur figuratio. Et hanc ob causam adolescentuli ualde, & senes nõ bene sunt memores: effluunt enim alteri quidem propter incrementa, alteri uero propter decrementa: pariq; modo qui mentis agilitate uigent, & qui tardo sunt ingenio, nõ bene memores esse apparẽt. illi enim humidiores q̃ opus sit, ii uero ficciores existunt. alteris igitur in anima non perstat imago, alteros autem neq; tangit.*

Vnde & his quidem qui in motu multo aut propter passionem, aut propter ętatẽ sunt, non fit memoria, tanquam vtiq; in aquam fluentem incidẽte motu & sigillo. Alijs quidem propter ea frigida ꝙ, sicut antiqua ędificiorum: & propter duritiem accipientis passionem non fit impressio, propter quod quidem multum noui et senes immemores. fluunt enim hi quidem propter augmentum, illi vero propter decrementum. Similiter autẽ & multum veloces: aut tardi neutri videntur memores. Hi quidem enim plus oportet humidiores sunt, illi vero duriores. His quidem igitur non manet phantasma in anima, alios vero non tangit.

Manifestat propositum per signa, s. ꝙ in memorando fit prædicta passio præsens. Et dicit ꝙ, propter hæc ꝙ talis passio necessaria est ad memoriam, cõtingit ꝙ quibusdam non fit memoria: quia sunt in multo motu: siue hoc sit propter passionem corporis, sicut infirmis vel ebrijs: vel animæ, sicut in his, qui sunt commoti ad irã, vel concupiscentiam: aut etiam hoc accidit propter ętatem deputatã augmento siue decremento. & sic propter hmõi causas corpus hominis est in quodam fluxu: & ideo non potest retinere impressionem, quæ fit ex motu rei sensibilis, sicut contingeret si aliquis motus vel etiam sigillum imprimeretur in aquam fluentem. Statim enim propter fluxum deperiret figura. In quibusdam vero alijs non recipitur prædicta impressio. Quãdoq; quidem propter frigiditatem congelantem humores, sicut accidit in his, qui sunt in magno timore constituti: ꝙ propter frigidationẽ quandam nõ potest imprimi aliquid in anima ipsorum. Et ponit exemplum de antiquis ędificijs, cum paries est nouus antequam cementũ inspissetur, potest de facili immutari, non autem postquam inspissatur: Quãdoq; autẽ accidit non propter infrigidationem, sed propter duritiẽ naturalem eius, quod debet recipere passionem. Corpora enim terrestria duritiem habent, etiã si sint calida: corpora vero aquea indurantur per hoc ꝙ super infrigidant. Et propter prædictas causas, illi qui sunt multum noui sicut pueri, & etiam senes, sunt immemores: quia corpora puerorum sunt in fluxu propter augmẽtum: senum vero propter decrementum, ideo in neutris bene retinetur impressio. Cõtingit tamẽ ꝙ ea, quæ quis à pueritia accipit, firmiter in memoria tenet propter vehementiam motus. ex quo contingit vt ea, quæ admiramur, magis memoriæ imprimantur. Admiramur autem noua præcipue & insolita, pueris de nouo mundum ingredientibus maior aduenit admiratio de aliquibus quasi insolitis. & ex hac etiam causa firmiter memorantur: secũdum autem complexionem fluẽtis corporis, naturaliter competit illis vt sint habilis memoriæ. Subiungit autẽ quòd similiter propter prædicta, neutri videntur esse bene memores, neque illi, qui sunt multum velocis apprehensionis, nec illi, qui sunt multum tardę. Illi enim qui sunt multũ veloces, sunt magis humidi quàm oportet. Humidi enim est facile recipere impressiones. Illi autem, qui sunt magis tardi, sunt etiam magis duri. et ideo velocius non remanet impressio phantasmatis in anima. Duros autem non tangit, id-est non recipiunt phantasmatis impressionem. Potest etiam aliter exponi quod dictum est, vt primo quidem intelligat assignasse causam defectus memoriæ propter motum superuenientem, quam postea manifestauit per exemplum iuuenum, & senum. Secundo autem assignauit causam ex naturali complexione: vel quia in aliquib⁹ abundat humor aqueus qui est frigidus et humidus: et ideo dispergũtur de facili in eis impressiones phantasmatum, sicut faciliter dilabuntur antiqua ędificia: vel quia in aliquibus abundat humor terrestris, qui propter duritiem non recipiunt impressionem. Et hoc postea manifestauit per exemplum velocium et tardorum. Est autem consyderandum, quòd ideo præmisit impressionem phantasmatis fieri in anima, et in parte corporis, vt postmodum ostẽderet homines diuersimode se habere ad huiusmodi impressionem propter diuersam corporis dispositionem. Deinde cum dicit.

Altera posita.

N. LEON. *At uero, si circa memoriam huiusmodi est accidens, utrum ne huiusce meminit passionis, an illius à quo est effecta? si enim huius, absentium certe non erit memoria: si uero illius, quo pacto sentientes hoc, absentis meminimus quod non sentimus, siue simile est in nobis ut figura, siue pictura. Si autem huius ipsius est sensus, cur alterius erit memoria, & non huius? qui enim per memoriã agit, hanc contemplatur passionem, & istam sentit. quo igitur modo absentis meminit? hoc enim continget modo & uidere, & audire illud quod non est præsens.*

Sed si tale accidẽs est circa memoriam, vtrũ hanc memoratur passionem, aut illud à quo facta est? Si enim hanc, absentium nihil vtique memorabimur; si vero illud quomodo sentien

tes

tes, hoc memoramur quod nō sentimus quod absens. Et, si est simile sicut figura aut pictura in nobis si vera huius ipsius sensus, propter quid vtiq; erit memoria alterius, sed nō huius ipsius. Agens enim memoria speculatur hanc passionem: & sentit hanc. Quomodo igitur non presens memoratur: erit enim vtiq; videre & audire non presens.

Argumēta tur Philosophꝰ ad quæstionē propositam.

Argumentatur ad quæstionem prius propositam. Et primo iam, manifestato quod suppositum erat, resumit quæstionem, & dicit ꝙ, si hoc accidit circa memoriam, s. ꝙ sit in ea passio quædam præsens vt pictura, quærendū est vtrum aliquis memoratur hanc passionem, quæ præsentialiter est in memorante: aut rem sensibilem, à qua facta est ista impressio, secundo ibi, Obiicit ad vnam partem, & dicit ꝙ, si quis dicat ꝙ homo memorat hanc passionem præsentem, sequitur ꝙ nihil absentium memoretur: quod est contra prædeterminata, tertio ibi. {Si uero illud.} Obiicit ad partem aliam tribus rationibus. Quarum primam ponit dicens ꝙ, si aliquis memoretur illam rem, à qua facta est passio, videtur esse incōueniens ꝙ homo sentiat id, quod est præsens, s. passionē: & ꝙ simul cū hoc memoretur id, quod est absens: quod non potest sentire, (Dictum est enim ꝙ memoria pertinet ad primū sensitiuum) & sic non videtur ꝙ sensus sit de vno, & memoria de alio. Secundam rationem ponit, ibi {Et si est simile.} Et dicit ꝙ, si hmōi passio, quæ est præsens memoranti, est in nobis sicut quædam figura aut pictura ipsius sensus in repræsentando primā immutationem sensus à sensibili, quare memoria erit alterius, s. rei: & non ipsiusmet figuræ vel picturæ. Cum enim sit figura sensus, manifestū est ꝙ apprehendi potest. Et ēt hoc experimento patet ꝙ ille, qui memoratur, speculatur aliquid per intellectū circa hanc passionem vel sentit per partem sensitiuā. Videt autem inconueniēs ꝙ præsente eo, quod cadit sub apprehensione, illud nō apprehendatur, sed aliqd aliud. Tertiā rationem ponit, ibi {Quo igitur.} Et querit quo aliquis possit per sensum interiorē memorari illud, quod non est præsens. Cum enim sensus exterior sit conformis sensui interiori, sequeretur ꝙ sensus exterior esset rei non præsentis, ita, s. ꝙ contingeret videre & audire rem non præsentē, quod videtur inconueniens. Deinde cùm dicit.

N. LEON.

An est vt contingit hoc & accidit. Sicut enim in tabella pictum animal, idem & animal est, & imago, & idem unum ambo: ambobus autem esse non est unum. licet ꝙ illud contemplari ut animal, & ut imaginem, ita id quod in nobis est fantasma existimare oportet: & ipsum per se contemplabile quiddam esse, & alterius imaginem aut igitur de per se, cōtemplabile quippiam est aut fantasma: ut uero alterius, tanq̄ imago & rememoratio. Itaq;, cum ipsius operatur motio, si quidem ut per se est eo senserit anima, quasi intelligibile quippiam, aut fantasma sibi incurrere uidetur. Quód si ab alio, tanquam in pictura, ut imaginem contemplatus fuerit, & coriscū non conspicatus tanquam coriscum, tūc certe huius contemplationis alia est passio: & quando ut pictum contemplatus fuerit animal, & in anima hoc quidem ut cō templabile sit solum, illud autem ut ibi quoniam imago, memorabile.

Aut est vt contingit & accidit hoc. Vt enim in tabula pictū animal & animal est & imago: & idem & vnū ipsum est ambo: esse tamen non idem amborum & est consyderare, & sicut animal, & sicut imaginē: sic & quod in nobis phantasma oportet existimare: & ipsum aliqd secundum se esse: & alterius phantasma. Secundum quidem seipsum speculatum: & phantasma est. Inquantum vero alterius, vt imago & memorabile. Quare & cum agat motus ipsius: siquidem inquātum secundum se. sic sentit anima ipsum vt intelligibile: aliquod autem phantasma videtur adesse: si autem inquantum alterius, & sicut in pictura tanquam imaginem consyderat, & ꝙ nō vidit coriscum vt coriscī imaginem: hæc alia passio huius speculationis. Et quando sicut animal pictum consyderat in anima: hoc quidē sit sicut intelligibile solum, hoc autem vt ibi; quia imago memorabile.

Soluit propositam quæstionem. Et primo ostēdit per quam causam contingat memorari, secundo ostēdit quæ sit causa ꝙ aliquid bene in memoria conseruet. ibi {Meditationes aūt.} tertio epilogat. ibi {Quòd quidē igit.} Circa primum duo facit. Primo soluit dubitationem, secundo manifestat solutionē per signum. ibi {Et ols hoc aliqū.} Dicit ergo primo, ꝙ potest assignari qūo cōtingat & accidat hoc quod dictū est, s. ꝙ aliquis sentiat passionem præsentem, & memoretur rem absentē. Et inducit exemplum de animali, quod pingitur in tabula: quod quidem & ē animal pictum, & est imago animalis veri. Et, cum idem subiecto sit cui conueniunt hæc ambo: differunt tñ hæc duo ratione. & ideo alia est consyderatio eius inquantum est animal pictum, & alia inquantum est imago animalis veri: ita ēt & phantasma quod est in nobis potest accipi, vel prout est aliquod in se, vel prout est phantasma alterius. Et sm se quidem est quoddam speculatum, circa qđ speculatur intellectus vel phantasia quantum pertinet ad partem sensitiuam. Secūdum vero ꝙ est phantasma alterius, quod prius sensimus vel intellexim? sic consyderat vt imago in aliud ducēs: & principiū memorandi. Et ideo, cum anima memoretur secundum modum phantasmatis, si anima cōuertatur ad ipsum sm se, sic videtur animę adesse, vel aliquid intelligibile, quod intellectus in phantasmate inspicit, vel simpliciter phantasma, quod vis imaginatiua apprehēdit. Si uero anima cōuertat se ad phantasma inquantū est phantasma alterius: & consyderet ipsum tanquam imaginē eius, quod prius sensimus, vel intelleximus: vt dictum est circa picturam. Et, sicut ille qui non videt coriscum, & consyderat eius phantasma vt coriscī imaginem, hæc iam est alia passio huius consyderationis, quia videlicet iam hoc ad memoriam pertinet. Et sicut accidit de phāntasmate alicuius singularis hominis, puta Coriscī imaginem, ꝙ quandoq; cōsyderatur secundum se: quandoq; vt imago, ita etiam accidit circa intelligibilia: quandoq; enim intellectus inspicit ad phantasma, sicut ad quoddam animal pictum, si inspiciat ad ipsum secundū se, sic solum cōsyderat vt quoddam intelligibile. si autem intellectus inspiciat ad ipsum inquantum est imago, sic erit principium memorandi, si cui accidit ibi, i. circa particularia. Sic igitur manifestum est, ꝙ quando anima conuertit se ad phāntasma, prout est quædam forma reseruata in parte sensitiua, sic est actus imaginationis siue phantasiæ, vel etiam intellectus consyderantis circa hoc vniuersale. Si autem anima conuertatur ad ipsum inquantum est imago eius, quod prius audiuimus aut intelleximus, hoc pertinet ad actum memorandi. Et, quia esse imaginem significat intentionem quandam circa formam, ideo cōueniēter [a] Aui. dicit ꝙ memoria respicit intentionem: imaginatio vero formā per sensum apprehensam. Deinde cùm dicit.

a Auicē. ꝙ memoria respicit intentionem imaginatio vero formam p sensum apprehensam.

Et hanc ob causam interdum ignoramus huiusmodi in anima nobis excitatis motionibus, quoniam

N. LEON.

prius ſenſimus, ſi quoniam ſenſimus id accidit; & ſi eſt memoria necne, ambigimus aliquando. Quandoq; antè accidit intelligere & reminiſci, q̃ quippiam prius audiuimus aut uidimus. Hoc uero contingit quando contemplans ut ipſum permutetur, & contemplatus fuerit ut alterius. Fit autem aliquando cõtrarium ut Antipheronti contigit oritæ, nonnullisq; aliis extra ſe poſitis, fantaſmata enim dicebant ut facta, & ut meminiſſent. hoc autem accidit cum quiſpiam non imaginem contemplatur ut imaginem,

Et ob hoc aliquando, factis nobis in anima hmõi motibus ab eo, quod prius ſenſimus, neſcimus an id propterea acciderit, quoniã antea ſenſerimus, & ſi eſt memoria aut nõ, dubitam⁹ quandoq;. Aliquando autem accidit intelligere & reminiſci: quoniã aliquid audiuimus prius aut vidimus. hoc autem contingit cum ſpeculans tanquam ipſum tranſmutatur & conſyderetur tanquam alterius. Fit autem aliquãdo & contrariũ, vt accidit Antipheronti oritæ; & aliis extaſim paſſis. Phantaſmata enim dicebãt fieri ac ſi memorentur. Hoc autem fit cum aliquis non imaginem, tanquã imaginem, conſyderet.

Manifeſtat quod dixerat p̃ quædam ſigna. Et dicit q̃, quia tunc memoramur qñ attẽdimus ad phantaſma, ſm q̃ eſt imago eius, quod prius ſenſimus & intelleximus, ideo circa actum memoriæ tripliciter ſe habẽt homines. Aliqñ enim, quamuis in nobis ſint motus phantaſmatũ, q̃ ſunt facti ab eo quod ſenſimus, qui, ſ. relinquunt ex prima immutatione ſenſus prius à ſenſibili, tñ neſcim⁹ ſi accidat hos motus eſſe in nobis ſm hoc q̃ prius ſenſim⁹ aliquid. Et ideo dubitamus vtrum memoremur vel nõ. Secundo vero contingit aliqñ q̃ homo intelligit, & reminiſcit: quia prius audiuimus aut vidimus aliqd, cuius phantaſma tunc nobis occurrit: quod eſt ꝓprie memorari. et hoc contingit qñ ille, qui ſpeculat phantaſma, mouet̃ quidem ab ipſo præſenti phantaſmate, ſed conſyderat ipſum inquantum eſt imago alterius quod prius ſenſit vel intellexit. Tertio autem modo aliqñ accidit cõtrarium primi modi, ut, ſ. credat homo ſe memorari cùm non memoret̃, ſicut accidit cuidã, qui dicebat̃ Antipheron, & erat origine oretanus, & ſiſr contingit illis, qui patiunt̃ alienationẽ mentis. Phãtaſmata enim, quæ eis de nouo occurrũt exiſtimant, ac ſi eſſet aliquoꝝ prius factoꝝ, ac ſi memorent̃ illa, quæ nunq̃ viderunt vel audierunt. Et hoc contingit cum aliquis conſyderat id, quod non eſt imago alterius prius facti, ac ſi eſſet eius imago. Deinde cum dicit.

Circa actũ memoriæ tripliciter ſe habẽt homines.

Proprieme morari qd ſit.

N. LEON. *Comentationes autem in reminiſcendo memoriam conſeruant: id autem nihil aliud eſt q̃ ſæpe contemplari ut imaginem, & non ut per ſe eſt.*

Meditationes autem memoriã ſeruant in reminiſcendo. Hoc aũt eſt nihil alterum q̃ ſpeculari multotiens ſicut imaginem: & non ſm ſe.

Per q̃ memoria conſeruetur.

Oſtendit per quæ memoria cõſeruetur. Et dicit q̃ frequentes meditationes eorum, quæ ſenſimus aut intellexi mus conſeruant memoriam ad hoc q̃ aliquid bene reminiſcatur eoꝝ, quæ vidit aut intellexit. Nihil aũt eſt aliud meditari, q̃ multotiens conſyderare aliqua, ſicut imaginem priorum apprehenſorum, & non ſolũ ſm ſe, qui quidem modus conſeruãdi pertinet ad rationem memoriæ. Manifeſtum autem eſt q̃ ex frequenti actu memorandi, habitus memorabiliũ confirmatur, ſicut & quilibet habitus per ſimiles actus: & multiplicata cauſa fortificatur effectus. Deinde cum dicit.

Quid igit̃ eſt memoria, & ipſum meminiſſe, dictũ eſt, quoniã fantaſmatis ut imaginis, cuius eſt fantaſma, habitus eſt: præterea cuiuſnam partis in nobis, quoniam. ſ. primi ſenſitiui, quo etiam tempus percipimus. *N. LEO.*

Quid quidem igitur eſt memoria & memorari: dictum eſt: quoniam phantaſmatis vt imaginis cuius phantaſma habitus: & cuius particulæ earum, quæ in nobis, quia primi ſenſitiui & quo tempus ſentimus.

Epilogat ſimiliter ſupradicta. Et dicit q̃ dictum eſt qd eſt memoria & memorari: qa memoria eſt habitus, i. habitualis quædam conſeruatio phantaſmatis, nõ quidem ſm ſeipſum, (hoc enim pertinet ad vtrtutem imaginatiuam) ſed inquantum phantaſma eſt imago alicuius prius ſenſati. Dictum eſt etiam ad quam partem animæ earũ, quæ in nobis ſunt, pertineat: quia. ſ. pertinet ad primũ ſenſitiuum, inquantum per ipſum cognoſcimus tempus.

Lec. pria & ſecũd.

Memoꝝ quid.

LECTIO. IIII.

Quid ſit ipſum reminiſci, quod neq; memorari, aut de nouo addiſcere ſit concluditur.

Reliquum autem eſt ut de reminiſcentia dicamus. Principio igitur quæcunq; in problematis uera inuenta ſunt ſupponantur ut uera. *N. LEO.*

DE reminiſci autem reliquum eſt dicere. Primum quidem igitur quæcunq; in argumentatiuis rationibus vera ſunt, oportet ponere vt exiſtentia.

Poſtquam Philoſophus determinauit de memoria, & memorari, nunc determinat de reminiſci. Et primo dicit de quo eſt intentio, ſecundo proſequitur propoſitum. ibi {Non enim eſt memoriæ.} Dicit ergo primo q̃, poſtq̃ dictum eſt de memorari, reliquum eſt dicere de reminiſci hoc ordine, vt quæcunq; vera poſſint accipi per diſputatiuas rationes, primo ſupponantur quaſi exiſtentia uera. per quod excuſat ſe à prolixa diſputatione eorũ, quæ ad reminiſcentiam pertinent. Deinde cum dicit.

Neq; enim memoriæ reſumptio eſt reminiſcentia, neq; apprehenſio. *N. LEO.*

Non enim eſt memoriæ reſumptio reminiſcentia, neq; acceptio.

Exequitur propoſitum. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit quid ſit reminiſcẽtia per cõparationem ad alias apprehenſiones, ſecũdo determinat modum reminiſcendi. ibi {Contingit autem reminiſcentiæ.} Tertio oſtẽdit qualis paſſio ſit reminiſcentia. ibi {Quòd autem corporea quædam paſſio.} Circa primũ duo facit. Primo oſtẽdit quid non ſit reminiſcentia, ſecundo quid ſit. ibi {Sed cum reſumat.} Circa primũ duo facit. Primo proponit quod intendit, ſecundo manifeſtat propoſitum. ibi {Cũ enim primũ addiſcat.} Dicit ergo primo, q̃ reminiſcentia neq; eſt reſumptio memoriæ, ita q̃ nihil aliud ſit reminiſci q̃ iterato memorari, neq; iterum reminiſcentia eſt prima acceptio alicuius cognoſcibilis: puta quæ ſit p̃ ſenſum, vel per intellectum. Deinde cum dicit.

Cum enim primo didicerit quiſpiã aut patiatur, neq; ullam reſumit memoriam: nulla enim præfuit. *N. LEO.*

Cũ enim primũ addiſcat aut patiat̃: non reſumit memoriã neq; vnã. Nulla. n. ante facta eſt.

Manifeſtat quod dixerat. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit differentiã duorũ, quæ propoſuerat, ſ. reſumptionis memoriæ, & acceptionis: ſecũdo oſtendit q̃ reminiſcentia non ſit memoriæ reſumptio, neq; etiã acceptio. ibi {Amplius manifeſtum.} Circa primũ duo facit. Primo oſtendit quòd acceptio non eſt memoria: quia ille

qui

qui accipit nõ memoratur, secundo ostendit ꝙ nec econuerso memorari est acceptio, eo ꝙ ille, qui memoratur, nõ de nouo accipit. ibi {Neq; ex principio.} Dicit ergo primo, ꝙ, cum aliquis primum addiscat, uel patiat quantum ad apprehensionem sensitiuam, nullam memoriam tunc resumit: quia nihil resumitur nisi prius existens. nulla aũt memoria præcessit: ergo primum addiscere vel sentire non est memoriam resumere. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Neq; à principio sumit. quando autem factus fuerit habitus aut passio, tunc est memoria. quamobrem unà non fit cum passione.*

Neq; ex principio accipit. Cum enim factus fuerit habitus aut passio, tũc memoria est. Quare vnà cum passione, quæ fit, non ingeneratur.

Ostendit ꝙ memorari non fit prima acceptio. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ memorari non consistit in hoc ꝙ est accipere notitiã, secundo ostendit ꝙ non consistit in hoc ꝙ est primo acceptum esse. ibi {Adhuc autem.} Dicit ergo primo, ꝙ neq; etiam memorãs accipit à principio notitiam rei memoratę. Cum enim memoria sit facti, vt supra habitum est, tunc est memor, quãdo notitia per modum habitus, vel saltem passionis iam est in facto esse. Sed, cũ fit prima passio in ipsa, s. acceptione notitiæ, nondum est in facto esse. ergo nondum fit in homine memoria. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Præterea quando primo in indiuiduo & vltimo factũ est, passio quidem iam inest patienti & scientia, siquidẽ habitum aut passionem scientiam appellare conuenit. {Nihil enim obstat per accidens nõnullorum meminisse quæ scimus;} memorari autem per se non inest nisi interceserit tempus. in præsentia nanq; meminit eius quod uidit, aut passus est ante, non illius quod nunc patit in præsentia meminisse constat.*

Adhuc autem cum primo facta est in indiui duo & vltimo, passio quidem inexistit iam patienti & scientia: si oportet vocare scientiam habitum aut passionem. Nihil autem prohibet secundum accidens memorari quædam quæ scimus. Memorari autem secundũ se non est ante factum tempus. Memoratur enim nũc quæ audiuit, aut vidit, aut passus fuit prius, non quod nunc passus est memoratur nunc.

Ostendit ꝙ neq; memoria est in primo instãti, in quo iam facta est notitia, siue per modum habitus, siue p modum habitus, siue per modũ passionis, sicut quando non cum notitia est in habitũ versa. Vbi consyderandum est ꝙ sicut probatur in Sexto Phy. primo dicitur esse factũ aliquid in indiuisibili instanti, quod est vltimum temporis mensurantis motum. Dicit ergo ꝙ, cum primo facta est notitia in indiuisibili, quod est vltimum temporis generationis notitiæ, In illo quidem instanti dici potest ꝙ iam inest patienti, i. acquirenti notitiam passio & scientia, ita vt non faciamus vim in nomine scientiæ, quod proprie significat habitum: sed accipiamus hoc nomen communiter pro habitu & pro passione. Et ratio huius quod dicit est, quia semper in vltimo instanti generationis verum est dicere illud esse, cuius est generatio: sicut in vltimo instanti generationis ignis, ignis iam est. Existẽte autem scientia, nihil prohibet memorari ea, quæ iã scimus: sed hoc est ꝙ accidens. Non enim memoramur ea inquantum in præsenti eorum scientiam habemus, sed per se memorari non contingit ante factum tempus, s. antequã interueniat tempus medium inter notitiam prius existentem, & ipsam memoriam. Memoratur enim nũc aliquis quæ prius audiuit, vel vidit, vel qualitercũq; passus fuit non autem nunc memoratur, quod nunc passus est. Manifestum est autem ꝙ primo aliquis iam passus dicitur in ipso vltimo instanti passionis. non ergo tunc potest esse memoria. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Manifestum quin etiam est ꝙ meminisse est, non rem memorantem in præsentia quod à principio senserit, aut passus fuerit.*

Amplius manifestum quoniam memorari est non nunc reminiscẽtem, sed à principio sentientem aut patientem.

Ostendit vlterius ꝙ reminiscentia nec est memoriæ resumptio, nec noua acceptio. Et dicit per præmissa manifestum esse ꝙ memorari contingit non nunc reminiscentẽ, ideſt non memoratur aliquis huius, quod nunc reminiscitur, sed eius, quod à principio sensit vel qualitercũq; passus est. Et sic reminiscentia non est resumptio memoriæ, sed refertur ad aliquid, quod prius aliquis apprehendit. Deinde cùm dicit.

Reminiscẽtia nõ est resũptio memoriæ.

N. LEON. *Verum quando resumpserit quã prius habebat scientiam, aut sensum: aut id cuius habitum memoriam dicebamus, hoc est tunc eorũ quæ dicta sunt quippiã reminisci: ad ipsum aũt memorari memoriam sequi contingit.*

Sed cum resumat quam prius habuit scientiam aut sensum, aut cuiusvis denique habitum, memoriam diximus esse hoc, & tunc reminisci aliquid eorum, quæ dicta sunt. Memorari autem accidit, & *memoriam sequitur.

* a. l. mõmoria.

Manifestat quid sit reminiscẽtia. Et primo dicit, ꝙ reminiscentia est resumptio primę acceptionis, secũdo ostẽdit ꝙ non quælibet talis resumptio est reminiscentia. ibi {Neq; itaq;.} Dicit ergo primo ꝙ reminiscentia nõ est resumptio memoriæ, sed cũ resumit aliquis id, quod prius scivit, vel sensit sensu proprio vel cõmuni, huiusmodi habitum dicimus esse memoriam. Sicut enim memorari refertur ad prius factam notitiam, ita & reminisci. Et tunc est reminisci, cum aliquo modo resumimus priorem apprehensionem, non autem ita ꝙ reminiscentia sit aliquid eorum, quæ dicta sunt, vel sensus, vel memoria, vel phantasia, vel scientia: sed, per reminiscentiam accidit memorari: quia reminiscentia est quidam motus ad memorandum. Et sic memoria sequitur reminiscentiam, sicut terminus motus: vel secundum aliam literam, Reminiscentia sequitur memoriam: quia sicut inquisitio rationis est via ad aliquid cognoscendum, & tamen ex aliquo cognito procedit: ita reminiscentia est via ad aliquid memorandum, & tamen ex aliquo memorato procedit, vt infra patebit. Deinde cùm dicit.

Reminiscẽtia quid.

N. LEON. *Neq; hæc profecto simpliciter si cum præessent antea rursus fiant, sed est quomodo hoc cõtingat, & est quomodo non. eandem enim rem bis eundem discere & inuenire contingit. Reminisci igitur ab huiusmodi differre oportet, & pluri existẽte principio quàm ex quo quispiã discit, reminisci.*

Neq; itaq; hoc simpliciter, sed cum ante essentit, erum fiant: sed est vt est, aut vt non. Bis enim discere & inuenire cõtingit eundem idẽ. Oportet igitur differre reminisci ab his & cum reminiscimur longe maius principiũ nobis inesse, ꝙ cum denuo addiscimus.

Hic ostendit ꝙ nõ quælibet resumptio sensus vel scientiæ est reminiscentia. Et dicit ꝙ non est vniuersaliter hoc verum ꝙ reminiscentia fiat quandocunq; iterum fit cognitio scientiæ vel sensus, quæ prius fuerat, sed quodam modo contingit resumentem scientiam, aut sensum reminisci

niſci: & quodammodo non. Et q̄ non ſit vniuerſaliter uerum, oſtendit per hoc q̄ contingit eundem hominem, ſecundo poſt amiſſam ſcientiam idem addiſcere aut inuenire, quod prius. hoc tamen non eſt reminiſci. Oportet igitur q̄ reminiſci differat ab his, ſ. ab iterato addiſcere vel inuenire: & q̄ aliquid plus inſit, quod ſit principium reminiſcendi, q̄ requiratur ad addiſcēdum. Quid autem ſit illud plus, per ſequentia manifeſtatur.

LECTIO. V.

Cauſa reminiſcendi proponitur, modus quoq; quo reminiſcamur, cur item quæ procul ſunt magis, q̄ ea quæ prope memoremur, exponitur.

N. LEON. *Fieri autem contingunt reminiſcentiæ, quoniam hæc poſt illam nata eſt fieri motio. Et ſi quidem ex neceſſitate, palam eſt quando illa mouetur, hanc etiam moueri. ſi autem non neceſſario, ſed ex conſuetudine, ut in pluribus mouebitur. Contingit autem quoſdam ſemel magis conſueſſe, q̄ alios ſæpius motos. Quamobrem quædam ſemel uidentes illorū meminimus magis, q̄ alia multotiēs.*

COntingūt autem reminiſcentiæ, quoniā aptꝰ natus eſt fieri hic motus ſīā poſt hūc. Si fieri enim ex neceſſitate, manifeſtum q̄ cum motus fuerit illo, hoc mouebitur. ſi autem non ex neceſſitate, ſed ex conſuetudine, vt ad multum mouebitur. Accidit autem quoſdā ſemel conſueuiſſe velocius q̄ alios multotiēs motos. Vnde quædam ſemel videntes, magis memoramur q̄ altera multotiens.

Poſtquam Philoſophus inquiſiuit quomodo reminiſcentia ſe habeat ad alia, quæ ad cognitionem pertinent, hic incipit manifeſtare reminiſcendi modū. Et primo manifeſtat modum reminiſcendi, ſecundo oſtendit differentiam inter memoriam & reminiſcentiā, ibi {Quòd quidem igitur non idem ſunt.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit modum reminiſcendi quantum ad res, quarum reminiſcimur, ſecundo quantum ad tempus. reminiſcentia enim cōcernit tempus, ſicut memoria. & hoc ibi. {Maximæ autem oportet cognoſcere.} Circa primum duo facit. Primo proponit cauſam reminiſcendi, ſecundo oſtendit modum, quo procedit in reminiſcendo. ibi {Cū igitur reminiſcimur.} Cauſa autem reminiſcēdi eſt ordo motuum, qui relinquuntur in anima ex prima impreſſione eius, quod primo apprehendimus. Hanc ergo cauſam primo proponens dicit, q̄ reminiſcentiæ contingunt, per hoc q̄ vnus motus natus eſt poſt alium nobis occurrere: quod quidem contingit dupliciter. Vno modo, quando ſecundus motus conſequitur poſt primum motum ex neceſſitate, ſicut ad apprehenſionem hominis ſequitur apprehenſio animalis ex neceſſitate, & ſic manifeſtum eſt, q̄, quando anima mouetur primo motu, mouebitur etiā ſecundo. Alio vero modo contingit, quia ſecundus motus ſequitur poſt primum non ex neceſſitate, ſed ex conſuetudine: quia, ſ. aliquis conſueuit poſt hoc cogitare vel dicere vel facere, & tunc ſecundus motus ſequit poſt primum non ſemper, ſed vt ad multum, i. vt in pluribus. ſicut etiam effectus naturales, vt in pluribus ex ſuis cauſis ſequuntur, non ſemper. Dicta autem conſuetudo non fit mat æqualiter in omnibus hominibus, ſed accidit q̄ quidem ſemel cogitando, velocius firment in ſe conſuetudinem q̄ alīj, ſi multotiens cogitēt hoc poſt illud. quod poteſt contingere vel propter maiorem attētionem & profundiorem cognitionē, vel propter naturam, quæ eſt melius receptiua & retētiua impreſſionis. Et inde etiam contingit, q̄ nos ſemel videntes quædā, magis memoramur eorum q̄ alia multotiēs viſa. Quia ea, quibus vehementius intendimus, magis in memoria manēt. Ea vero, quę ſuperficialiter & leuiter videmus aut cogitamus, cito à memoria labuntur. Deinde cum dicit.

N. LEO. *Quando igitur reminiſcimur per præcedentes quaſdam motiones mouemur, quo ad per eam moueamur: poſtquam illa fieri conſueuit. Quamobrem quod ſequitur indagamus ab ipſo nunc, aut alio quopiam. necnon à ſimili, aut à contrario, aut proximo, & iccirco fit reminiſcentia. horum nanq; motiones, partim quidem ſunt eædem, partim uero ſimul. nonnullorum etiam habent partem. Quamobrē paruum ſanè eſt quod reſtat quod poſt illud eſt motum. hoc igitur quærunt modo. Atqui non quærentes etiam ſic reminiſcuntur, cum poſt aliam motionem illa facta fuerit. magna autem ex parte, aliis factis motionibus, quales diximus, fit & illa.*

Cum igitur reminiſcimur, mouemur ſecundum quendam primorum motuum, quouſq; vtiq; moueamur poſtquam ille conſueuit. Vnde & quod conſequēter venamur, meditantes à nunc: aut alio aliquo, & vt à ſimili, aut contrario, aut ꝓpinquo, & propter hoc fit reminiſcentia. Motus enim horum, horum quidē & iidē, horum autem ſimul: illorum autem partem habent: quare reliquū paruum ē q̄ motū eſt poſt illum. Quærunt quidem igitur ſic, & non quærentes aūt ſic reminiſcuntur, cùm poſt alterum motū ille fiat, plerumq; tamen alteris factis motibus (quales diximus) fiebat ille.

Oſtendit quomodo reminiſcētia procedat, ſuppoſito prædicto ordine motuum. Et circa hoc duo facit. Primo manifeſtat modum procedendi in reminiſcēdo, ſecundo oſtendit vnde oporteat reminiſcentē ꝓcedere. ibi {Oportet autem acceptum eſſe principium.} Circa primū duo facit. Primo manifeſtat modum, quo proceditur in reminiſcendo, ſecundo ex hoc oſtendit qualiter differt reminiſci & addiſcere, quod ſupra indeterminatum dimiſerat. & hoc ibi. {Et in hoc reminiſci.} Circa primum tria facit. Primo proponit modū reminiſcendi, ſecundo ex hoc ſoluit quandam dubitationem. ibi {Nihil aūt oportet.} Tertio manifeſtat propoſitum per ſigna. ibi {Vnde citiſſime.} Primo igitur concludit ex præmiſſis, q̄, ex quo vnus motus ſequitur poſt alterum vel ex neceſſitate, vel ex conſuetudine, oportet, q̄, quando reminiſcimur, moueamur ſecundum aliquem horum motuum, quouſq; veniamus ad hoc q̄ moueamur apprehendendo illo motu, qui conſueuit eſſe poſt primum. quem, ſ. motum intendimus reinuenire reminiſcendo, quia reminiſcentia nil eſt aliud q̄ inquiſitio alicuius, quod à memoria excidit. Et ideo reminiſcendo venamur, i. inquirimus id, quod conſequenter eſt ab aliquo priori, quod in memoria tenemꝰ. Sicut enim ille, qui inquirit per demonſtrationem, procedit ex aliquo priori, quod eſt notum, ex quo venatur aliquid poſterius, quod eſt ignotum, ita etiam reminiſcens ex aliquo priori, quod in memoria habetur, procedit ad reinueniēdum id, quod ex memoria excidit. Hoc autem primum, à quo reminiſcens ſuam inquiſitionem incipit, quandoq; quidem eſt tempus aliquod notum, quādoq; autem aliqua res nota. Secūdum tempus quidem incipit quandoq; à nunc, i. à præſenti tēpore, procedendo in preteritum, cuius quærit memoriam: puta ſi quærit memorari id quod fecit ante quatuor dies, meditatur ſic, hodie feci hoc, heri illud, tertia die aliud, & ſic ſecundum conſequentiam motuum aſſuetorum peruenit reſoluendo in id quod fecit quarta die. Quandoque vero incipit ab aliquo alio tempore, puta ſi quis in memoria habeat quid fecerit, ſ. die ante: & oblitus ſit quid fecerit quarta die,

Motum aliquem poſt alīū nobis occurrere cōtingit dupliciter.

Quę magis memorant & quę nō.

die, procedet descendendo ad septimam: & sic inde quousq; veniat ad quartam diem: vel etiã ab octaua die ascendet in .15. diem, aut in aliquod aliud tempus præteritum. Similiter etiam quandoq; reminiscitur aliquis incipiens ab aliqua re, cuius memoratur. à qua procedit ad aliã triplici ratione. Quandoq; quidem ratione similitudinis, sicut quando aliquis memoratur de Socrate, & per hoc occurrit ei Plato, qui est similis ei in sapientia: quandoq; vero ratione contrarietatis, sicut si aliquis memoretur Hectoris, & per hoc occurrit ei Achilles. Quandoq; vero ratione propinquitatis cuiuscunq;, sicut cũ aliquis memor est patris, & per hoc occurrit ei filius. Et eadem ratio est de quacũq; alia propinquitate, vel societatis, vel loci, uel temporis. et propter hoc fit reminiscentia, qa motus horum, se inuicem consequuntur. Quorundã enim præmissorum motꝰ sunt idem, sicut precipue similium. quorundam autem simul, s. contrariorũ: quia cognito vno contrariorum simul cognoscitur aliud. quandoq; vero quidam motus habent partem aliorum, sicut cõtingit in quibuscunq; propinquis. quia in vnoquoq; propinquorum consyderatur aliquid, quod pertinet ad alterum: & ideo illud residuum, quod deest apprehẽsioni, cum sit paruũ, consequitur motum prioris, vt apprehenso primo, consequenter occurrat apprehensioni secundum. Est autẽ consyderandum vlterius, q̃ quãdoq; peruenitur ad motum posteriorem ex aliquo priori secundum prædictum modum ab his, qui quærunt inuenire motum cõsequentem perditum: & hoc proprie est reminisci; quando, s. aliquis ex intentione inquirit alicuius rei memoriam. Contingit autem quandoq; q̃ etiam illi, qui non quærunt memorari, propterea q̃ sic procedentes ex priori motu in posteriorem, vt dictum est, deueniunt in memoriam alicuius rei, cum ille motus rei oblitæ fiat in anima post alium. & hoc quidem erat præter intentionem (sed ut secundũ multa). i. in pluribus factis aliꝰ motibus quales diximus, s. similibus vel contrariis vel propinquis insurgebat ille motus qui occurrit: sed hoc abusiue dicitur reminisci. Est autem casualiter memorari secundum similitudinem quandam reminiscentiæ. Deinde cùm dicit.

Reminiscit aliqs triplici ratione.

N. LEON. *Neq; uero cõsyderare oportet quomodo memoremur illa, quæ procul sunt, sed ea quæ de prope. manifestum. n. est q̃ idem est modus, quo modo nulla inquisitione consequens dicit, neq; in ipsa reminiscentia, cõsuetudine enim hic post illum sibi inuicem consequuntur motus. Et cùm reminisci sane uoluerit hoc faciet, & motionis principiũ accipere quæret, post quod illa erit.*

Nihil autem oportet intendere quæ procul sunt quomodo memoremur, sed non quæ prope. manifestũ est enim q̃ idẽ modus est aliqualiter. Dico autem quomodo dicit q̃ consequenter non præinquirens neq; reminiscens. cõsuetudine enim consequitur motus hic post hunc. Et cũ igit̃ reminisci voluerit, hoc faciet. Quæret accipere principium motus post quem ille erit.

Soluit ex præmissis quãdam dubitationem. Posset. n. alicui venire in dubium, quare frequenter memoramur ea, quæ procul sunt, puta ea, quæ ante multos annos contigerunt, & non memoramur ea, quæ sunt ppe, puta quę fuerunt ante paucos dies. Sed ipse dicit, q̃ circa hoc non oportet intẽdere, i. dubitando sollicitari. quia manifestũ est q̃ aliqualiter eodem modo hoc accidit, qui in præmissis positus est. Et exponit resumens quod dictum est, s. q̃ contingit quandoq; q̃ anima dicat apprehẽdendo id, qđ consequenter est, cuius erat oblita, absq; hoc q̃ præinquirat, vel ex intentione reminiscatur: quia propter consuetudinem, vnus motus sequitur ad alium. Vnde insurgere primo motu, sequitur secundus, etiam si homo non intendat. Et sicut contingit hoc ex consuetudine præter intentionem, ita etiam hoc faciet aliquis cùm ex intentione voluerit reminisci. quæret enim accipere primum motum, ad quem cõsequatur motꝰ posterior. Et, quia quandoq; contingit q̃ motus eorum quæ sunt procul magis per cõsuetudinem sunt firmati, propter hoc eorum interdum magis memoramur, vel ex inquisitione vel sine inquisitione. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Quamobrem celerrime & optime à principio fiũt reminiscentiæ. quemadmodum enim cõsequutionis ordine ad inuicem se habent res, ita & motiones.*

Vnde citissime & optime fiũt à principio reminiscentiæ. Sicut enim se habent res adinuicẽ in eo quod consequenter, sic & motus.

Manifestat præmissum modum per duo signa. Quorum primum ponit dicens, q̃, quia ex priori motu propter consuetudinem venitur in sequentem vel inquirendo vel non inquirendo, inde est q̃ citissime et optime fiũt reminiscentiæ, quando incipit aliquis meditari à principio totius negocij. quia ꝑm ordinem, quo res sunt sibi inuicem consecutæ, ꝑm hunc ordinem facti sunt motus eorum in anima: sicut qñ quærimus aliquem versum, prius incipimus à capite. Secundum signum ponit ibi.

N. LEON. N. Et *bene memorabilia sunt quæcunq; ordinem quendam habent, ut matematicæ disciplinæ: alia uero praue & difficulter.*

Et sunt magis reminiscibilia quæcunq; ordinationem habent aliquã, sicut matematica. quę autem male, ea etiam difficulter.

Et dicit q̃ illa sunt magis reminiscibilia, quæcũq; sunt bene ordinata, sicut Matematica & Theoremata Matematicorum, quorum secundum concluditur ex primo, & sic deinceps. Illa autem, quæ sunt male ordinata, difficulter reminiscuntur. Sic ergo ad bene memorãdum vel reminiscendum, ex præmissis quatuor documenta vtilia addiscere possum⁹. Quorum primum est, vt studeat quæ vult retinere in aliquem ordinem deducere: secundo vt profunde & intente eis mentem apponat: tertio vt frequenter meditetur secundum ordinem: quarto vt incipiat reminisci à principio.

Reminiscimur magis ea quę sunt bene ordinata.

Documẽta quatuor ad bene memorãdum vel reminiscendum.

LECTIO. VI.

Reminisci, & addiscere, seu iterum inuenire quomodo differãt: quiq; & cur reminiscentem a principio incipere oporteat, ostenditur.

N. LEON. Et *hac in re reminisci ab iterum discere differt: q̃ poterit sane ex seipso moueri ad id quod principium consequitur: qñ uero non, sed per alium, non sane meminit.*

ET in hoc reminisci differt ab iterum addiscere, quia poterit quodã modo ꝑ seipsum moueri in id, quod est post principium: cùm vero nõ, sed per aliud, non amplius memoratur.

Postquam Philosophus ostendit modum reminiscendi, hic manifestat duo, quæ supra dicta sunt. Primo quidẽ quomodo differant reminisci, & iterum addiscere, secundo quòd oportet reminiscentem à principijs incipere. ibi {Oportet autem acceptum esse.} Circa primum duo facit. primo ostendit quomodo differt reminisci, & iterum addiscere, secundo quomodo differt reminisci, & iterum inuenire. ibi {Multotiens autem.} Circa primum consyderandum est, q̃ tam ille qui reminiscitur, q̃ ille, qui iterato addiscit, recuperat notitiam quã amisit. sed ille, qui reminiscitur recuperat eam sub ratione memorię, in ordine, s. ad id, quod prius fuit cognitum. ille autem, qui iterato addiscit, recuperat eã absolute, non quasi alicuius prꝰ cogniti. Cum autem ad notitiam ignotorum non perueniamus nisi ex aliquibus principijs præcognitis, necesse

est

est ꝙ principia, ex quibus procedimus ad aliquid ignotū cognoscendum, sint eiusdem generis, vt patet in Primo Poste. Et ideo necesse est, ꝙ reminiscens ad recuperandū notitiam sub ratione memoriæ procedat ex aliquibus à principio memoratis: quod non contingit iterato addiscere. Dicit ergo, ꝙ in hoc differt reminisci ab hoc, quod est iterum addiscere, quia reminiscens habet potestatem quodam modo vt moueatur in aliquid, quod consequitur ad primum in memoria retentum: puta cum aliquis recordatur ꝙtale quid dictum est ei, oblitus est aūt quis dixerit ei: vtetur ergo ad reminiscēdum id, cuius est oblitus, eo, quod habet in memoria. Sed, quando non peruenit ad recuperandum amissam notitiam per principium in memoria retētum, sed per aliquod aliud qđ ei de nouo traditur à docente, non est memoria nec reminiscentia, sed hoc est de nouo addiscere. Deinde cūm dicit.

Dfia iterē minisci & rē addisci.

N. LEON'

Plerumq; autem reminisci quidem iam nō ualet, quæ rere autem potest, & inuenit. Id autem fieri cōtingit multa mouenti, quo ad eiusmodi excitauerit motionem quā res ipsa sequatur. Meminisse enim est mouētem inesse potentiam: id autem est ut ex seipso quispiam, & ab iis quæ in sē habet motionibus (ut dictum est) moueatur.

Multotiens autem iam quidem non potest reminisci: quærere autē potest & inuenit. Hoc autem fit multa mouenti: si moueat huiusmodi motu quem cōsequitur res. Meminisse enim est in esse potentiam mouētem. Hoc autem est vt ex seipso, & iis, quos habet motibus, moueatur, sicut dictum est.

Manifestat quomodo differt reminisci, & iterum inuenire. Et dicit, ꝙ multotiens homo non potest iam reminisci eius, quod oblitus est, quia non manēt in eo motus aliqui, ex quibus possit deuenire in id, quod quærit memorari: sed, si quærat, quasi de nouo, in notitiam illius rei potest procedere: & multotiens inuenit id quod quærit, ac si de nouo scientiam acquireret. Id autem contingit, quando anima diuersa excogitans, multis motibus mouetur: & si contingat quòd perueniat ad motum, quem consequit. cognito rei, tunc dicitur inuenire. Ideo ante non potest reminisci, licet possit inuenire: quia reminisci contingit per hoc, ꝙ homo interius retinet quandam potētiam vel virtutem inducendi se ad motus rei quos quærit: hoc autem contingit, cum potest peruenire ad hoc ꝙ moueatur motu, quem amisit per oblitionem: & hoc ex seipso, non ex aliquo docente: vt contingit, qū iterum addiscit, & ex motibus præhabitis, sicut dictum est, non ex nouis motibus, sicut qū iterum inuenit. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Principium autem accipere oportet.

Oportet autem acceptum esse principium.

Oportet reminiscentē a principio incipere.

Manifestat ꝙ oportet reminiscentem à principio incipere. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum, secundo assignat causam defectus, quem quandoq; patimur in reminiscēdo, ibi {Eius autem quod ab eodem.} Circa primum duo facit. Primo ostendit ꝙ oportet reminiscentem incipere à principio, secūdo à quali principio. ibi {Videtur autē.} Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Et dicit, ꝙ oportet, eū qui vult reminisci, accipere principium, à quo incipit moueri, vel cogitando, vel loquendo, vel aliud faciendo. Secundo ibi.

N. LEON.

Quapropter à locis uidentur reminisci aliquando.

Locus memoriæ confert.

Propter quod à locis videnī reminisci aliqñ.

Manifestat quod dixit per signū. Quia enim oportet reminiscentem aliquod principium accipere, vnde incipiat procedere ad reminiscendum, inde est ꝙ aliquando homines videntur reminisci à locis, in quibus aliqua sunt dicta, vel facta, vel cogitata, vtentes loco quasi quodam principio ad reminiscendum: quia accessus ad locum est principium quoddam eorum omnium, quę in loco aguntur. Vnde & Tullius in sua Rhetorica docet, ꝙ, ad facile memorandum, oportet imaginari quædam loca ordinata, quibus phantasmata eorum, quæ memorari volum⁹, quodam ordine distribuantur. Tertio ibi. Tullius in Rhetorica.

Huius autem rei causa, quoniam celeriter ab alio ad aliud tranſit, ut ex lacte ad album, ex albo ad aerem, ex hoc ad humidum, à quo postmodum autumni reminiscitur, id quærens anni tempus. N. LEON.

Causa autē est, quia velociter ab alio in aliud veniunt: vt à lacte in album, ab albo autem in aerem, & ab hoc in humidum, à quo meminit autumni is, qui hoc tempus inquirebat.

Manifestat propositū per causam dicens, ꝙ causa quare oportet reminiscentem accipere principium, est, quia homines de facili per mentis quandam euagationem deveno veniunt in aliud ratione similitudinis, aut contrarietatis, aut propinquitatis: sicut si cogitem⁹ vel loquamur de lacte, de facili peruenimus in album propter lactis albedinem, & de albo in aerem propter claritatem diaphani, quæ causat albedinem: & ab aere in humidum, qa aer est humidus. ab humido aūt peruenitur ad reminiscendum ꝙs autūnalis, quod quærebat rōne contrarietatis: quia hoc ꝙs est frigidum & siccū. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Simile autem est uniuersale principio & medium omnium: nam si non prius, saltem cum ad id peruenerit memorabitur, uel neq; amplius, neq; aliunde. ut si quis consyderauerit in quibus A B G D E Z S T. si enim non ipsius H E. meminerit, in ipso certe E H, memoratus est: hinc enim ad ambo moueri contingit, & ad D & ad E. si autem nihil horum quærit, ad ipsum G deueniens memorabitur, siue G siue F quærit: si uero non, ad ipsum A, & hoc semper modo.

Videtur autem vniuersale principium & medium omnium. si enim non prius, cum in hoc veniat reminiscetur: aut non iam neq; aliunde: vt si quis intellexit in qbus A B G D E Z S T. Si enim non in E reminiscitur, in T meminit. Hinc enim ad ambo motum esse cōtingit & in A & in E. Si vero non horum aliquid quærit, in G veniens reminiscetur, si in C aut C inquirit. Si autem non in A & sic semper.

A B G D E Z S T

Oportet reminiscentē ab vlī principio incipere.

Ostendit quale principium reminiscens debeat accipere. Et dicit, ꝙ istud, quod est vniuersale, videtur esse principium, & medium, per quod potest peruenīri ad omnia. Dicitur autem hic vniuersale, nō illud, quod prædicatur de pluribus, sicut in Logicis, sed id, à quo aliquis consuevit ad diuersa moueri, sicut si post lac, aliqs moueatur ad albedinem & ad dulcedinem, & iterꝫ ab albedine ad quę dam alia, sicut dictum est: & iterum à dulcedine ad calorem digerentem, & ad ignem, & ad alia consequenter cogitata, lac erit quasi vniuersale ad omnes istos motus. Et oportet ad hoc recurrere si aliquis voluerit cuiuscūq; cōsequentium reminisci. quia, si nō reminiscitur alicuius cōsequentium prius, per alia posteriora principia, saltem reminisci poterit cum venerit ad illud primum vniuersale principiū. Aut, si tunc non reminiscitur, nō poterit aliun de reminisci. Et ponit exemplum de diuersis cogitatis ꝑ diuersas literas, A B G D E Z S T. Quas quidem literas enumerat secundum ordinem alphabeti Græci, non tamen in reminiscendo est idem ordo. sed accipiendum est ꝙ aliquis cogitando, vel loquendo de B veniat in, A de A vero quandoq; quidem in, E quandoq; vero in G D,

aut

aut quandoq; in D, quandoq; in E, de G vero quandoq; in I quandoq; in A. Si ergo aliquis nõ reminiſcatur eius quod eſt in C, poterit reminiſci eiꝰ, quod eſt in E, ſi veniat ad E ex quo mouebatur ad duo, ſ. ad E & ad D. Sed forte non quærebat E, neq; D, ſed quærebat S vel Z, tunc veniens ad G reminiſcetur. Sed, quia neſcimus vtrum id quod quærimus contineatur ſub E, vel ſub G, oportet recurrere ad A, quod eſt quaſi vniuerſale reſpectu omniũ. Et ſic ſemper oportet procedere: puta ſi adhuc B ſit vniuerſalius q̃ A. Poteſt autẽ & aliter diſpoſitio prædicta intelligi, vt ab A directe quidẽ veniatur in G lateraliter aut in B A G, aut lateraliter quidem in, I hinc inde: directe autem in T à quo in D & E. Et ideo dicit q̃ ſi aliquis meminit in E quod eſt vltimũ: venit in T quod eſt prius. Et ſi forte in T non meminit: quia id quod quærit nõ continetur ſub eo: recurrendum eſt ad G, ſub quo quædam alia cõtinentur, puta A Z, & deinde in A, vt prius dictũ eſt, ſub quo cõtinetur etiam B. Quod quidem in propoſita linea conſpici poteſt. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Cur autem interdum quidẽ ab eodem reminiſci contingit, interdum uero non, in cauſa eſt, quoniam ab eodẽ principio ad plura moueri cõtingit, ut ex C ad D, aut ad E. Niſi igitur ab antiquo mouebatur, ac cõſuetius ſane mouetur: quemadmodum enim natura, ſic & conſuetudo eſt: quamobrẽ eorum, quæ crebro tractamus, celeriter reminiſcimur. ut enim natura hoc eſt poſt illud, ita & operatione, ipſum autem multotiens naturam efficit.*

Eius autem quod ab eodem aliquando quidem meminiſſe, aliquando autem nõ, cauſa eſt: quia contingit ad plus motum eſſe ab eodem principio, vt ab ipſo G in Z, aut in D. Si igit nõ p antiquũ mouet, in id qđ cõſuetius eſt mouet. Tanquam enim natura ita cõſuetudo eſt. Vnde quę multotiẽs intelligimus, cito reminiſcimur Sicut enim natura hoc poſt hoc eſt, ſic & operatione, id quod hoc multotiens naturam facit.

Aſſignat cauſam defectus, quam reminiſcẽtes patiuntur. Et primo quantum ad hoc, q̃ omnino non reminiſcimur, ſecundo quãtum ad hoc q̃ corrupte reminiſcimur. ibi {Quoniam autem.} Dicit ergo primo, q̃ ideo ab eodem principio accepto quandoq; homines reminiſcunt, & quandoq; non: quia contingit q̃ ab eodem principio, à quo mouetur aliqs ad diuerſa, pluries mouetur ad vnũ q̃ ad aliud: puta ſi ab ipſo G moueatur in E & in D pluries in vnum q̃ in aliud. Vnde eo accepto de facili reminiſcitur eius, in quod pluries cõſueuit moueri. Si vero nõ moueatur per antiquum, i. per id, per quod magis conſueuit moueri, mouetur minus conſuete: & ideo nõ de facili reminiſcitur, quia conſuetudo eſt quaſi quædam natura. Vnde ſicut ea, quæ ſunt naturaliter de facili fiunt & reparantur, inquantum, ſ. res cito redeunt ad ſuam naturam propter naturæ inclinationem, vt patet in aqua calefacta quæ cito redit ad frigiditatem, ita etiam ea, quæ multotiens conſyderauimus, de facili reminiſcimur propter inclinationem conſuetudinis. Quòd autem conſuetudo ſit ſicut natura, manifeſtat per hoc, q̃ ſicut in natura quidã ſit ordo, quo hoc poſt hoc ſit, ita etiã quando multæ operationes per ordinem ſe conſequuntur, faciunt quandam naturam. & hoc præcipue cõtingit in operationibus animalium, in quorum principijs aliquid eſt imprimens, & aliquid impreſſionem recipiens, ſicut imaginatio recipit impreſſionẽ ſenſus. Et ideo quæ frequenter vidimus vel audiuimus magis in imaginatione firmãtur per modum cuiuſdam naturæ. ſicut etiam multiplicatio impreſſionis agentis naturalis producit ad formã, quæ eſt natura rei.

Deinde cùm dicit.

Conſuetudo vim naturę habet.

A *Qũm autem ut in ijs, quæ natura conſtant fit & quod præter naturam & fortuito, ita in iis, quæ conſuetudine cõſtant fiet magis, quibus nõ ſimiliter ineſt natura. Qua propter ibi & aliter interdum moueri continget, præſertim cum abduxerit inde huc. & hãc ob cauſam, cũ opus fuerit nominis reminiſci, ſimilis quidem meminimus. in illo autem ſolœciſmum facimus. Reminiſcendi igitur actio hoc ſe habet modo.* N. LEON.

Quoniam autem ſicut in his, quæ ſunt natura, fit aliquid & extra naturam, & à fortuna, adhuc magis in his, quę per conſuetudinem ſunt: quibus natura non ſimiliter ineſt. Quare mouetur aliquando & illuc, & aliter cum retrahatur alio quouis. Et propter hoc, cũ indigeat nomen reminiſci, diſſimile quo ſcimꝰ, in illud ſolo
B erramus. Reminiſci igitur hoc accidit modo.

Oſtendit cauſam quare quandoq; corrupte reminiſcamur. Et dicit q̃ ſicut in his, quæ ſunt ſecundum naturam contingit aliquid quod eſt extra naturam, quod eſt à fortuna vel caſu, ſicut monſtratur in partibus animalium, multo magis contingit aliquid inordinatum & præter intentionem in his, quæ ſunt ſecundum cõſuetudinem: quę & ſi imitetur naturam, deficit tamẽ à firmitate ipſius. Et ideo etiam ibi, i. in his, quæ per conſuetudinem reminiſcimur cõtingit reminiſci aliter & aliter: & hoc accidit propter aliquod impedimẽtum, puta cùm aliquis retrahitur inde, i. à conſueto curſu ad quodcunq; aliud, vt patet in his, qui memoriter aliquid dicunt, quorum imaginatio ſi ad aliud diſtrahatur, perdunt quod dicere debent, vel dicunt corrupte: & propter hoc, cum aliquis indigeat reminiſci aliquod nomen, vel aliquem ſermonem, facimus cir
C ca alium ſermonem diſſimiliter ab eo, quod ſcimus. Vltimo autem epilogat, quòd reminiſci accidit ſecũdum modum præmiſſum.

LECTIO. VII.

Memoria ac reminiſcentia tempus ipſum quomodo reſpicere habeant.

Quod autem præcipuum eſt, ipſum cognoſcere oportet tempus aut menſurate, aut indefinite. N. LEON.

MAxime autem oportet cognoſcere tempus, aut menſura, aut infinite.

Poſtquam Philoſophus manifeſtauit modum reminiſcendi ex parte rerum reminiſcendarum, hoc determinat modum reminiſcendi ex parte temporis. Et primo proponit quod intendit, ſecundo manifeſtat propoſitum. ibi {Eſt autẽ aliquid.} Dicit ergo primo, q̃ in reminiſcendo oportet maxime cognoſcere tẽpus, ſ. præteritũ, quod
D concernit memoriam, cuius inquiſitio quædam eſt reminiſcentia. tempus autem præteritum cognoſcitur à reminiſcente quandoq; quidem ſub certa menſura, puta cum ſcit ſe hoc ſenſiſſe: quandoq; ante tres dies, quandoq; autem infinite, i. indeterminate, puta ſi recordẽt ſe aliquando hoc ſenſiſſe. Deinde cum dicit.

Eſt autem quiddã, quod diiudicat maius & minus. rationabile autem eſt ſicut magnitudinem. intelligit autem quæ magna ſunt, & quæ procul, non q̃ eó notionem extendat, quemadmodum uiſionem quidam aſſerunt. et enim cum non ſint ſimiliter intelliget, ſed rationẽ quandam mouebit, in ipſa. n. ſimiles ſunt figuræ & motiones. N. LEON.

Eſt autem aliquid quo iudicat maius & minus. Rationabile autẽ, ſicut & magnitudines. Intelligit enim magnas & procul, nõ extendendo illuc intelligentiam: ſicut viſum dicunt quidam.

dam. Et nanq; cum nõ sint, similiter intelliget, sed proportionali motu. Sunt enim in ipsa simi les figuræ & motus.

Manifestat propositum. Et primo ostendit quomodo anima cognoscat mensuram temporis, secundo manifestat principale propositum, s. q̃ cognoscere tempus necessarium est reminiscenti. ibi {Cum igitur rei.} Et circa primum duo facit. Primo manifestat propositũ, secundo mouet quandam quæstionem. ibi {Qũo enim differt.} Dicit ergo primo, q̃ aliqd est in anima, quo iudicat maiorem & minorem mensuram temporis. Et hoc rationabile est esse circa tempus, sicut & circa magnitudines corporales, quas quidem intelligit anima, & magnas quidẽ, quantum ad quãtitatem corporum visorum: & procul, quantum ad quantitatem distantię localis, cui proportionatur quantitas temporis, quæ accipitur secundũ distantiam à præsenti nũc. Huiusmodi autem magnitudines cognoscit anima non extendendo ibi intelligentiam, quasi anima cognoscat magnitudinem, contingendo eas secundum inteilectum: quod videtur dicere propter Platonẽ, vt patet in Primo de Anima. & per hunc etiam modum quidam dicunt visum fieri per hoc q̃ radius visualis pertransit totam distantiã visq; ad rem visam, vt dictum est Lec. 31. in Libro de Sensu & sensato. Sed nõ potest esse q̃ magnitudines cognoscantur ab anima per cõactum intelligentiæ, quia sic non posset anima intelligere nisi magnitudines existentes: nunc autem videmus q̃ intelligit magnitudines quæ non sunt. Nihil enim prohibet animã intelligere quantitatem duplam quantitatis cœli. Nõ ergo cognoscit anima magnitudinẽ rei se coextendendo, sed per hoc, q̃ quidam motus à re sensibili reuolut⁹ in anima, est proportionalis magnitudini exteriori. Sunt enim in anima quædam formæ & motus similes rebus, per quas res cognoscit. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Quo nam igitur differt quando maiora intelliget?* G

Quo enim differt cum maiores intelligat.

Determinat quandam quæstionem circa prẽmissa. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quæstionem, secũdo soluit ibi {Aut quia illa.} Tertio solutionem exemplificat in litteris. ibi {Sicut igitur.} Quærit ergo primo, cum anima per similitudinem magnitudinis, quam habet, magnitudinẽ cognoscat, in quo differt illud, quo cognoscit maiorem & minorẽ magnitudinem? Videtur enim non habere differentem similitudinem, eo q̃ nõ differunt specie. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *An q̃ illa intelligit minora. Omnia enim, quæ intus sunt, minora ut proportione ad ea quæ extra sunt. Licet autem fortasse, sicut in formis proportione accipere, sed in ipso, ita in ipsis distantijs.*

Aut qa intelligit quę minora. Omnia enim, quæ intus sunt minora, & proportionaliter H & quæ extra. Est autem forte sicut & speciebus & proportionale accipere. Sed in ipso, sic & distantijs.

Soluit quæstionem. Et dicit q̃ anima vel per similem figuram siue formam intelligit minora, i. minorem quantitatem, sicut & per formam similem cognoscit maiorem magnitudinẽ. Formæ enim & motus interiores proportionaliter correspondent magnitudinibus exterioribus. & forte ita est de magnitudinibus siue distãtijs locorum & tẽporum, sicut de speciebus rerum. Vnde, sicut in ipso cognoscente sunt diuersæ similitudines & motus, proportionaliter respondentes diuersis speciebus rerum, puta equo & boui, ita etiam & diuersis quantitatibus.

Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Quemadmodũ igitur si A B, B E mouetur, facit A D proportione enim sibi respondent A C, & C D, cum igitur* E *potius C D, quàm F G efficit. An quemadmodum A C ad ipsam A B sẽ habet, ita ipsum H ad M se habet. Has igitur simul mouetur. Si autem F G uoluerit intelligere, ipsam B E similiter intelligit. Loco aũt ipsius. H I, K L intelligit: hæc enim ita sẽ habent quẽadmodũ F A, ad B A.*

Sic igitur si secundum A B, B E mouetur, facit A D: proportionale enim est A B, & G D. Quid ergo magis, G D, quàm Z G facit? Aut sicut A G ad A B se habet, sic ad T M se habet. Secũdum has igitur simul mouetur. Si vero secundum A G velit intelligere, ei quidem quæ B E similiter intelliget. Sed pro K M, K L intelliget. Hæc enim se habent sicut E A, ad B A.

Manifestat huiusmodi diuersam proportionem p exẽplum in literis. Ad cuius euidentiam cõsyderandum est q̃, quia supra dixit in intelligentia esse similes figuras & motus proportionales rebus, vtitur hic gratia exempli similitudine figurarum, sicut Geometræ vtuntur: apud quos figuræ similes dicuntur, quarum latera sunt proportionabilia & anguli æquales, vt patet in Sexto Euclidis. Describatur ergo triangulus, B A E, cuius basis sit B E. Deinde à puncto G signato in latere B A, ducatur linea æque distans à basi visq; ad aliud latus, quæ sit G D & similiter in triãgulo G A D, producatur linea equæ distãs à basi. est autem demonstratum in Primo Euclidis quod linea recta, cadens super duas æque distantes facit angulos oppositos æquales. Angulos ergo A G D est æqualis angulo A E B, & angulus A D G est æqualis angulo A E B: angulus autem A est communis: ergo tres anguli trianguli A G D sunt æquales angulis trianguli B A E: ergo lineæ, quæ subtendunt æqualibus angulis, sunt proportionales secundum quartã proportionem Sexto Euclidis, ergo proportio, quæ ẽ ab A B, ad A G, eadem est proportio B E ad G D, ergo permutatim, quę ẽ proportio A B ad B E eadem est proportio A G ad G D, & sic duo trianguli prædicti sunt figuræ similes. Per lineam vero A B & partes eius, intelligitur motus animæ, quibus anima cognoscit. Per lineas autẽ B E G D & I quæ sunt bases triangulorũ intelliguntur diuersæ quantitates, magnitudine & paruitate differentes. Concludit ergo exemplificando q̃, si anima secundum motum A B, mouetur ad cognoscendum quantitatem B E faciet etiam iste motus secundum aliquid sui cognosci quantitatem G D, qa motus A G, qui cõtinentur in A B & magnitudo G D, in eadem proportione se habent, in qua motus A B, & magnitudo B E. Sed tunc redibit quæstio, quæ supra mota est, cum plus requiratur ad cognoscendum quantitatẽ G D, quæ est maior quàm ad cognoscendum quantitatem Z A I, quæ ẽ minor. Et, vt hoc expressius videri possit, accipit motus vt distinctos, quorum vnus non contineatur in altero. sit ergo vna linea K M, & diuidatur in puncto T tali ratione, vt eadem sit proportio K T, ad T M, quæ est lineæ A G, secundum quam cognoscitur quantitas G D, ad lineam A B, secundum quam cognoscitur B E. Sic ergo simul mouetur secundum hos mot⁹: quia sicut secundum motum A G cognoscitur quantitas G D, ita secundum motum K T. Et sicut secundum motum A B cognoscitur quantitas B E, ita secundum motum T M. Si vero aliquis velit secundum motum A Z, cognoscere quãtitatem Z I, oportebit q̃ subtrahatur ab A G hoc quod est G Z, sicut ei addebat G B ad cognoscendum quantitatem B E. Sed, si volumus accipere motus distinctos, oportebit accipere loco duorum motuum K T, & T M, loco cuius ponit T E, ita q̃ est C & M. Inscribantur eidem puncto alij duo motus: quorum vnus sit K L, & alius L M, ita q̃ linea ſ̃ M diuidatur in puncto L, & ob hãc rationem, vt sit proportio K L, ad L M sicut proportio A Z, ad A B. Vnde, sicut per motum,

L M

L M, cognoscet quantitatem B E, ita per motum K L, cognoscet Z L. Quod quidem sic demonstrutur. Dein de cum dicit.

Figura, rerum ac temporis proportiones in memoria & reminiscentia describens.



N. LEON. *Quando igitur simul rei & temporis fiet motus, tunc memoria quispiam operatur. si autem istuc non agēs existimauerit, meminisse se existimat: nihil enim prohibet quempiam decipi, & sibi uideri cū nihil memi nerit. Memoria autem operantem, non existimare, sed latere se recordari, haud sanè contingit: hoc enim est ipsum meminisse. Quod si rei fiat motus sine illo, qui est temporis, aut hic absq; illo, non sanè meminit.*

Cum igitur rei simul fiat mot⁹ & temporis, tunc memoria agit. Si autem putet non faciens memorari se putat: nihil. n. prohibet mētiri, quē admodum & videri memorari non memorantem. Agentē autem memoriā nō putare, sed latere, memoratum nō est. hoc enim erat ipsum memorari. Sed, si motus rei fiat sine eo qui temporis, aut hic sine illo, non reminiscitur.

Oportet reminiscentē cognoscere tempus.

Manifestat principale propositum. Et primo ostendit q̄ reminiscētem oportet cognoscere tēpus, secundo manifestat duplicem modum cognoscēdi tempus. ibi {Qui vero est temporis.} Dicit ergo primo q̄, quando in anima simul occurrit motus rei memorandæ, & tēporis prēteriti, tunc est memoriæ actus. Si vero aliquis putet ita se habere: & non ita fiat in memoria, quia vel deest motus rei, vel motus temporis, nō est memoratum. Nihil enim prohibet q̄ in memore insit mēdacium, sicut cùm alicui videtur q̄ memoretur & non memoratur: quia occurrit ei tempus prēteritum, sed non res quam vidit, sed alia loco eius. Et quandoq; aliquis memoratur & non putat se memorari: sed latet ipsum: quia, s. non occurrit ei tēpus, sed res, quia vt supra dictum est, hoc est memorari: phantasmati intendere alicuius rei: prout est imago prius apprehēsi. Vnde, si motus rei fiat sine motu temporis, aut econuerso, non reminiscitur. Deinde cum dicit.

Forte cōtrariū asserit Aristoteles

N. LEON. *Is autem qui est temporis duplex est: modo enim memorat non meminit, ueluti q̄ nudius tertius, sed certe q̄ olim fecit: aliquando autem & mēsura. uerum meminit etiam quamuis non mensura. dicere enim solent q̄ meminerunt quidem, sed quando, nescium: cum istuc ipsum quando commensurata quantitate non cognouerint.*

Qui vero est temporis, duplex est. Aliquando quidem enim mensura nō meminit ipsorū, vt quia tertia die, quod tamen aliquando fecit. Aliquādo autem & mensura. Sed memoratur, quamuis non mensura. Consueuerunt enim dicere quoniam memorantur quidem, quando tamen nesciunt, cum ipsius quādo, non cognoscant quantitatem metro.

Ostendit diuersum modum, quo reminiscentes cognoscunt tempus. Quandoq; enim aliquis recordatur temp⁹ non quidem sub certa mensura, puta q̄ tertia die fecerit aliquid, sed q̄ aliquando fecit. Quandoq; autem recordatur sub mensura temporis præteriti, quamuis nō sub certa mensura. Consueuerunt enim homines dicere q̄ recordantur quidem alicuius rei, vt præteritæ, sed nesciunt qñ fuerit, quia nesciunt tp̄is metrum, i. mensurā: & hoc contingit pp debilem impressionē, sicut contingit in his, quę videntur à remotis, quæ indeterminate cognoscuntur.

B

LECTIO. VIII.

Reminiscentiæ ac memoriæ alia differentia, ex qua illam passionem esse corpoream multipliciter ostenditur.

N. LEON. *Quód igitur non iidem memoria ualeant, & bene reminiscentes sint, dictum est prius. Memoria autem & reminiscentia non solum tempore differunt, uerumetiam quia memoriæ quidem complura aliorum animalium participare uidentur, reminiscentiæ autem nullum sanè ex cognitis animalibus (ut ita dicatur) præter hominem. Huius autem causa, quoniam reminiscentia tanquam ratiocinatio quædam est: quod enim ante audiuit, uel uidit, uel quippiá huiusmodi passus sit, is qui reminiscitur ratiocinatur: & hoc ueluti quæsitum est quoddā. id autem solis iis contingit, quibus à natura consultandi ineſt facultas. Porro consultatio ratiocinatio quædam est.*

C

In principio huius.

QVòd quidem igitur non iidem sunt memoratiui & reminiscitiui, in prioribus dictum est. Differt autem memorari à reminisci non solum secundum tempus: sed quoniam ipso quidem memorari & aliorum animalium participant multa, sed reminisci nullum, (vt est dicere) eorum, quæ cognoscuntur animalium, nisi homo. Causa autem: quia reminisci est vt syllogismus quidā. Quod enim prius aut vidit, aut audiuit, aut aliquid huiusmodi passus fuit, syllogizat reminiscens: & est vt inquisitio quædam. Hoc aūt quibus & deliberatiuum ineſt natura solum accidit. & nanq; deliberare syllogismus quidam est.

D

Lec. 1.

Postquam Philosopus ostendit modum reminiscēdi, nunc ostendit differentiam memoriæ & reminiscentiæ. Innuit autem tres differētias. iquarum Prima est ex aptitudine ad vtrunq;. Dictum est enim supra q̄ non iidē homines sunt bene memoratiui & reminiscitiui. Secūda autem differentia est ex parte temporis, quia, s. reminiscentia, cùm sit via ad memoriam, tempore ipsam præcedit ut ex prædictis patet. Tertia differētia est ex parte subiecti, in quo vtrumq; eorū inuenirī potest. quia hoc quod est memorari, multa alia animalia participant præter hominem, vt etiam supra dictum est: sed nullum animal, quod à nobis cognoscatur, reminiscitur, nisi homo. quod quidem dicit, quia apud quosdam dubium fuit, an aliquod animal esset rationale præter hominem. Causa autē quare solt homini conuenit reminisci, est quia reminiscentia haber

Rō quāre soli hoi conuenit reminisci.

habet ſimilitudinem cuiuſdam ſyllogiſmi: quare, ſicut in ſyllogiſmo peruenitur ad cõcluſionem ex aliquibus principijs, ita etiam in reminiſcendo aliquis quodã modo ſyllogizat ſe prius aliquid vidiſſe, aut audiuiſſe, aut aliquo alio modo percepiſſe, ex quodam principio in hoc deueniens: & reminiſcentia eſt quaſi quædam inquiſitio: quia non à caſu reminiſcens ab vno in aliud ſed cum intẽtione deueniendi in memoriam alicuius procedit. Hoc autem, ſcilicet ꝙ aliquis inquirat in aliud peruenire, ſolũ illis accidit, quibus ineſt naturalis virtus ad deliberãdum: quia etiam deliberatio ſit per modum cuiuſdã ſyllogiſmi, deliberatio autem ſolis hominibus cõperit: cætera vero animalia non ex deliberatione, ſed ex quodã naturali inſtinctu operantur. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quòd autem iſtuc corporea quædam ſit paſſio, & in eiuſmodi fantaſmate reminiſcentia fit inquiſitio, id ſanè declarat ꝙ plerique commouẽtur cum reminiſci nequeũt: & licet cogitationem ualde inhibere, & non amplius reminiſci contendant, nihilominus: quod potiſſimum melancholicis accidit. Hos .n. fantaſmata excitãt maxime.*

Quòd autem corporea quedam paſſio & inquiſitio in tali phantaſmatis, ſit reminiſcentia, ſignum eſt turbari quoſdam, cum non poſſunt reminiſci, & valde adhibentes intelligentiam quamuis à cogitando deſiſtant, nec amplius conentur reminiſci, nihilo tamen minus moleſtia quadam confici. Id quod accidit maxime melancholicis. Hos enim phantaſmata mouent maxime.

Oſtendit qualis paſſio ſit reminiſcentia. Quia enim dixerat quòd reminiſcentia eſt ſicut ſyllogiſmus quidam: ſyllogizare autẽ eſt actus rationis, quæ non eſt actus corporis cuiuſdam, vt probatur Secundo de Anima: poſſet alicui videri quòd reminiſcẽtia nõ eſſet paſſio corporea, ideſt operatio exercitata per organum corporale. Philoſophus autem oſtendit contrarium. Et primo quòd eſt ꝑ quoddã, quod accidit reminiſcentibus, ſecundo per eos, qui habent impedimentum reminiſcentiæ. ibi {Sunt autem & ſuperiora.} Circa primum tria facit. Primo inducit accidens prædictum, ſecundo aſſignat cauſam prædicti accidẽtis. ibi {Cauſa autem eius.} Tertio manifeſtat per ſimile. ibi {Vnde & iræ & timores.} Dicit ergo primo ꝙ ſignum huius quòd reminiſcentia ſit quædam corporea paſſio, ſiue exiſtens inquiſitio phãtaſmatis in tali, ideſt in aliquo particulari, vel in tali, ideſt in quodam organo corporeo eſt, quòd cum quidam non poſſunt reminiſci turbantur, ideſt quadam inquietudine ſollicitantur, & valde apponunt mentem ad reminiſcẽdum. Et, ſi contingat quòd iam de cætero non conentur ad reminiſcendum, quaſi ceſſantes à propoſito reminiſcendi, nihilominus adhuc inquietudo illa cogitationis remanet in eis: & hoc maxime contingit in melãcholicis, qui maxime mouentur à phantaſmatibus: quia, propter terreſtrem naturam, impreſſiones phantaſmatum magis firmãtur in eis.

Te, cõ. 21.

Signũ quare reminiſcentia ſit corpea paſſio.

Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Quòd autem non in ipſorum arbitrio ſit reminiſci, in cauſa eſt, ꝙ ſicut iaculantes arbitratu ſuo telũ ſiſtere nequeunt, ita reminiſcentiam exercens & inueſtigans corporeum quiddam mouet, in quo eſt paſſio.*

Cauſa autem eius quod non ſeipſis eſt reminiſci hæc eſt: ga ſicut proiſcientibus non amplius in ipſis ſiſtere, ſic & reminiſcens & inueſtigãs, corporale aliquod mouet, in quo paſſio eſt.

Aſſignat cauſam prædicti accidentis. Et primo ponit cauſam, ſecundo oſtendit in quibus maxime locum habet. ibi {Maxime autem turbãtur.} Circa primum conſyderandum eſt, ꝙ operationes, quæ ſunt partis intellectiuæ abſq; organo corporali, ſunt in ſui arbitrio vt poſſit ab eis deſiſtere cum voluerit. Sed non ita eſt de operationibus, quæ per organum corporale exercentur: quia non eſt in poteſtate hominis ꝙ ex quo organum corporale eſt mere, eius paſſio ſtatim ceſſet. Et ideo dicit ꝙ cauſa eius, quod eſt reminiſci, non ita eſt in ipſis reminiſcentibus. i. in poteſtate eorũ, vt. ſ. poſſint deſiſtere cum voluerint ea eſt: quia ſicut accidit proiẽcientibus ꝙ poſtquam mouerint corpus proiectum, nõ eſt amplius in eorum poteſtate vt ſiſtant, ſic etiam reminiſcens & quicunq; inueſtigans per organum corporale, mouet corporale organum, in quo eſt paſſio. Vnde non ſtatim motus ceſſat cũ homo voluerit. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Moleſtantur autem maxime quibus humiditas circa ſenſitiuum locum eſſe contigerit: non enim facile extita à motu ceſſat, niſi quod quærebatur occurrit, & commotio dirigatur.*

Maxime autem turbantur, quibus humiditas fuerit circa locum ſenſitiuum. Nõ enim facile quieſcit mota, quouſq; pertingat ad id quod quæritur: & recte procedat motus.

Qui maxime turbantur.

Oſtendit in quibus maxime prædicta cauſa locum habeat. Et dicit ꝙ maxime turbantur, ideſt commouentur in reminiſcendo illi, quibus humiditas abundat circa locum, vbi ſunt organa ſenſuum, puta circa cerebrum, & circa cor: quia humiditas mota nõ de facili quieſcit, quouſq; occurrat illud, quod quæritur, & motus inquiſitionis procedat recte vſq; ad terminũ. Nec eſt contrariũ quod ſupra dixit, hoc maxime accidere melancholicis, q ſunt ſiccæ naturæ: quia in illis contingit propter violentam impreſſionem, in his autem propter facilem commotionem. Deinde cùm dicit.

Occupatio

N. LEON. *Et hanc ob cauſam timores & iræ cum exciti fuerint, contramouentibus rurſum illis, nõ ſedantur, ſed ad idem contrario mouent.*

Vnde & iræ & timores, cũ contra mouerint, & contra mouentibus iterum his, nõ ſedantur: ſed ad idem contra mouent.

Manifeſtat quod dixerat per ſimile. Et ponit duo ſimilia, quorum primũ eſt de paſſionibus animæ, quibus organum corporale quodam modo commouetur. Et dicit ꝙ quando ira, vel timor, vel concupiſcentiæ, vel ſi quid huiuſmodi mouetur contra aliquod obiectum (eriam ſi homines velint in contrarium mouere, retrahendo ſe ab ira vel à timore) non ſedatur paſſio, ſed contra idẽ adhuc mouetur, quod contingit, quia commotio corporalis organi non ſtatim quietatur. Secũdum ſimile ponit ibi.

N. LEON. L

Similiſq; ſanè eſt paſſio nominibus & melodijs, & orationibus, cum illorum quippiam intẽte ore proferitur. ceſſantibus enim & pergere nolentibus, rurſum canere occurrit, aut proferre.

Et comparatur hæc paſſio nominibus & melodiis & rõcinationibus: cum ꝑ os fiat aliquod ipſorum. Valde pauſantibus enim & nõ volentibus accidit iterum cantare aut dicere.

Et dicit ꝙ prædicta paſſio, quæ accidit in reminiſcendo, cõparatur in hominibus & melodijs & ratiocinationibus, cum aliquod eorum cum aliqua intentione per os proferatur, ſicut accidit his, qui cum magna intẽtione recitant, nominant, vel cantant, vel argumentantur: quia quando ipſi volunt deſiſtere, adhuc præter intentionem eorum accidit ꝙ cantent, vel aliquid proferant: propter hoc ꝙ motus priſtinæ imaginationis adhuc manet in organo corporali. Deinde cum dicit.

Sunt

N. LEON. *Sunt autem qui ſuperiores corporis partes maiores habent, & qui Pomilionibus ſunt ſimiles, minus ad memoriam apti iis, qui contrario ſe habent modo: quoniam in ſenſitiua parte multum grauitatis habẽt. Neq; enim motiones à principio conſiſtere poſſunt, ſed diſſipantur; & in reminiſcendi opere eædem non facile recte procedere queunt. Prima quinetiam ætate pueri, necnõ ualde ſenes propter motũ memoria minus ualent: ũ nanq; in multo ſunt decremento, illi uero in multo augumento. Et alioquin ualde pueri ad multam ſane ætatem Pomilionum ſpeciẽ referunt. De memoria igiur & ipſo memorari, quænam illorum ſit natura: & qua animæ parte meminerunt animalia: & quidnam ipſum ſit reminiſci, quo ue fiat modo, & quam ob cauſam, iam dictum eſt.*

Sunt autem & ſuperiora maiora habẽtes & nani peius memoratiui ⁊ contrarij: propter id quòd grauitatem multam habent in ſenſitiuo: & quia neq; à principio motus poſſunt immanere, ſed diſſoluti ſunt: neq; in reminiſcendo, facile recte procedunt. Penitus autẽ noui, & multum ſenes immemores ſunt propter motum. hi quidem enim in decremẽto, illi vero in augmento multo ſunt. Ampliꝰ autem hmõi pueri qui nanoſi ſunt vſq; ad longã ætatem. De memoria quidem igitur & memorari, quæ ſit natura ipſorum; & quo eorum partium, quæ ſunt animę memorãtur animalia: & de reminiſci qd ſit: & qũo fit: & propter quã cauſam, dictũ eſt.

Diſpõ corporalis duplex, impediens reminiſcentiã.

Manifeſtat propoſitum per hoc ꝙ reminiſcẽtia impeditur per aliquã corporalem diſpoſitionẽ. Et ponit duas diſpoſitiones corporales impedictes reminiſcentiã. Quarum Primam ponit dicens, ꝙ illi qui habent membra ſuperiora maiora ⁊ inferiora, quę eſt diſpoſitio nanorum, qui habent curtas tibias, & ſuperiorem partem corporis proportionaliter maiorem, ſunt peius memoratiui, ⁊ illi, qui habent contrariam diſpoſitionem, propter hoc: ꝙ organum ſenſitiuũ in eis, quod eſt in ſuperiori parte, eſt aggrauatum in eis multitudine materię. & propter hoc nec motus ſenſibilium in eis diu poſſunt permanere, ſed cito diſſoluuntur propter confuſionem humorum, quod pertinet ad defectũ memorię. nec etiam de facili poſſunt recte procedere reminiſcendo: qa non poſſunt regulare motum materiæ: quod pertinet ad defectum reminiſcentiæ. Secunda diſpoſitio impediens eſt, ꝙ illi, qui ſunt penitus noui, ſicut pueri nuper nati, & multũ ſenes ſunt immemores propter motum augmenti, qui eſt in pueris: & decrementi, qui eſt in ſenibus, vt ſupra dictum eſt. et hæc diſpoſitio partim conuenit cum prima, ſ. quantum ad pueros, qui vſq; ad longam ætatem ſunt nanoſi quaſi habentes ſuperiorem partem corporis maiorem. Sic ergo patet ꝙ reminiſcentia eſt corporalis paſſio, nec eſt actus partis intellectiuæ, ſed ſenſitiuę: quæ etiam in homine eſt nobilior & virtuoſior ⁊ in alijs animalibus, ꝓpter coniunctionem ad intellectum. Semper enim quod eſt inferioris ordinis perfectius fit ſuo ſuperiori coniunctum, quaſi aliqd de eius perfectione participans. Vltimo autem epilogando concludit quod dictum eſt de memoria & memorari quæ ſit natura ipſorum, & per quam partem animæ animalia memorantur: & ſimiliter de reminiſcẽtia quid ſit: & quomodo fiat, & propter quam cauſam.

Expoſitionis Diui Thomæ Aquinatis ſuper Librum de Memoria & Reminiſcentia finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS

DE SOMNO ET VIGILIA.

Cum Diui Thomæ Aquinatis præclariſſima expoſitione.

SVMMA LIBRI.

Somni ac Vigiliæ natura, quibus nam animalibus & qñ inſint, & in qua parte fieri habeant declaramur.

LECTIO PRIMA.

Quæ nam de Somno ac Vigilia conſyderanda, ꝙ; coniuncti paſſiones ſint, proponitur.

N. LEON. DE ſomno autem & Vigilia quænam ſint perſcrutandum eſt. Et utrũ propria ſint animæ, an corporis, an communia. & ſi cõmunia fuerint, cuiuſnam ſint partis, corporis ne, an animæ. Et quam ob cauſam animantibus inſunt: & utrũ ne omnes utriuſq; participes ſint, aut eæ quidem alterius tantum, illæ uero alterius: uel eæ quidem nullius, illæ uero utriuſq;.

DE ſomno autem & vigilia conſyderandum eſt quid ſint. Et vtrum animæ an corporis propria ſint, vel communia. Et ſi cõmunia, cuius particulę animæ vel corpis. & propter quã cauſam inſunt animalibus. Et vtrum cõmunicant omnia ſimul ambobus ipſis: aut alia quidẽ ſomno: alia vero altero ſolũ: vel alia quidem neutro, altera vero vtriſq;.

Somn⁹ & vigilia inſunt omni animali & ſoli.

IN priori libro determinauit Auctor de quibuſdam proprietatibus conſequentibus ſenſum, quę cauſantur ex parte animę & inſunt animalib⁹ perfectis, in hoc libro determinat de quibuſdam proprietatibus conſequentibus ſenſum ex parte corporis: & inſunt omni animali & ſoli, quæ ſunt ſomnus & vigilia. Et diuiditur Liber iſte in partes duas, in procemium & tractatum. qui incipit, ibi {Primum quidem &c.} Prima in duas, ſecũdum ꝙ duo ſunt intenta in hac ſcientia. In prima dat intentionem circa primum intentum, ſ. circa Somnum & Vigiliam. In ſecunda dat ſecundum intentum, quod eſt paſſio ſomni, & ſecunda ibi {Adhuc autem &c.} Tractatus ſimiliter diuiditur in partes duas penes hæc duo intẽta. In prima intendit de prima. In ſecunda parte determinat de ſecunda, ibi {Poſt hoc autem quærendum eſt de ſomno.} Prima in duas. In prima oſtẽdit ꝙ ſomnus & vigilia ſunt paſſiones cõiuncti in omni animali viciſſim & ſoli. Et in ſecunda cui parti coniuncti primo debetur, & ob quas cauſas, ex quibus dubitationibus patebit ſufficienter qd ſit ſomnus & vigilia: & ſecunda ibi {Quare aũt dormĩt &c.} Prima eſt præſentis lectionis. Et diuiditur in duas. In prima oſtendit ꝙ ſunt paſſiones coniuncti, In ſecunda oſtendit ꝙ inſunt omni animali, & viciſſim, et ſoli. Et ſecunda ibi. {Cum autẽ determinata.} Prima in duas. In prima parte probat minorem ſuæ rationis, In ſecũda parte probat maiorem, ibi {Quoniam autem &c.} Prima adhuc in duas. In prima declarat quoddam ꝓambulum ad mi

norem. In secunda probat istam minorem. Et secūda ibi {Amplius autem.} Illa pars in qua ostendit ꝙ somnus & vigilia insunt omni animali vicissim &c. diuiditur in duas. In prima ostendit ꝙ soli animali insunt. In secunda ostendit ꝙ omni insunt vicissim. Et secūda ibi {Similiter autem &c.} Dicit ergo primo, & dat intentionem suam circa somnum & vigiliam: & sunt quinq; intenta. Primū est, quid sit somnus: & vigilia. Secundum est, vtrum sint passiones animæ solum, vel corporis tantum, vel coniuncti, Tertiū, si sint passiones, ex qua particula animæ & corporis sit illud cōiunctum. Quartum est, propter quā causam insunt omnibus animalib⁹. Quintum est, vtrum omnia animalia communicēt tam somno q̄ vigiliæ, vel nō. Et si non, vtrum hæc animalia communicent somno tantum, illa vigilia tantum: vel hæc animalia neutrum, illa vtrunq;. Deinde cum dicit.

Quinq; intē duit ab Aristo. in hoc libro.

N. LEON. *Præterea etiam quidnam sit somnium: quāue ob causam dormientes alias quidē somniant, alias uero non somniant. an dormientibus quidē semper accidit ut somniēt, uerum non recordantur. & si hoc fit, quā ob causam fiat. Præterea utrum ne futura præuidere contingat, an non: & si contingat, quonam id cōtingat modo: & utrum ea, quæ ab hominibus effici debent, an illa quorum dæmonium est in causa, & quæ natura fiunt, aut casu.*

Adhuc autem quid est somnium: & propter quam causam dormientes interdum quidem, somniant, interdum autem non: vel accidit quidem semper dormientibus somniare, sed non meminerunt. Et si hoc fiat: propter quam causam fit. Et vtrum contingat futura præuidere, aut non contingat. et qualiter si contingat. Et vtrum futura ab homine prospiciantur solum. Et vtrum agēda ab homine solum, vel quorum dæmon est causa. Et vtrum à natura fiant, aut ab euentu.

Quid intendat ab Ari. circa somnum.

Dat intētionem circa somnum. Et sunt tria. primum est, quid sit somnium: secundum est, propter quā causam somniātes aliqñ somniant, aliqñ nō: vel dormientes semper somniant & non semper sunt memores somnñ: propter quam causam hoc est. tertium est, vtrum contingat præuidere futura in somno, vel nō. Et, si sic, qualiter contingit, s. vtrum homo inquātum homo potest præuidere futura per reuelationem spirituum: et vtrum hoc à natura vel à casu. Et notandum ꝙ demon græce, idē est quod sciens latine. Est etiam nomen commune cuiuslibet intelligentię: & componitur cum calodęmon, ꝙ est bonus, dęmon: à calo, ꝙ est bonū, & dęmon, quasi bonus dęmon.

Demon est nomē cōe oibus intelligentiis.

Deinde cum dicit.

N. LEON. *Principio igitur hoc palā est ꝙ eidem animalis parti Vigilia inest & Somnus: opposita nanq; sunt, & Vigiliæ Somnus priuatio quædam esse uidetur. Semper enim extrema cum in alijs, tum in ipsis natura constantibus, in eodem quod illorum sit capax fieri uidentur, & eiusdem esse passiones. Dico autem ut Sanitatem & morbū: Pulchritudinem & deformitatem: Robur & imbecillitatē: Visum & cæcitatem: Auditum & Surditatem.*

Primum quidem igitur hoc manifestum sit: quoniā circa idem animalis vigilia quidem est & somnus. Opponuntur enim, & videtur somnus vigilię quædam priuatio. Nā extrema semper & in alijs & in naturalibus, circa idem suscęptibile videntur fieri, & eiusdem passiones esse. Dico autem veluti visus, cęcitas: turpitudo, pulchritudo: sanitas, egritudo, fortitudo, debilitas: auditus, & surditas.

Prosequitur intentum. Et probat primo ꝙ somnus & vigilia sunt passiones coniuncti sic. sensus est passio coniuncti: sed somnus et vigilia sunt circa idē, circa quod est sensus: ergo somnus et vigilia sunt passiones coniuncti. In hac ratione sic procedit. Primo probat minorē, secundo probat maiorem, tertio infert conclusionem circa minorē. Primo ostendit ꝙ somnus & vigilia sunt circa idē, circa quod est sensus sic. Omnia priuatiue opposita habent fieri circa idem: sed somnus & vigilia sunt priuatiue opposita: ergo &c. Vnde primo ponit conclusionem cū dicit (primū) secundo minorē, ibi {Opponuntur enim.} Vbi dicit ꝙ somnus est quoddam vigiliæ extremū contrarietatis immediatæ, tertio maiorem, ibi {Nam extrema semper.} Et cōfirmat per exempla, ibi {Dico aūt.} Et accipit hic cōiter priuatiue opposita sm ꝙ continent sub se contraria. Et ideo exemplificat in priuatiue oppositis à natura et in contrarijs etc. Deinde cùm dicit.

Notandū.

N. LEON. *Præterea ex iis etiam est manifestum: qua enim re uigilantem animaduertimus, eadem sanè dormientem: illum etenim qui sentit uigilare arbitramur: uigilantemq; omnem uel extrinsecam sentire, uel aliquam in seipso motionem. Si igitur uigilare in nullo alio est quàm in sentiendi opere, manifestum profecto est, quoniā quo sentit, hoc uigilat & dormit quodcunq; dormit.*

Amplius autem & ex his manifestum. Quo enim vigilātem cognoscimus, hoc & eum qui somno præmitur. Sentientem enim vigilare putamus & vigilantem omnem: aut eo ꝙ eorum quę extrinsecus aliquid sentit, vel eorum qui in ipso motuum aliquem. Si ergo vigilare in nullo alio est q̄ in eo quod est sentire, manifestum, quoniam quo quidem sentiunt, hoc vigilant vigilantia, & dormiunt dormientia.

Eodē sentiens cognoscimus vigilantem & dormientem. Notandū.

Probat minorem in se sic. Eodem sensu cognoscimus vigilantem et dormientem: sed vigilantem cognoscimus per actum sentiendi, eo quòd sentit aliquem motum interiorem vel exteriorem: quare idem est vigilare et sentire. Et qua parte sentiunt animalia, eadem parte vigilant et dormiunt. Hanc rationem ponit totā continue. Et notandum quòd motus exterior est, qui fit à sensibili extra in organum sensus particularis: motus autē interior, qui fit à specie sensibili in organum sensus communis, qui superior est. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Cum autem neq; animæ proprium sit sentire, neq; corporis: cuius enim est potestas, eiusdem etiam est actus: is autem, qui uocatur sensus, ut actus, motio quædam corpore medio ipsius est animæ, manifestum sanè est, ꝙ neq; propria animæ huiusmodi est passio, neq; in animum corpus sentire quippiam potest.*

Quoniam autem non animæ proprium est sentire neq; corporis. Cuius enim est potentia: eius ē & actio. Qui vero dicitur sensus vt actio, motus quidam per corpus animæ est. Manifestum quoniā neq; animæ passio propria: neq; inanimatū corpus possibile est sentire.

Famosa positio.

Probat maiorē sic. Eiusdem est potentia cuius est actus procedens à potentia: sed actus sentiendi est ipsius cōiuncti: est enim motus ab anima mediāte organo corporeo: ergo sensus est actus, vel passio coniuncti. Vnde hic primo ponit conclusionem cum dicit {Quoniam autem.} Secundo maiorem, ibi {Cuius enim.} Tertio minorem

Eiusdē est potentia cuius est actus.

cum

cā dicit {Quæ vero est.} quarto infert conclusionē cum dicit {Manifestum qm̄. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Cum autem in alijs determinatū sit de ijs, quæ veluti animæ appellantur partes: & q altrix quidem potestas à reliquis seiungi potest, aliarum aūt nulla absq; illa esse potest, manifestū profecto est q quibuscunq; aliarū animantiū sola insunt incrementa & decrementa, illis somnum & vigiliam haud quaquā ineſſe, ut Stirpibus.*

Cum aūt determinatū sit prius in alijs de his quæ dicuntur quasi particulæ animæ, & de nutritiua q quidem separatur ab alij in corporib⁹ habētibus vitam, aliaq; vero nulla sine hac existit, manifestum quidē quæcunq; viuentiū augmenti diminutionisq; participant solum, qm̄ in his non est somnus, nec vigilia, velut plantis.

Ostendit q somnus & vigilia insunt soli animali. Nō enim insunt plantis: ergo insunt soli animali. Solum probat antecedens sic. Plantæ non habent particulam sensitiuam, cuius passiones sunt somnus & vigilia: ergo non habent somnum & vigiliam. Huius rōnis solum ponit conclusionem dicens q, cum determinatū sit in Lib. de Aīa, de his, quæ sunt particulæ aīæ, s. q pars vegetatiua siue nutritiua separat ab alijs partibus animę in quibusdā corporibus, sicut in plāis, nulla aūt pars animę reperit sine vegetatiua: manifestum est q nulla viuentia participantia solam partem animæ vegetatiuam, quę operatur augmentum & decrementū, habēt somnū & vigiliam, sicut plantæ. Deinde ponit Medium huius rōnis cum dicit.

Ec. cō. 31. N. LEON. *Non. n. sensitiuā habent partē, siue separabilis sit illa, siue inseparabilis. potestate. n. & essentia separabilis est.*

Non enim habēt particulam sensitiuā: neq; si separabilis, neq; si nō separabile. Potestate. n. & esse separabile est.

Platōis placitū, q ala sensitiua sit i corde, vegetatiua in hepate. Dicens q plantę nō habent sensitiuā particulā. Et hoc siue illa particula sit separabilis à potētia vegetatiua fm locū, sicut dixit Plato, qui dixit, q sensitiua est in corde, vegetatiua in hepate: siue nō sit separabilis à potentia vegetatiua fm locum: quia, si non sit separabilis fm locum, separabilis est tamen fm potentiam & definitionem.

LECTIO. II.

Duæ afferuntur conclusiones, altera est, nulli animali semp ineſſe vigiliam, altera vero, omni alali pene somnū & vigiliā ineſſe.

N. LEON. *Similiq; modo q nihil sanè est quod semp vigilet, aut dormiat semper, sed ijsdem insunt animalibus utræq; eæ passiones. nulli enim animali sensu prædito neq; dormire, neq; vigilare contingit. Nanq; istarum utraq; passionum in primi sensitiui collocatur sensu.*

Similiter autē q nihil est quod semp vigilet aut semper dormiat: sed eisdem insunt animaliū vtręq; passiones hæ. Neq; enim si est animal habens sensum, hoc contingit neq; dormire, neq; vigilare. vtraq;. n. passio hæc circa sensum primi sensitiui est.

Sequit secunda pars principalis, in qua ostēdit q somnus & vigilia insunt animali vicissim. Et ista diuiditur in duas. Primo, pponit duas conclusiones probandas, secundo, pbat eas, ibi {Non cōtingit aūt.} Et ista in duas. Primo probat primā, secundo secundam, ibi {Animalia quidem.} Prima in duas. Primo repetit conclusionē probandam, secundo, pbat eā, ibi {Amplius aūt &c.} Et ista in duas. Primo, pbat q necesse est oēm vigilantē aliqū dormire, in secunda, pbat cōuersam, ibi {Similiter aūt &c.} Nunc sequitur secunda pars, in qua probat cōclusionem secundā, & illa in duas, in partē principalem, & incidentalem, secunda ibi, {Plātarum aūt &c.} Prima in duas. Primo probat q somnus & vigilia insunt omni animali, secundo probat q vt insunt omni, ibi {Qm̄ quidē &c.} Sequitur pars incidentalis in duas. Primo repetit rōnem ppositam, secūdo probat medium rōnis. ibi {Quibusdā vero &c.} Et ista in duas fm duas rōnes. Et secundo ibi. {Signum autem &c.} Ponit ergo primo duas cōclusiones, pbandas. Et prima est, q nulli animali semp ineſt vigilia, & semper ineſt somnus: sed vtraq; insunt vicissim. secunda est, q nullum animal habēs sensum potest neq; dormire, neq; vigilare: sed necesse est alterum omni animali ineſſe, eo q ambo sunt passiones sensus communis, qui ineſt omni animali. Deinde cum dicit.

Prima conclusio.

Secūda cōclusio.

N. LEON. *Sed neq; horū contingit alterū eidē semp ineſſe, ut animaliū aliquod sit genus quod semp dormiat, aut semp vigilet. Præterea quæcunq; natura aliquod exercent opus, quando id excesserit tempus, in quo quippiam facere possunt, lassescere illa, & ab opere cessare necesse est, ut oculi cōtuentes, pariq; modo manus, reliquaq; omnia, quæ aliquid operis habēt. Itaq;, si sentire rei cuiuspiam est opus illudq; planè omne excesserit tempus, in quo cōtinue sentire potest, deficiet profecto, neq; id amplius faciet. Cū igitur ipsum vigilare præscriptum sit eo q soluti sunt sensus: contrariorum autem alterum quidem necessario adest, alterum vero non: vigilare vero & dormire contraria, et omnibus alterutrum ineſſe necesse est, summa profecto erit necessitas dormiendi.*

Non cōtingit aūt alterū horum semp ineſſe eidem: veluti aliquod genus animalium, semp dormire, vel semp vigilare. Amplius quorumcunq; est aliquod opus secundū naturā, quando excesserint tēpus, in quo possunt aliquid facere, necesse est deficere, vt oculos cū viderint, postea quiescere oportet, nec amplius videre. Similiter autem manum & aliud omne, cuius est opus aliquod. Si itaq; alicuius est opus sentire, & hoc vtiq; excedat tempus, quo potest continue sentire, deficiet & nō amplius faciet hoc. Si igitur vigilare definitur solutione sensus: cōtrariorum vero hoc quidem necesse est adesse, illud vero non. Vigilare autem ei quod est dormire contrarium est, & necessarium omni alterum ineſſe, necessarium vtiq; erit dormire.

Prima rō.

Probat primam conclusionem. Et primo repetit eam. ibi {Non contingit autem.} secūdo probat eam p duas rationes. Prima talis est, Quorumcūq; est aliquod opus determinatum fm naturam, qm̄ excedit tempus determinabile à natura in operatione tali, necesse est eam langueſcere & quiescere ab operatione tali, vt patet in visione, quæ est talis operatio oculorum: & ēt in operatione manus. Quare cum sentire sit opus sentientis determinatum à natura, si continue sentiet, necesse est ipsum langueſcere & cessare ab actu operādi. Et tunc cum dicit. {Si igit.} concludit intentum sic, Si omni sensitiuo necesse est cessare ab actu sentiendi, cum vigilare contingat in actu sentiendi: ergo necesse est ipsum cessare ab actu vigilandi: sed vigilare & dormire sunt contraria immediate: quare necesse est alterum ineſſe aliquando omni animali: ergo necesse est aliquando vigilare, & aliquando dormire.

Deinde cum dicit.

N. LEON. *Si igitur huiusmodi passio est somnus, is autem ob vigiliæ superfluentiam imbecillitas est quædam, porro vigiliæ excessus alias morbi gratia, alias sine morbo fit, qua-*

re imbecillitas & dissolutio similiter se habebit. necesse sanè est omne quod vigilat etiam dormire contingere: semper enim operari haud quaquam potest.

Si igitur huius passio est somnus, hoc aût est impotentia pp excessum vigilandi. Vigilãdi aût excessus qñq; quidẽ ab ægritudine, qñq; absq; ægritudine fit. Quare impotentia & dissolutio similiter erit, necesse est omne quod vigilat posse dormire. Impossibile enim semper agere.

Sõnus ẽ impotẽtia sensus pp excessum vigilandi.

Ponit secũdam rõnem quæ talis est. Somnus est impotentia sensus propter excessum vigilandi: sed excessus vigilandi, aliqñ accidit animali ab ægritudine, aliqñ sine: ergo ẽt hmõi impotentia. Quare vigilantem necesse est aliquando dormire, qñ non possit amplius sentire. Et hanc rationem ponit totam, consequenter probat conuersam.

N. LEON.

Similiq; modo nullũ semp dormire contingit animal.

F

Similiter autem neq; dormire semper consequenter vllum animal potest.

Et circa hoc duo facit. Primo ponit conclusionem, secundo probat eam, ibi {Somnus enim.} Dicit ergo q; necesse est omnem dormientem vigilare aliquando &c. Deinde cũm dicit.

N. LEON.

Somnus enim quædã sensitiuæ partis est passio, quasi vinculum quoddam & immobilitas. Quãobrem omne, quod dormit, sensitiuam habere partem necesse est: sensitiuũ aût, id est quod actu sentire potest. Vt aût p sensum proprie & simpliciter agat dormiens animal, fieri nõ potest. iccirco experrectilis necessario omnis est somnus.

Sõnus.n. passio sensitiuę particule est, vt vinculũ & immobilitas quædã. Quare necesse est omne dormiens habere sentiuam particulam.

G

Sensitiuum aût ẽ, quod potest sentire ſm actũ, agere autẽ sensu proprie & simpliciter impossibile est dormiẽtem simul: ideo necessarium est somnum omnem excitabilem esse.

Sõnus ẽ immobilitas sens⁹ & quasi vinculum eius.

Quam pbat sic. Oẽ dormiens potest sentire ſm actũ: sed hoc non cõtingit dum dormit: ergo necesse est ipsum excitari à somno, vt actu sentiat. Huius rõnis, primo probat Maiorem sic. Somnus est passio sensitiuæ particulæ. est enim immobilitas sensus, & quasi vinculum: ergo necesse est oẽm dormiẽtem habere particulam sensitiuam: sed oẽ habens sensitiuam particulam potest sentire ſm actum: ergo oẽ dormiens poreſt sentire ſm actum. Hanc rõnem totam ponit post cõclusionẽ, quę est Maior principalis rationis: & secundo infert principalem conclusionem cùm dicit, ideo necessarium. Deinde cùm dicit.

N. LEON.

Et alia quidẽ animalium oĩa ferè genera, cũ natãtiũ, tum uolucriũ, & pedestriũ, somni participare uidentur.

D

Animalia quidẽ igitur penè omnia somno cõicant: & notabília, & volatília, atq; gressibília.

Probat secundam cõclusionem, s. q; somnus & vigilia insunt penè omni animali sic. Omnia animalia volatília, gressibília, & natabilia habent somnũ & vigiliã: sed omnia animalia penè sunt hmõi: ergo omnia animalia penè habent somnum & vigiliã. Huius rõnis primo ponit conclusionẽ cùm dicit, {Animalia &c.} Subiungit maiorẽ cũ dicit, {Et notabilia &c.} Et nota q; dicit penè, pp animalia carentia motu progressiuo, quæ sunt terræ affixa, quæ sunt conchilia degentia. Deinde cum dicit.

Piscũq; genus omne, nec nõ quæ mollia appellantur, dormire conspectum est: & omnia sanè quæcunq; oculos habent: quinetiam ea quæ duros habent oculos, & insecta ẽt dormire certum est: quamuis ciusmodi omnia breuioris sint somni. quapropter utrum dormiant, necne, nos sæpe latet. Quæ aût ostreaceum habent tergus an dormiant, sensu adhuc non est cõpertum: quod si cui proposita uerisimilis uidetur ratio, illi sanè assentiri poterit.

Etenim oĩa genera pisciũ, & quæ marinorũ, vel malachiorũ visa sunt dormientia, & alia oĩa quæcunq; habẽt oculos. Et.n. quæ duros habẽt oculos, & insecta, manifestũ q; dormiunt: breuis aût somni sunt hmõi omnia. Ideoq; latebũt vtiq; quædã multotiens, vtrũ participant somno vel nõ. Eorũ vero quę durã habent testã, ſm sensum quidẽ nondũ factũ est manifestũ, si dormiant, si cui vero verisiliis dicta rõ est, suadebit.

Probat Minorem per locum à minori sic. Omnia genera piscium, etiã quæ sunt malacia, cuiusmodi sũt ostreæ & hmõi conchilia: & omnia animalia quæ habẽt oculos dormiunt aliqñ: & quæ habẽt oculos duros, & carẽt palpebris, quibus videntur vigiles oculi: quia signum maxime dormiendi est clausio palpebrarũ: & sic animalia imperfecta aliquando dormiunt: licet propter leuitatẽ somni lateant nos ipsos dormire. Ipsa etiã animalia, quæ habent durum corium, in quibus parua ascendit euaporatio à nutrimento propter eorum duritiem, quod est causa somni, aliquando dormiunt, licet illud nondum sit manifestum. Et ita est manifestũ q; omnia animalia aliquando dormiunt. Deinde cum dicit.

Ex ijs profecto manifestum est q; in somni opere animantia communicant omnia, si quidem eo, q; sensum habet omne circunscribitur animal.

Quod igitur quidem somno communicant omnia animalia: manifestũ est ex his. eo enim q; est sensum habere, definitur animal.

Probat q; somn⁹ & vigilia insunt omni animali, & vniuersaliter sic. Omne animal habet sensum: sed somnus & vigilia sunt passiones sensus: ergo omnia animalia habẽt somnum & vigiliam. Huius rationis primo ponit cõclusionem cum dicit, {Quod igitur quidem.} Secundo ponit declarationẽ Maioris dicẽs, q; animal habet sensum, quia definitur per sensum. Et ita constat quòd omne animal habet sensum. Et hoc facit cum dicit, {Eo enim.} Deinde cum dicit.

Porro sensus quodammodo immobilitatem, & quasi vinculũ esse dicimus somnũ: huius aût relaxationẽ & solutionẽ, vigiliã: stirpiũ aût genus nullũ harũ ẽ particeps passionũ, cùm absq; sensu neq; somnus insit, neq; vigilia.

Sensus aût modo quidem aliquo immobilitatem & velut vinculum somnũ esse dicimus. solutionem autem remissionemq; vigiliã. Plantarum autem nullam possibile est communicare neutra harum passionum. nã sine sensu quidem non existit, neq; somnus, neq; vigilia.

Ponit declarationem Minoris sic. Somnus est immobilitas & vinculum sensus. Et quodammodo dicit, qa nõ est vinculum, nisi metaphorice accipiatur vinculum. Vigilia enim est remotio, & solutio sensus à tali viuculo, & ita somnus & vigilia sunt passiones sensus. Et quia superius probauit somnũ non inesse plantis eo, q; non habẽt sensum, hic incidenter cum dicit {Plãtarum &c. {redit, vt probet dictum medium. Et primo repetit rationẽ prẽpositam vt patet. Deinde cum dicit.

Quibus uero adest sensus, iis profecto & cõtristari inest, & in uoluptate esse. quibus uero hæc adsint, iis & appetentia inest. Stirpibus autem nihil horum ineſſe uidet.

Quibus

Quibus vero ineſt ſenſus, & triſtari, & gaudere: quibus vero hæc, & concupiſcentia. plantis autem nihil horum ineſt.

Probat medium per duas rõnes. Prima talis eſt. Quibus ineſt ſenſus, ineſt triſtitia & gaudium: & quibus hęc inſunt, in eis eſt concupiſcentia. Sed nihil horũ ineſt plantis: ergo nec ſenſus. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Huiuſce aũt rei ſignum eſt, ꝙ altrix pars ſomni magis tpe q̃ vigiliæ opus peragit ſuum: aluntur enim tunc & increſcunt magis, quippe quæ nihil adhæc indigeant ſenſu.*

Signum autem, qm̃ & opus ſuum facit nutritiua particula in dormiendo magis q̃ in vigilando. Nutriuntur autem & augẽtur tunc magis, tanquam nihil egentia ad hæc ſenſu.

Signũ quarte in plãtis non ſit ſenſus.

Ponit ſecundam rationem. Et eſt talis. Cõplexio plantarum in nutrimento & augmento, & his ſimilia, melius fiunt ſine ſenſu ꝙ cum ſenſu: ergo plantę non habent ſenſum, cum natura ſemper faciat quod melius eſt. Huius rationis ſolum ponit Minorem per ſignum, dicens ꝙ ſignũ eſt ꝙ nutrimentum & augmentum melius fiunt ſine ſenſu ꝙ cũ ſenſu. quare anima vegetatiua ſiue nutritiua melius facit opus ſuum in animalibus in dormiẽdo, ꝙ in vigilando. Nutriuntur enim & augentur magis cum dormiunt, ꝙ cum vigilant. Et ita nutrimentum, & augmentum non indigent ſenſu.

LECTIO. III.

Cauſſam ſenſus Somnus & Vigilia paſſio ſit oſtenditur.

N. LEON. *Quam autem ob cauſam dormiant animalia, & vigilent, & quonam ſenſu, aut quibus. ſi quidem per plures fiant, conſyderandum eſt.*

QVare aũt dormiant & vigilent animalia: & pp qualem quendam ſenſum, vel quales ſi propter plures, conſyderandum.

Oſtenſo ꝙ ſomnus & vigilia inſunt omni animali viciſſim & ſoli, In hac parte oſtendit ꝙ cõiuncti paſſiones ſunt, & pp quã cauſam, & hæc in duas. Primo dat intentionẽ ſuã, ſecũdo proſequit. ibi {Qm̃ vero quædã &c.} Et iſta in duas. Primo dicit, ꝙ ſomnus & vigilia ſunt paſſiones ſenſus cõis, & eius organi. In ſecunda oſtendit propter quam cauſam eis inſunt. ibi {Propter quam cauſam accidit dormire &c.} Prima ī duas, penes duas rationes, & ſecunda ibi {Si enim eo.} Prima in duas in principalẽ & corollariam. ibi {Siue omnibus &c.} Prima in tres. In prima oſtendit maiorem, in ſecunda oſtendit minorẽ. ibi {Qm̃ aũt &c.} in tertia infert cõcluſionem. ibi {Manifeſtum eſt aũt &c.} Media in duas, in principalem & incidẽtalem, quæ incipit. ibi {Hoc aũt ſimul.} Et prima in duas. Primo ponit minorem, ſecũdo probat eã p duas rõnes. ibi {Quæ qm̃.} Et iſta in duas ſm duas rõnes, & ſecunda ibi {Et iudicat &c.} Dicit ergo primo intentionem ſuam dicens. Propter quã cauſam dormiunt & vigilant animalia conſyderandum eſt modo, & circa quales ſenſus, ſicut ſi ſint circa plures. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Qm̃ autem nonnulla animalium omnes habent ſenſus, quædam vero non habent, ut auditum, uiſum: nanq; tactum & guſtatum habent omnia, niſi animaliũ quippiam fuerit imperfectum. de iis autem dictum eſt in commentarijs de Anima. Fieri autem non poteſt ut dormiẽs animal quouis ſimpliciter operetur ſenſu. manifeſtum ſanè eſt ꝙ eandem in eſſe omnibus paſſionem neceſſe eſt in eo, qui vocatur ſomnus. Si enim hoc quidẽ, illo vero non, hoc ſanè dormiens ſentiet: id autem fieri non poteſt.*

Qm̃ vero quædã animaliũ habẽt ſenſus oẽs: quædã vero non habent, * vt viſum. tactũ aũt &

aut viſum

A guſtũ oĩa habẽt, niſi ſit aliquod animaliũ imperfectorũ, dictum eſt aũt de his in his, quæ de Anima: impoſſibile aũt ſimpliciter qualicũq; ſenſu ſentire, ꝙ dormit animal: manifeſtum qm̃ omnibus neceſſariũ in eſſe eandem paſſionẽ in vocato ſomno. nã ſi huic quidẽ, huic vero non, hac dormiens ſentiet. hoc aũt impoſſibile eſt.

2. lec. 3. fi. 3. lec. pen. & vltima.

Probat ꝙ ſomnus & vigilia ſunt paſſiones ſenſus cõis & eius organi ſic. Sõnus & vigilia omnibus partibus animaliũ inſunt ſimul: ſed ſenſus cõis ſequitur ad oẽs ſenſus particulares, & eſt cõe eis: ergo ſomn⁹ & vigilia ſunt paſſiones ſenſus cõis. Et fundatur hæc ratio ſuper hanc maximã. Omnis paſſio, inhærens pluribus ſenſibus, inhęret per naturã ſui ſubiecti primi, quod reperitur in omnib⁹, vt dicit Ariſt. in Lib. Poſte. & ita cum ſomnus & vigilia ſint paſſiones ſenſus, & inſunt omnibus partibus animalis, hoc erit de neceſſitate per naturã ſenſus cõis. Huiꝰ rõnis. primo, pbat Maiorem ſic. Cum quædam animalia habeant oẽs ſenſus, vt perfecta, quædam non, ſed ſolum tactum & guſtũ: & ad minus illos, niſi fuerit aliquod animal ſumme imperfectum, quod aĩal eſt terrę affixum more plantæ, vt ſpongia maris, vel pars deciſa animalis annuloſi, quæ guſtu carent, vſr eſt verę ꝙ non cõtingit animal dormiens aliquo ſenſu particulari ſentire: ergo neceſſe eſt hanc paſſionem, quæ eſt ſomnus, ſimul ineſſe omnibus ſenſib⁹ particularibus. Huius rõnis primo ponit antecedens cum dicit. {Qm̃ vero.} ſecundo cõſequens, cũ dicit. {Manifeſtum qm̃} tertio declarat conſequentiam dicens. Si ſomnus ineſſet alicui ſenſui, alicui non, tunc ſentiret ſm vnum, & dormiret ſm alium: quod eſt impoſſe. Et hoc eſt quod dicit, ibi {Nam.} Deinde cum dicit.

Lec. 1.

B

Qm̃ autẽ ſingulis ineſt ſenſibus partim propriũ quoddam, partim uero cõe: proprium quidem ut uiſioni uidere, auditui uero audire, eademq; in alijs ratione. Eſt etiã communis quædam poteſtas, quæ oẽs conſequitur ſenſus.

C

Quoniam autem ineſt vnicuiq; ſenſui aliqd propriũ, atq; aliquid commune. Proprium quidem, velut viſui videre, auditui autẽ audire: & in alijs ſecundum eundem modum. Eſt autem quædam & cõis potentia, quę ſequitur omnes.

Probat Minorẽ dicens, ꝙ in vnoquoq; ſenſu particulari eſt aliqd proprium, & aliqd cõe, cõſequens ad ipſum ꝓprium: & eſt ei ſua ꝓpria operatio, vt viſui videre, & auditui audire: & quædã cõis potentia ſentiendi eſt, conſequens ad oẽs ſenſus particulares. Deinde cum dicit.

Qua uidet, & audit, & ſentit, non enim uiſu cernit quód uidet.

Qua & quod videt, & audit & ſentit. non. n. viſu quidem uidet, quòd videt.

D

Prima rõ ꝙ ſit neceſſarius ſenſus cõis præter proprios.

Probat conſequens duabus rationibus. Quarum prima talis eſt. Aliquo ſenſu ſentimus nos videre: ſed non ſenſu proprio: ergo aliquis eſt ſenſus communis ſentiens. Et hic primo ponit concluſionem, & ſecundo Minorẽ. ibi {Non enim.} Deinde cum dicit.

Et iudicat certe & iudicare poteſt ꝙ diuerſa ſunt dulcia ab ipſis albis, neq; guſtatu, neq; uiſu, neq; utriſq;, ſed cõmuni quadam omnium ſenſiteriorũ parte. eſt. n. unus ſenſus, & proprium ſenſiterium unum. Eſſentia autẽ cuiuſq; generis ſenſuum diuerſa, ut ſoni & coloris. Iſtuc autem ſimul cum tactili exiſtit maxime: id nanq; ab alijs ſeparatur ſenſiterijs, cum alia ab illo diſiungi non poſſunt. Dictum eſt autem de iis in Contemplationibus de Anima. Manifeſtum igitur eſt vigiliam & ſomnum huius ſenſiterii eſſe paſſiones.

Et iudicat itaq; & poteſt diſcernere, qm̃ alia quidem dulcia ſunt ab albis, nec guſtu, nec viſu, nec amboꝫ, ſed quadam cõi particula omniũ ſenſitiuorum. nam eſt quidem ſenſus vnus, & principale ſenſitiuum vnum, eſſe aũt ſenſui generis cuiuslibet alterum, velut ſoni & coloris. Hoc aũt ſimul cũ tactiuo maxime exiſtit. Hoc quidẽ enim ſeparatur ab alijs ſenſitiuis, alia vero ab hoc inſeparabilia ſunt. Dictum eſt aũt de ipſis in his, quæ de Aĩa theorematibus, Manifeſtũ igit̃ qm̃ huius eſt paſſio, vigilia & ſomnus.

Scdã rõ.

Ponit ſecundam rõnem quæ talis eſt. Aliqs ſenſus diſcernit ſenſibilia diuerſoꝝ generũ, vt albũ à dulci: ſed non facit hoc vno ſenſu proprio, nec pluribus: ergo de neceſſitate eſt aliquis ſenſus cõis, faciens hmõi iudiciũ & diſcretionẽ. primo ponit Maiorẽ, ſecundo cum dicit. {Nec guſtu. } ponit Minorem, tertio cum dicit. {ſed quadam. } ponit concluſionem. Et ex hoc cõcludit vlterius ꝙ vnus eſt ſenſus cõis & principalis, & vnũ organum ſentiendi principale, qd̃ licet ſit idẽ & vnum ſm ſubſtantiã, eſt tñ diuerſum ſm eſſe, inquantũ ſentit ſenſibilia diuerſa genere. Et hoc eſt ꝙ dicit, ibi {Nã quidem. } et, qa ſuperius dictum eſt ꝙ ſenſus cõis ſequit maxime ad ſenſus particulares, ne crederet qs ꝙ hoc eſſet generaliter verũ, addit conſequenter ꝙ ſenſus cõis maxime ſequit ad tactũ, & ſimul eſt cũ ipſo: qa tactus ſolus reperit̃ ſine ſenſibus alijs: & alij nunq̃ ſine tactu, vt dicit in Lib. de Aĩa. Et hoc eſt ꝙ dicit. {Hoc aũt ſimul. } Et tunc concludit principalẽ cõcluſionem cũ dicit, Manifeſtũ eſt igitur. Deinde cũ dicit,

2. te. c. 17. 3. lec. pe. & vl.

N. LEON.

Quamobrem omnibus ineſt animalibus. ſolus enim tactus omnibus ineſt.

Propter quod omnibus ineſt animalibus. Etenim tactus ſolus omnibus ineſt.

Infert corollarie ꝙ ſomnus & vigilia inſunt oĩbus animalibus. Tactus. n. ad quem ſequit ſenſus cõis, ineſt omnibus animalibus ad minus. Deinde cùm dicit,

N. LEON.

Si enim eo ꝙ omnes quippiam patiantur ſenſus ſomnus fieret, abſurdum, ſi quibus neq; neceſſe eſt, neq; quodammodo fieri poteſt ut ſimul agãt, hos ſimul ceſſare, & eſſe immobiles, neceſſarium eſſet. Contrarium enim illis accidere rationi conſentaneũ eſt magis, non ſimul, ſ. quieſcere, ſed ut nos nunc aſſerimus de hmõi re rationabiliter ſe habere videtur. Cum enim ſenſiteriorum omnium præcipuum, et ad quod alia tendunt oĩa, quippiã patitur, reliqua ẽt ſimul affici oĩa neceſſe eſt: illorum uero quopiã minus idoneo exiſtẽte, ut hoc tale ſit nulla eſt neceſſitas.

Si enim in eo ꝙ oẽs patiãtur aliquid ſenſus, fieret dormitio, incõueniens eſt, ſi quibus neq; neceſſe, neq; poſſibile eſt aliquo modo agere ſimul, hos vacare, ſimul & immobiles exiſtere. contrarium enim rationabilius accideret eis, q̃ ſimul quieſcere. Quemadmodum aũt nunc diximus rationabiliter ſe habet & de his. Nã, cum principale aliorum omnium ſenſitiuorũ, & ad quod tẽdunt alia, patiat̃ aliquid, compati neceſſarium & reliqua omnia. Illorum aũt, cum aliqd impotens ſit, non neceſſe eſt hoc impotẽs fieri.

Rõ quare ſomnꝰ nõ eſt paſſio

Ponit ſecundam rõnem principalẽ, & eſt talis. Ad cuius vacationem & quietẽ ſequit vacatio & quies oĩ ſenſui, & non econuerſo, illius eſt ſomnus primo p ſe & vigilia: ſed ad vacationẽ ſenſus cõis, ſequit vacatio oĩum particularium & non econuerſo, ad vacationem autẽ vnius ſenſus proprij non ſequitur vacatio aliorũ ſenſuum particularium, ſicut nec ad actionem vnius ſequitur actio alterius: ergo ſomnus nõ eſt paſſio ſenſuum propriorum, ſed cõis. Primo ponit concluſionem cum dicit. {Si enim. } Et continuat partem minorem cum antecedente cum dicit. {Si enim. } Et tertio addit tertiam partem Minoris cum dicit. {Quẽadmodum aũt. } Deinde cùm dicit.

ſenſuũ priorum

Ex multis aũt compertum ꝙ non eo ꝙ ceſſant ſenſus, & illis non utitur animal, exiſtit ſomnus: neq; qm̃ ſentire non poſſunt, in animæ nanq; defectu hmõi quippiam accidit: ſenſuum enim imbecillitas eſt animæ defectus. Ad hunc ẽt modum quædam fiunt amentiæ. Præterea quibuſcunq; arteriæ, quæ in collo ſunt comprimuntur (ii certe oĩ carẽt ſenſu) uerũ cũ uſus imbecillitas acciderit: neq; in quouis ſenſiterio, neq; quãlibet ob cauſam, ſed ut nũc eſt conſtitutum, qm̃ in primo fuerit, quo ſentit oĩa. cũ. n. iſtuc defecerit, oĩbus ẽt aliis ſenſiteriis neceſſe eſt nõ poſſe ſentire: cum uero illorum quippiam huic, non eſt neceſſe.

N. LEON.

Manifeſtum aũt ex pluribus, qm̃ non in ſenſus ſine operatione eſſe, & nõ vti ipſis, ſomnus eſt, neq; in non poſſe ſentire. Nam & manifeſte in animæ defectionibus tale quid accidit. Impotentia. n. ſenſuum eſt animæ defectio. Fiunt aũt & amentiæ quædã hmõi. Amplius aũt quibus in collo venæ apprehenduntur: inſenſibiles fiũt. Sed qm̃ impotentia vſus, neq; in quouis ſenſitiuo, neq; p quãuis cauſam) ſed quẽadmodum dictum eſt nũc) in primo quo ſentit omnia. Cum enim hoc quidem impotens fuerit, neceſſe eſt & ſenſitiua omnia impotentia eſſe ſentire: cum vero illorum aliquid, non eſt hoc neceſſe.

Soſo ob ctionis citæ.

Quia dixit ꝙ ſomnus eſt vacatio ſenſuum, ne crederet qs, ꝙ oĩs vacatio eſſet ſomnus, hoc remouet dicẽs ꝙ nõ. qa multipliciter accidit impotentia ſenſus pp defectũ ſpirituum animaliũ in cõparatione ſenſuum. Aliter pp defectum illoꝝ contingit aliqñ amentia. Sic̃t contingit inſenſibilitas pp occupationes venaꝝ, quibꝰ deferunt̃ ſpũs ad ſenſus exteriores, nulla talis impotentia ſenſus eſt ſomnꝰ, ſed qñq; eſt ſenſus impotentia, non pp defectum organi particularis, neq; ex quacunq; cauſa. Sed pp impotentiã ſenſus cõis per organum, quod, puenit ex defectu ſenſus materialis, p cuius impotentiã reducũtur omnia organa particularia impotentia ad ſentiendũ, & non econuerſo.

LECTIO. IIII.

Somni ac Vigiliæ cauſæ quædam enumerantur.

Quã uero ob cauſam accidat ſomnus: & qualis eiuſmodi ſit paſſio, dicendum eſt. Quoniam autem cauſarũ cõplures ſunt modi, nanq; & cuius gratia, & unde motionis initiũ, nec nõ materiã, & rõnem, cauſas nũcupamus.

N. LEON.

PRopter quam vero cauſam accidit dormire: & cuiuſmodi paſſio eſt, dicẽdũ. Qm̃ vero modi plures ſunt cauſarum: nam & ꝙ cuius gratia, & vnde principium motus, & materiam, & rationem cauſas eſſe dicimus.

Oſtẽſo ꝙ ſomnus & vigilia ſunt paſſiones ſenſus cõis & eius organi, in hac parte intẽdit determinare de cauſis ſomni. Et diuiditur in duas. In prima dat intentionẽ ſuã, in ſecunda ſecundum modos cauſarum declarat & determinat cauſas ſomni, ibi {Primum quidem &c. } Et iſta in duas. Primo dat cauſam finalem ſomni, In ſecunda, ibi {Amplius &c. } Determinat cauſam materialem, In tertia parte determinat cauſam efficientem, ibi {Conſequens autem. } Prima in duas. Primo præmittit quandam

dam ſuppoſitionē, in ſecunda proſequit intentū: et ſecunda, ibi {Quidē vero &c.} Et iſta in duas. Primo determinat ſomni finē ſpectantem ad eſſe aīalis, in ſecunda finem ſpectantem ad bene eſſe aīalis. ibi {Vigilia vero &c.} Tunc ſequit illa pars, in qua determinat de cauſa materiali: & illa in duas partes diuidit. in prima dat intentionem ſuā, in ſecunda proſequit intentum. ibi {Qm̄ ergo &c.} {Et iſta pars diuidit in duas, in principalem & incidentalem: in qua mouet dubitationē. ibi {Mouet igitur &c.} Prima in duas. In prima, p̄bat ſuæ rōnis maiorem, ſecundo ponit minorē et infert concluſionem. ibi {Si vero ē.} Prima in duas. Primo ponit, p̄syllogiſmum ad maiorem, ſecundo declarat ei p̄miſſas. ibi {Motus q̄dem &c.} Et iſta in duas. Primo oſtendit minorem, ſecūdo maiorem. ibi {Media autē.} Prima in duas. Primo ponit minorē, ſecundo, p̄bat eā. ibi {Motus q̄dem &c.} Et iſta in duas. Primo, p̄bat primā partē minoris, ſ. q̄ cor eſt principium ſpiritus, in ſecunda, p̄bat ſecundā, ſ. q̄ cor eſt principium motus ſenſibilis. ibi {Qm̄ mouere &c.} Prima in duas. Primo, oſtēdit q̄ cor eſt principiū in habētib⁹ ſanguinē, ſecundo oſtendit q̄ in nō habentibus ſanguinē eſt aliq̄d principiū ſiue cordi. ibi {Nō habentib⁹ &c.} Primo dat intentionē ſuā et proſequit et diuidit cauſam in finalē, formalem efficientem, et materialē. Deinde cū dicit.

N. LEON. *Principio igitur cum naturam alicuius gratia facere aſſerimus, iſtuc autem bonum quiddam eſt.*

Primum quidem igitur, qm̄ naturam dicim⁹ gratia huius facere: hoc autē bonum aliquod.

Quæ fiūt a natura, fiūt pp̄ finem.

Determinat cauſam ſomni finalem. Et primo p̄mittit quandam ſuppoſitionem dicens, Qm̄ natura facit quod facit pp̄ aliquē finem, q̄ eſt bonum aliq̄d, et hoc dicit. ibi {Primum q̄dem.} Et ex hac ſuppoſitione ſequitur, q̄ ſomnus finem habet, cum ſit paſſio naturalis. Nota etiā q̄, quia ſomnus forma non eſt, immo priuatio, ideo eius cauſam formalem nō determinat. Et ſic ex determinatis hic, patet definitio ſomni, per quam eius quidditas ſignatur &c. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quietem uero omnibus, quæ nata ſunt moueri, non poſſunt autem ſemper & continue cum uoluptate moueri, neceſſariam eſſe & utilem: ſomno uero ueritate addu ctibanc applicant trāslationem, quaſi requies ſit. quam obrem ſalutis gratia animalibus ineſt.*

Quietem vero omni, quod natum eſt moueri, cum non poſſit ſemper continue moueri cū delectatione, neceſſariam eſſe atq; vtilem: ſomno quoq; propter ipſam veritatē, coaptant metaphoram hanc, tanquā requies ſit. Quare propter ſalutem animalium exiſtit.

Finis ſomni ad eē aīalis ſpectās.

Oſtendit finem ſomni ſpectātem ad eſſe aīalis ſic. Cuilibet aīali non potenti ſemp̄ continue moueri cū voluptate, neceſſaria eſt aliq̄s q̄es pp̄ ſalutem ei⁹: ſed ſomnus eſt quies hmōi: quia, ſi aīal non poteſt continue ſentire cum voluptate: ergo neceſſari⁹ eſt ſomnus pp̄ ſalutem aīalis. Et ita patet q̄ definitio ſomni eſt ſalus aīalis. Huius rōnis

Somn⁹ q̄d.

primo ponit Maiorem cum dicit. {Quietem vero.} Secundo Minorem cū dicit (ſomnus.) Et nota q̄ dicūt ſomnum q̄rem p̄ metaphorā, i. p̄ ſimilitudinem: q̄a non eſt ꝓprie q̄es, ſicut nec ſentire eſt ꝓprie moueri. Sed cōiter. Et, quia licet ſomnus ſit quies virtutum animalium, eſt eſt tn̄ magis labor virtutum naturalium. Et ſunt virtutes naturales, quæ operant digeſtionem: virtutes animales. quæ operātur ſenſum et motum. Et tunc ponit cōcluſionem, cūm dicit. {Quapropter.} Deinde cum dicit.

N. LEON. *Vigilia autē finis eſt. ſentire enim & ſapere omnibus eſt finis, quæ illorum alterutrum habent.*

Vigilia vero finis. nam ſentire & ſapere, omnibus finis quibus ineſt alterum eorum.

Finis ſomni ad bñ eē ſpectans.

Oſtendit finem ſomni ſpectātem ad bene eſſe aīalis, q̄ eſt exercere et excitare opera animalis ſic. Vigilare, ſiue exercere opera vigiliæ ē finis animalis: ſed iſta opera nō poteſt animal aliq̄n exercere, niſi aliq̄n capiat ſomnum et quietem: ergo ſomn⁹ eſt neceſſarius cuilibet aīali pp̄ hūc finē. Huius rōnis, primo ponit Maiorem cū dicit. {Vigilia vero.} Et ſecundo declarat eā ſic. Sētire et ſapere ſunt opera vigiliæ: ſed ſentire et ſapere ſunt opa cuiuſlibet animalis, cui inſunt: ergo et uigilare eſt finis. Huius rationis, tantum ponit medium et probat. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Optima nanq; iſtæc, finis autem optimum. Neceſſarium præterea eſt cuiq; animalium ineſſe ſomnum, neceſſitatem autem ex ſuppoſitione dico: quoniam ſi animal eſt ſuamipſius habens naturam, quædam illi neceſſario adeſſe oportet: quæ ſanè ſi exiſtunt, alia etiam quædam adeſſe neceſſe eſt.*

Optima enim hæc: finis vero optimus. Amplius, neceſſariū vnicuiq; aīalium ineſſe ſomnū. Dico aūt ex ſuppoſitione neceſſitatē. qm̄, ſi aīal erit habens ſuā naturā: ex neceſſitate ineſſe quę dā ei oportet: & his exiſtentibus, alia exiſtere.

Qd eſt optimū in vnoq; quoq; eſt finis eius.

Probat ſic. Quod eſt optimum in vnoquoq; eſt finis eius: ſed ſentire et ſapere ſunt optima eor⁹ in quo ſunt: ergo ſunt finis. Huius rōnis primo ponit Minorem cum dicit {Optima} ſecundo Maiorē. ibi {Finis vero.} Deinde ponit cōcluſionem cum dicit. {Neceſſarium.} Et ponit poſtea Minorem principalis rationis cum dicit. {Dico autem.} Et vocat vigilare et exercere opera eius, ſm naturam animalis. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Præterea quonam motu, & actione in corporibus facta, cum dormire, tum uigilare animantibus contingat, poſthac dicendum eſt. aliis igitur animalibus, ut exſanguibus, paſſionis huiuſce cauſas uel eaſdam eſſe, uel proportione reſpondentes, exiſtimandum eſt. ſanguine uero præditis, eaſdem quæ hominibus: quamobrem ex iis omnia ſunt conſyderanda.*

Amplius aūt, & quali motu & actione in corporibus facta, accidat vigilare & dormire animalibus: poſt hoc dicendum. Aliis igitur animalibus, quemadmodum non habentibus, ſanguinem, exiſtimādum eſt cauſas eſſe paſſionis vel eaſdem, vel proportionales, ſanguinem vero habentibus, quæ quidem hominibus: quare ex his omnibus ſpeculandum.

Determinat de cauſa materiali ſomni. Et primo dat intentionem ſuam, vt patet, ſecundo p̄mittit quandā ſuppoſitionē dicens, q̄ eadem eſt cauſa materialis ſomni & ꝓportionalis animalibus habentibus ſanguinem, et in non habentibus. Et nota q̄ cauſam materialem ſomni vocat iſtam partem corporis, quæ eſt primum ſubiectum: quæ eſt principium ſenſus. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quod igitur ſenſus initiū ab eadē animaliū ſit parte à qua motionis exordiū eſt, in alijs prius ē determinatū. Hæc autē cū tripartita ſint loca, media ſanè ſita eſt inter caput & imum uentrem. In iis igitur, quæ ſanguine prædita ſunt, ea eſt pars, quæ in corde ſita eſt: omnia nāq; ſanguine prædita cor habent. & ſenſus, motionisq; propriæ initium inde eſt.*

Quod igitur ſenſus principium, ſit ab eadem parte animalis, à qua quidem & motus, determinatum eſt prius in alijs. Ipſa vero eſt triū de-

terminatorum locorũ, qui medius est inter caput & inferiorem ventrem. Habentibus quidẽ igit̃ sanguinem, hoc est quę circa cor pars. Omnia enim habentia sanguinẽ cor habent & principium motus, & sensus principalis huius est.

Cā materialis somni & vigiliæ q̃ sit,

Determinat intentũ tali rõne. Cor vel aliquid sibi cordi est principiũ sen:us: Sed somnus & vigilia primo & p se sunt circa principium sensus, vt probatũ fuit pri⁹: ergo sunt primo circa cor vel aliquid sibi cordi, ut circa primũ subiectũ. Hui⁹ rõnis probat Maiorẽ tali prosyllogismo. Eadẽ pars animalis est principiũ sensus & mot⁹, sicut de terminatũ est i lib. de Animalib⁹: sed cor & sibi cordi, vel ꝓportionale, est principium motus: ergo est principium sensus. Huius rõnis primo ponit Maiorẽ, & secundo Minorem, & conclusionẽ dicens, q̃ ista pars animalis est media trium locorum. Inter caput enim & deorsum vẽtris, id est medium ſm veritatem, inter cerebr̃ & caput, quæ sunt alia membra principalia: & hæc pars in omnibus habentibus sanguinem est cor: in alijs non habentibus sanguinem, ꝓportionale cordi est principiũ motus & sensus ab hac ꝑte. Et hoc dicit. ibi {Ipsa uero.} Deinde cũ dicit.

N. LEON. *Motus igitur initium q̃ spiritus sit principiũ, manifestum est: & omnino refrigerationis origo inde est.*

Motus quidem igitur & spiritus, manifestũ q̃m principiũ, & oĩno qui refrigeratiõis, est hic.

Corẽ principiũ spũs.

Ostendit p̃missas p̃dicti prosyllogismi. Et primo Minorẽ, s. q̃ cor est principiũ spũs in habentibus sanguinẽ, sic. Cor est principiũ refrigerationis, quę fit ꝑ attractionẽ spũs. cor ergo est principiũ spũs. Huius rõnis solũ ponit medium, cũ dicit. {motus quidẽ.} Deinde cum dicit.

N. LEON. *Et iis, quæ respirant, humoreq; refrigerantur, ad salutẽ illius quod in hac parte est calidi, natura comparauit, qua de re seperatim infra pertractabitur.*

a. l. respirantia, * a. l. refrigerantia.

Et [a] respirationem autẽ & humido * refrigerationem ad salutem eius, qui est in hac particula caloris, natura tribuit. Dicetur autem de ipsa postea seperatim.

Ad qd natura dedexit aĩali respirationẽ.

Declarat illud sic. Natura dedit animali respirationẽ, vt ꝑ aerem humidũ inspiratum infrigidet calor naturalis cordis ꝓp salutem eius: aliter enim sanguis, qui est in corde inflammaret, & cõbureretur cor. Et nascitur iste calor propter intermissionem sanguinis in thalamis cordis: & continet cursum illius in dextro thalamo eius. De hac autem natura respirationis determinatur in Libro de Respiratione & Inspiratione. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Iis autem quæ sanguine carent, & insectis: & iis quæ non respirant, in proportione illi correspondẽte parte, connatus enim spiritus cum exurgens, tum uero residens continetur. palam autem est hoc in iis, quæ ex unica membrana integras habent alas, ut uespæ sunt, et apes, & muscæ, & reliqua id genus omnia.*

Non habẽtibus vero sanguinem, & insectis & non suscipientibus spiritum in proportionali plantatus spiritus * inflans & residens videtur. Palam autẽ hoc in his quæ sunt * totala, puta vespis, apibus, & muscis, & quæcunq; hmõi sunt.

a. l. exurgens. a. l. totipẽtia.

Ostendit idem in non habentibus sanguinẽ dicens q̃ cum illis non sit respiratio ꝑ aliquod organũ deputatum ad hoc, cuiusmodi est camera pulmonis in habẽtibus sanguinẽ, in non habẽtibus est aliquid proportionale cordi, in quo est spiritus complãtatus ad refrigerationẽ caloris naturalis in ipso existentis, q quidem spũs complantatus est ꝑ subtiles poros corpis, cuiusmodi sunt aĩalia sensitiua, quæ vocant̃ totala: sicut vermes, & vespę, & muscæ. Et hmõi dicũtur totala quæ in qualibet parte alata, & ꝑ totum corpus. Et ita habẽt spiritum ad refrigerationem membri, quod est simile cordi. Deinde cum dicit.

N. LEO. *Sed quoniã mouere quippiã, aut facere sine ui haud quaquam fieri posse uidetur, robur autem spiritus cõtentio efficit. spirantibus quidem eius, qui extrinsecus aduenit, non spirantibus autem, eius qui est connatus.*

Quoniam autem mouere quidem, aut facere aliquid sine robore non est possibile. Vigore autem facit spiritus detentio. Et spirãtibus qui dem, quæ deforis, non respirantibus vero ea, quæ ingenita est.

Probat secundam partem minoris prosyllogismi. s. q̃ illud quod est sibi cordi, est principium motus sensibilis sic. Si motus localis est à vigore & spũs perseuerãtia: q̃m spiritus inspiratur ꝑ organum proprium in animalib⁹ respirantibus, & nõ respirantibus est complantatus intra: ergo & locus motus localis est à spiritus perseuerãtia: & ita à corde, quod est principium spiritus. Huius rationis primo ponit primã propositionẽ cũm dicit. {Q̃m aũr.} secundo secundã cũ dicit. {Vigorẽ.} Deinde cũ dicit.

Iccirco bombum quendam facere animaduertuntur illa, quæ alas habent cum mouentur, spiritus scilicet attritu in transuersum sẽptum incurrẽtis eorum, quæ membranaceas habent alas.

Ideo & bombantia alata videntur cum moueantur attractione spiritus offendentis ad succinctorium totalorum.

Ostendit sc̃dm per signũ dicens, q̃, qa vigor est à spũs perseuerantia, ideo & bombãtia, quæ sunt uermes facientes sirichum, videnẽ continue mota, eo q̃ mouet̃ per attractionẽ spiritus reuerfata ad membr̃: quod dicitur succinctorium in totalis. Et dicitur à quibusdam succinctorium dyaphragma, q̃ est pellis diuidens superiora vẽtris ab inferioribus: siue spiritualia à nutritiuis, ad quam pellem fit reuerberatio spiritus. Et potest dici q̃ est membr̃ in totalis, qd̃ est, ꝓportionale cordi, ad quod omnes partes totalis succinduntur: siue innituntur, sicut ad aliquid sui principium, per quod sustentatur: sicut omnes partes terræ sustentantur ad centrum. Deinde cum dicit.

Mouẽtur autem omnia sensu aliquo uel cognato, uel alieno in primo sensiterio facto. Quod, si somnus & uigilia huiusce passiones sunt partis, in quo sanè loco, & in qua parte primo fiunt somnus & uigilia, manifestum. Mouentur autem plæriq; dum dormiunt, multaq; faciũt uigilantium opera, nõ tamẽ sine imaginibus, sensuue aliquo. somnium nanq; quodammodo sensus quidã est: qua de re paulo post dicemus. Cur autẽ somniorum quidã à somno excitimeminerũt, uigilantiũ uero opera nõ recordentur, in Problematicis Quæstionibus est pertractatũ.

Mouetur autẽ omne aliquo sensu facto, proprio vel alieno ī primo sensitiuo. Si vero ẽ somnus & vigilia passio partis hui⁹: in quo loco quidem, & in qua particula primo sit somnus et vigilia, manifestum. Mouẽtur autem quidam dũ dormiunt, & faciũt multa, quæ vigilantiũ sunt, non tamen absq; phantasmate & aliquo sensu. somnium enim est quodammodo sensamentum. Dicendum est autẽ postea de ipso. Cur vero somnia memorantur expergefacti, vigilum vero actus non memorantur, in Problematicis dictum est.

Ostendit

Oſtendit Maiorẽ pro ſyllogiſmi ſic. Oẽ animal, quod moueẽ, mouetur per ſenſum aliquẽ factum in primo ſenſitiuo ad præſentiam alicuius ſenſibilis proprij vel alieni .i. ſenſibilis per accidẽs, ideo illud eſt principiũ motus & ſenſus. Huius rationis ponit præmiſſas cum dicit {Mouetur autem.} Deinde ponit maiorem prioris rationis cũ dicit. {Si vero} & tertio infert principalem concluſionẽ cum dicit. {In quo loco quidem.} &, quia ſupra dixit ꝙ motus localis fit per ſenſum factum in præſentia ſenſibilis, ne aliquis obiiceret ꝙ dormientes mouẽtur localiter aliquando, qui non ſentiunt in actu, reſpondet dicens, ꝙ dormientes mouentur & faciunt opera vigilantium propter præſentiam phantaſmatũ in primo ſenſitiuo: et ideo mediante ſenſu quodam & imaginatione, quæ ſenſui aſſimilatur. Somnium enim eſt ſimilitudo ſenſibilium, ſicut dicitur inferius, & hoc eſt. {Mouentur autem.} Et tunc in fine addit cauſam quare expergiſcentes à ſomno, memorantur ſomnia quæ vident, & non memorãtur actus vigilantium, quos fecerunt dum dormierunt. hoc determinauit in Libro Problematum, quem non habemus, in quo tractauit quaſdam conſimiles quæſtiones de naturalibus. Et hoc eſt ꝙ dicit (qui vero ſomnia.)

Quare dormiẽtes, aliqñ faciant opera vigilantium.

LECTIO. V.

Quibuſdam ſuppoſitis vera ſomni ac Vigiliæ efficiens cauſa aſſignatur, & ſignis nonnullis comprobatur: ſomni item concluditur definitio.

N. LEON. *Conſequens autem eſt iis, quæ dicta ſunt recẽſere quibus nam effectis rebus: & unde paſſionis cum vigilandi, tum dormiendi origo deducatur.*

CONſequens aũt eſt ex eis, quæ dicta ſunt, aggredi, quibus factis, & vnde principiũ paſſionis ſit vigilandi & dormiendi.

Determinata cauſa finali ſomni, & materiali, & etiam vigiliæ ſimiliter, hic determinat cauſam efficientem eorum. Et diuiditur iſta pars in duas. In prima ponit intentionem, In ſecunda proſequitur, et ſecunda ibi {Palam itaq;.} Et iſta in duas. In prima præmittit quinq; ſuppoſitiones, et ſubiungit quoddam incidens cum dicit. {Dictum eſt.} In ſecunda proſequitur intentum, ibi {Nõ eſt autem ſomnus.} {Et hæc in duas, Primo determinat cauſam efficientem ſomni, in ſecunda determinat efficientẽ vigiliæ, ibi {Expergiſcuntur autem.} Et prima in duas: quia enim omne efficiens ſomni eſt efficiens impotentiæ ſentiendi, et non conuertitur, ideo primo oſtendit ꝙ animal eſt efficiens impotẽtis ſentiendi: ita ꝙ ſomniat, in ſecunda vt diximus, oſtendit quid eſt cauſa efficiens ſomni. Et iſta in duas. Primo dat cauſam efficientem ſomni, ſecundo verificat eam, et ſecunda ibi {Signum aũt etc.} Et iſta in ſeptem ſecundum ſeptem ſigna, et ſecũdum ibi. {Amplius autem.} tertium ibi {Et egritudines.} quartum vero ibi. {Ampliꝰ autem.} quintum vero ibi. {Et propter hanc vero cauſam.} ſextum ibi. {Et ideo etc.} ſeptimũ ibi. {Nec melancholici.} Et iſta in duas, in principalem & corollariam. ibi {Ideo melancholicus &c.} Prima in duas. Primo ponit ſignũ, in ſecunda ibi. {Quare manifeſtum ex omnibus prædictis.} Infert principalẽ cõcluſionẽ. Primo ergo dat intentionẽ ſuã. Secũdo ibi.

N. LEON. *Manifeſtum autem eſt, quoniam, cum animal ſimul ac ſenſum habere cœperit, neceſſe ſit & alimentum initio aſſumere, & augeſcere.*

Palam itaq; quòd neceſſarium eſt animali, cũ ſenſum habeat, tunc primo nutrimentum ſuſcipere & augmentum.

Aial ꝙpriũ hẽt ſenſum. ceſſe ſum in rio & augeri.

Præmittit quinq; ſuppoſitiones. Quarum prima eſt ꝙ neceſſarium eſt cuilibet animali, ꝙ cito habet ſenſum in principio, recipere tam nutrimentum ꝙ augmentum. et nutrimentum recipit vſq; ad extremum vitæ, licet nõ augeatur. Et cauſa huius eſt, quia cõtinua fit deperditio partium animalis per mutuam actionẽ qualitatum elementalium in toto tempore vitæ ſuæ. et ideo cõtinua indiget reſtauratione, quæ fit per nutrimentum. ſed augmẽto nõ indiget, niſi vſq; ad perfectam quantitatem ſuæ ſpeciei et ideo non ſemper indiget augmento. Secundò ibi.

N. LEON. *Vltimum autem omnibus eſt alimentũ, ſanguine quidem præditis ipſa ſanguinis natura: carentibus uero ſanguine, id quod proportione illi reſpondet.*

Nutrimentum autem eſt omnibus extremum. his quidem quæ ſanguinem habẽt, ſanguinis natura: his vero, quæ ſanguinem nõ habent, proportionale.

Secũda ſuppoſitio. Ponit ſecundam ſuppoſitionem, quæ talis eſt, ꝙ ſanguis eſt primum nutrimentum cuilibet animali habenti ſanguinem: ſed non habentibus ſanguinem eſt nutrimentum id, quod eſt proportionabile ſanguini. Tertio ibi.

B N. LEON. *Sanguinis autem receptacula ipſæ ſunt uenæ.*

Locus vero ſanguinis, venæ.

Tertia. Ponit tertiam, ſcilicet ꝙ venæ ſunt continentia ſanguinem, per quas ſicut per vias, defertur ſanguis ad omnes partes corporis alendas. Quarto ibi.

N. LEON. *Quarum origo eſt cor, ex ſectionibus autẽ palam eſt quod dicitur.*

Harum autem principium cor: palam autẽ quod dicitur, eſt ex diſſectionibus.

Quarta. Ponit quartam, quòd principium venarum eſt à corde: et ab eo ortum habent: ſicut patet in Libro de Animalibus. Quinto ibi.

N. LEON. *Alimento igitur extrinſecus in ſuſceptiua ingrediente loca, exhalatio ſane ad ipſas fit uenas, ibiq; immutatum in ſanguinem uertitur, ad principiumq; tendit.*

C Foris igitur alimento ingrediẽte in ſuſceptiua loca, fit euaporatio ad venas: ibi vero tranſmutatur & in ſanguinem vertitur & vadit ad principium.

Quinta. Quę ſint loca ſuſceptibilia nutrimenti. Ponit quintam, quæ eſt, ꝙ nutrimẽtum ab extrinſeco intrat in loca ſuſceptibilia nutrimenti: quorum autẽ primus eſt ſtomachus, ſecundus eſt hepar, tertius eſt cor: et ab iſtis locis egreditur nutrimentũ ad venas. Et, quia nõ totum nutrimentum eſt receptum, ſed ſolum pars ſubtilis ad venas deferẽ, ideo dicit ꝙ (fit euaporatio ad venas) et pars groſſa per digeſtionem in ſanguinem cõuertitur: et conſequenter vadit ad ſuum principium, ſ. cor: vbi fit multa digeſtio ſanguinis præter illam, quæ erit in ſingulis membris. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *De iis autem in libello de Alimento dictum eſt. Verum hac de re quædam in præſentia eius gratia ſunt repetenda, ut motionis initia contemplemur: quaue re ſenſitiua particula affecta ſomnus accidat & uigilia.*

D Dictum eſt autem de his in his quę de Nutrimento: nunc autem repetẽdum eſt de ipſis huius gratia, vt principia motus ſpeculemur: & quid patiente particula ſenſitiua, accidit vigilia & ſomnus.

Excuſat ſe Philoſophus. Excuſat ſe à ſufficienti determinatione de nutrimento diçens, quòd ſufficiẽter determinauit de hoc in Libro de Animalibus, et in alijs libris. Prædicta autem hic ſunt repetita, vt per ea inquiramus cauſas ſufficientes ſomni et vigiliæ, quæ, ſcilicet facient huiuſmodi paſſiones in parte ſenſitiua. Deinde cùm dicit.

Non enim quæcunq; ſenſitiuæ partis imbecillitas (ut diximus) ſomnus eſt. amentia nanq; & præfocatio quædam, & animi defectus eiuſmodi efficiunt imbecillitatẽ.

pleriſq; autem in ualido animi defectu, aliquando facta eſt fantaſia. uerum hoc aliquam ſanè habet difficultatẽ: ſi enim animo defectum dormire cõtingit, fantaſma profecto illud ſomnium eſſe cõtinget. Porrò multa ſunt, quæ referre ſolent ii, qui in uehementi animi defectu fuere, & qui pro mortuis ſunt habiti: de quibus omnibus eadem exiſtimanda eſt ratio.

Non enim eſt ſomnus quælibet impotentia ſenſitiui, vt dictum eſt. Etenim amentia & ſuffocatio aliqua, & animę defectio facit huiuſmodi impotẽtiam. Iam autem facta fuit phantaſia quibuſdam, defectum animæ patientibus forti ter. hoc quidem igitur aliquam habet dubitationem. Si enim cõtingat obdormire defectionem animę patientem, cõtingit vtiq; ſomnium eſſe & phantaſma. Multa autem ſunt, quæ dicunt, qui animo defecerũt, & qui viſi ſunt mortui eſſe. De quibus omnibus eandem rationem eſſe opinandum eſt.

Non oẽ efficiens impotentiã ſentiẽdi efficit ſomnum.

Oſtendit intentum. Et primo oſtẽdit, ꝙ aliquod eſt efficiens impotentiam ſentiendi, non tamen ſomnum: ſicut amentia, & ſuffocatio, & animæ defectus faciũt impotentiam ſentiendi: ergo non omne efficiens impotentiam ſentiendi efficit ſomnum. Vnde in iſta ratione primo ponit concluſionem. Deinde medium, ibi {Etenim amentia,} tertio oſtendit ipſum ſic. Si defectus animę eſſet ſomnus, cum patientibus defectum animæ multa phãtaſmata apparent, ſicut & dormientibus, illa phantaſmata ſomnia eſſent: ſed hoc eſt impoſſibile: ergo et primum. Eadem ratio eſt de laborãtibus morbo caduco, qui ſunt quaſi mortui: & aliis huiuſmodi paſſionib⁹ defectum ſenſus facientibus aliqua paſſione graui. Nullus enim talis dormit. Deinde cum dicit,

N, LEON.

Cæterum (ut diximus) non quælibet ſenſitiuæ partis imbecillitas eſt ſomnus, ſed ab alimenti exhalatione hæc ſanè efficitur paſſio. Quod enim exhalat quodammodo impelli, tum retrocedere & commutari Euripidi more neceſſe eſt. Calidum autem cuiuſq; animalis ſurſum natũ eſt ferri. cum uero in ſupernis fuerit locis, ſimul rurſum remeat & retro fertur. Vnde ſit ut poſt cibum potiſſimum fiant ſomni. tunc enim multum ſimul, & corpulentum humidum ſurſum fertur: quod ſimul ac cõſtiterit aggrauat certe dormitareq; facit, cum uero ad inferna delabitur, retrocedenſq; ipſum propellit calidum, tunc ſanè ſomnus efficitur, dormitq; animal.

Sed vt diximus non eſt ſomnus impotentia omnis ſenſitiui, ſed ex vaporatione circa nutrimentum paſſio fit hæc. Neceſſe enim eſt quod euaporatum eſt, pulſum quouſq; impelli: deinde cõuerti & permutari, ſicut Euripum. calidũ vero cuiuſq; animalium ad ſuperiora natum eſt ferri: cum autẽ in ſuperioribus locis fuerit multum ſimul, iterum reuertitur, ferturq; deorſum, & reuertendo propellit calorem. Et ideo maxime fiunt ſomni à cibo. Nam repente tunc multa humiditas & corpulentia ſurſum fertur: conſtans quidem grauat & facit dormire, cum vero fluxerit deorſum, & reuertens repellit calorem, tunc fit ſomnus & animal dormit.

De Euripo, Lege Eraſmi adagia & Geographos.

Oſtendit quid eſt cauſa efficiens ſomni, dicens ꝙ non omnis impotẽtia ſenſus eſt ſomnus, ſed illa, quę fit ex euaporatione nutrimenti. Sicut enim principiũ, quod eſt ſeruor maris, per incorporationem caloris aſcendentis vſq; ad medium interſtitium aeris, congelatur & deſcẽdit: ita eſt circa operationes nutrimenti, quibus calor incorporatur, neceſſe eſt aſcendere ad ſuperiorẽ partem animalis, ſ. cerebrum, & cum ibi fuerint, impelliũtur & inſpiſſantur in nube per frigiditatem cerebri: & conſequenter deſcendit propter ſui grauitatem per venas, in quibus defertur calor naturalis: & etiam ſpiritus ad ſenſus exteriores miniſtrantes ſenſum & motum animalis: & ita obturant ue nas illas & repellunt calorem naturalem & ſpiritus ad interius corporis: & ita vacat officium ſenſus & fit ſomn⁹. Eſt enim vapor iſte multum humidus, & ẽt corpulent⁹: & ita mouetur cum inſpiſſatur in venis & grauat animal & facit illud dormire vel ſomniare. Deinde cum dicit.

Cã efficiens ſomni ẽſt impotẽtia ſenſus, quæ fit ex euaporatione nutrimenti.

N, LEON.

Inditio autem ſunt ſoporifera. hæc enim omnia caput aggrauant, ſiue eſculenta fuerint, ſeu poculenta, ut papauer, mandragora, uinum, lolium. quietiam qui in ſomnum delabuntur, & dormitãt, iſtuc pati animaduertuntur caputq; & palpebras haud quaq; attollere poſſunt: atq; iſtiuſmodi potiſſimum ſomnus eſt poſt aſſumptos cibos. multa enim tunc à cibis eſt exhalatio.

Signum autem horũ, & ſomnifera. Omnia enim grauedinem capitis faciunt: & potus & cibi, vt* opium & mãdragora, vinum, & lolium. Et q deorſum ferũtur, & qui dormitant, hoc videntur pati: & non poſſunt leuare caput & palpebras. Et poſt cibaria maxime, talis ſomnus. Multa enim, aſcendit à cibis euaporatio.

*a, l. ſiue papauer.

De mãdragora vide Plinium lib. 25. cap. 13.

Verificat hanc cauſam per ſeptem ſigna. Primum eſt, ꝙ omnes cibi & potus ſunt vaporatiui, & faciunt grauitatem capitis & longum ſomnum, ita ꝙ homines nõ poſſunt leuare & aperire palpebras per multum tempus: cuiuſmodi cibus eſt opium thebaicum, & etiam vinum in magna quantitate acceptum. Poſt etiã cibos quoſcunq; acceptos, maxime accidit ſomnus, eo ꝙ multa euaporatio fit à cibis &c. Deinde cum dicit.

Primum ſignum.

Quis cibus maxime faciat lõgum ſomnum.

N, LEON.

Ex *laboribus præterea quibuſdam ſomni fiunt. nam labor certe liquandi uim habet: id autem liquamentum quaſi crudum eſt alimentum, niſi fuerit frigidum.*

Amplius autẽ ex laboribus quibuſdam. Nã labor quidem colliquatiuus. Colliquatiuum vero fit quemadmodum nutrimentum indigeſtũ, ſi non frigidum ſit.

Ponit ſecundum ſignum. Et eſt ꝙ homines multũ dormiunt poſt labores corporeos, & etiam ſpirituales. Nam talis labor diſſoluit partes corporis, & facit multos vapores aſcendere à partibus corporis diſſolutis, ſicut et nutrimentum eſt multum vaporatiuum: cum non multum ſit digeſtum perfecte, ut omnino frigido indigeſtum, ꝙ, ſ. fit ex euaporatione aſcẽdente ad cerebrum. Et hoc dicit, ibi {Amplius autem.} Deinde cum dicit.

Secundum

N, LEON.

Morbi quinetiam quidã idipſum efficiunt, quicunq; ab excrementis cum humidis, tum calidis ſiunt: quod febrientibus & letargicis accidit.

Et ægritudines quædam illud idem faciunt, quæcunq; à ſuperfluitate calida & humida, vt accidit febricitantibus atq; lethargicis.

Ponit tertiũ ſignum. Et eſt, ꝙ ęgritudines quędã, quæ cauſant à ſupfluitate humida, cuiuſmodi ſunt febres quæ faciunt multũ dormire. Et hoc eſt pp multas euaporationes aſcendentes à tali ſupfluitate aſcendente, humidũ. n. eſt materia vaporis, et calidũ efficiens. Deinde cũ dicit.

Ter

Prima

N. LEON. *Prima quinetiã ætas. infantes nanq; uehementer dormiunt, quoniam uniuersum sursum rapitur alimentum. huiusce aũt rei signum q; supernarũ partiũ magnitudo in prima ætate infantas excedit, qa ad illas fit accessio.*

Amplius autem prima etas. Pueri enim dormiunt vehementer, eo q; nutrimẽtum sursum fertur omne. Signum autem, q; magnitudo superiorum membrorũ excedit inferiora in prima ętate, eo q; adhęc fiat augmentum in his.

Quartum. Pueri quãt multũ dormiant.

Ponit quartũ. Et est, q; in prima ætate multus fit somnus, vt in pueris, eo q; in ipsis maxime ascendunt euaporationes à nutrimento: nutrimentum autem pro maiori parte sui sursum fertur, & signum huius est, q; in tali ętate partes superiores excedũt in magnitudine partes inferiores propter accessum nutrimenti. Deinde cũm dicit.

N. LEON. *Et hanc etiam ob causam epilepsiam incurrere solent. Porro epilepsiæ similis est somnus: quamobrem plærisq; huius morbi initium dormientibus accidere consueuit. & sanè dormientes tentantur, uigilantes uero minime. Cum enim multus sursum latus fuerit spiritus, rursus descendens uenas turgescere facit, quibus meatum per quẽ fit respiratio obstruit.*

Propter hanc vero causam & epileptici fiũt. Simile enim est somnus epilepsiæ: & est quodã modo somnus epilepsia. Et ideo accidit multis principium huius passionis dormientibus. & dormientes quidem capiuntur, vigilantes vero nõ. Cum enim multus feratur spiritus sursum, descendendo rursum venas tumefacit, quibus coarctat porum, quo respiratio fit.

Quintum. Morbus caducus quo causetur.

Ponit quintum signum. Et est, q; quidam morbus, qui vocatur epilepsia, q est morbus caducus, fit propter multas euaporationes ascendentes ad cerebrum. Talis morbus est similis somno & est quodammodo somnus: quia cum deberet somnus naturalis fieri propter supabundantiam vaporum densorum descendentium & obturantiũ venas, intantum tumefiunt venæ q; arteria, per quam fit respiratio vitæ intantum cõstringitur, q; pene deficit spiramen vitæ: & ita fit per somnum morbus. Vnde & frequentius dormientibus accidit talis passio, & raro vigilantibus. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quapropter neq; infantibus, neq; eorum nutricibus conferunt uina. nihil enim fortasse refert ipsi, an nutrices bibant. paucum autem bibere debent, & dilutum: spirituosum nanq; est uinum, imprimisque quod est nigrum. adeoq; supernæ partes infantibus alimento sunt refertæ, ut neq; quinq; mensium ceruices inflectere possint: multa nanq; humiditas, quẽadmodum ualde ebrijs, sursum fertur. quietiam rationi consentaneum est hmõi passionem esse causam, cur ab initio in uulua quiescant fœtus.*

Ideo pueris non conferunt vina neq; nutricibus: differt enim nihil forsitan ipsos bibere, vel nutrices. Sed oportet bibere aquaticum & modicum. spirituosum enim vinum. hoc autem magis nigrũ. Ita vero superiora plena sunt nutrimenta pueris, q; * sex mensibus neq; vertunt collum. quemadmodum enim ebrijs sursum fertur humiditas multa. Rationabile autẽ est hanc passionem esse causam, quare quiescũt in matricibus embrya primum.

Ponit quintum signum corollariæ, s. q; propter huiusmodi ascensum vaporum nõ debent pueri & nutrices bibere vinum, parum enim differt nutricẽ bibere aliquod & puerum. Sed debent bibere potum aquaticum & modicum: quia vinum est multum vaporosum: et etiam nigrum magis q; alius potus. Et tunc addit dicens, q; partes superiores pueri sunt ita repletę nutrimẽto, q; etiam, cum iam sint vigilantes, tamen suum nõ possunt vertere caput, vt ebrij propter multam euaporationem uini, quę fertur sursum in eis ad cerebrum. Huiusmodi enim superflua humiditas est causa quare embryo quiescat in matrice, & non mouetur donec illa humiditas digesta fuerit & completa. Deinde cum dicit.

Quare embryo quiescat in matrice.

N. LEON. *Omnino autẽ somniculosi sunt, qui tenues & immanifestas habent uenas: necnon pomiliones, & qui magni sunt capitis: illorum enim angustæ sunt uenæ ut non facile defluat quæ descendit humiditas. Pomilionibus autem, & iis qui magna habent capita, sursum uersus exhalatio & impetus multus est. At uero qui latarum sunt uenarum propter liberam meatuum transmissionem, minus somniculosi sunt, nisi forte aliam quampiam habuerint passionem.*

Et ideo amatores somni, qui occultas habẽt venas: & nani, & magna capita habentes. Nam horum venæ angustæ vt non facile defluat quę descendit humiditas. nanosis vero magnaq; capita habẽtibus sursum impetus multus, & euaporatio fit. Manifestas vero habentes venas, nõ somnolenti, pp amplitudinem venarum, nisi aliquam aliam passionem habuerint contrariam.

Sextum. Sõni amatores q sint

Ponit sextum signum. Et est, q; illi, qui habent occultas venas & strictas, et similiter habentes magna capita sunt amatores somni. Et hoc est, quia in habentibus strictas venas deriuatur vapor nutrimenti descendens à cerebro in venis propter earum fortitudines, & non descendit faciliter: et ita diu repellitur calor naturalis à sensibus. In habẽtibus vero magna capita, euaporatio sursum: habentes autem magnas venas & amplas, non sunt somnolenti propter facilem fluxum vaporũ per venas capitis: nisi haberent aliquam passionem effectiuã somni. Et hoc est totum signum, q; euaporatio nutrimenti descendens à cerebro, est causa somni efficiens. Deinde cum dicit.

Quare euaporatio sit cã somni.

N. LEON. *Neq; rursum melancholici, interior nãq; friget locus: iccirco illis exhalatio non est multa. quamobrem edaces sunt cum existant duri, & quasi nihil cibis iuuentur, ita illorum efficiuntur corpora. atra nanq; bilis natura existens frigida, nutritiuum etiam locum frigidũ reddit, nec non alia ẽt loca ubi potestate istuc affuerit excrementũ.*

Neq; melancholici. infrigidatus enim est locus intus. quare non fit ipsis multitudo euaporationis. propterea & edaces dicuntur existentes cùm sint duri. & quemadmodum enim nullo fruentia afficiuntur eorũ corpora. Nigra vero cholera, cùm naturaliter sit frigida, & nutritiuum locũ frigidum facit & alias particulas, vbi cunq; existit potestate hmõi superfluitas.

Septimum signum.

Ponit septimũ signum, s. q; melancholici non sunt somnolenti. et hoc quia in eis est melãcholia, quæ est frigida, & infrigidat locum nutrimenti, vnde ẽt huiusmodi sunt edaces et duri, sicut & qui delectabile nõ cõprehendunt in nutrimento propter dispositionem communem corporis sui, semper tamen aliquod delectabile cupiunt comprehẽdere. Nigra enim cholera, quæ de sui natura frigida est, omnes partes corporis, in quib⁹ dominatur, frigidat efficit. Deinde cum dicit.

Quamobrẽ

N. LEON. *Quamobrem ex iis quæ dicta sunt palam est ꝙ somnus caloris ad interna recessus quidam est, & naturalis antiperistasis propter enarratam causam, quapropter cõtemplatis multa sanè est commotio: unde autem deficit, & infrigidatur, & ob talem frigiditatem palpebræ concidunt, & superna quidem & quæ extra sunt frigescunt, interna autem & quæ inferius sunt calida existunt, ut pedes, & quæ intrinsecus sunt.*

Quare manifestum ex his quæ dicta sunt, ꝙ somnus est quidam conuentus caloris intrinsecus, & naturalis reciprocatio, propter prædictã causam. Ideo motꝰ multus dormientis. Vnde & deficit, & infrigidatur. & propter frigiditatẽ concidunt palpebræ. Et superiora quidem frigefacta & exteriora, interiora vero & inferiora calida, velut quæ circa pedes, & quæ intrinsecus.

Somnus qd. Ex omnibus istis signis infert conclusionem principalem dicens ꝙ somnus est cõgregatio caloris intrinsecus & reciprocatio caloris naturalis ab extra, propter causam prædictam, i. propter repulsionẽ caloris à vaporibus descendentibus. Et postea cum dicit {Ideo motus} infert duo corollaria. Primum est, ꝙ propter congregationem caloris huiusmodi intrinsecus, multus est motus intrinsecus in somno, licet quies sit extrinsecus. Et tunc cum dicit {Et propter} ponit secũdum. Et est, ꝙ propter recursum caloris naturalis ad interius, infrigidatur exterius & superius. Vnde etiã palpebræ concidunt, interiora membra, & inferiora calefiunt &c.

LECTIO. VI.

Soluitur dubitatio, quo nam pacto somnus infrigidatio sit cum causæ multæ eum producentes sint calidæ. Vigiliæ demum causæ efficientes exquiruntur.

N. LEON. *Cæterum ambigere quispiã possit cur post assumptos cibos ualidissimus fiat somnus: necnõ cur soporiferum sit uinum: aliaq; pleraq; tales habentia caliditates. nam rationi haud quaquam consentaneum est. Somnum quidem esse infrigidationem, somni uero calidas esse causas.*

QVamquam vtiq; dubitabit aliquis, quia post cibum fortissimus fit somnus, & est somniferum vinum, & alia huiusmodi caliditates habentia: est autem non rationabile, somnum quidem esse infrigidationem, causas autem dormiendi calidas.

Supra posuit Philosophus causam efficiẽtem somni & probauit per signa, in ista parte mouet dubitationem circa hoc quod dictum est, ꝙ somnꝰ fit per infrigidationem & fugã caloris naturalis. Et ista in duas. In prima mouet dubitationem. In secunda soluit eam. ibi {Vtrum ergo accidat &c.} Et hæc in duas. In prima ponit solutiones aliorum, secundo ponit solutionẽ propriam. ibi {Vel dicẽ quidem &c.} Prima pars in duas secundum tres solutiones, secunda ibi {Vel quemadmodum.} tertia ibi. {Amplius autẽ multum.} Tunc sequitur illa in qua dat solutionem propriam. Et hæc in duas. Primo increpat solutionem aliorum, secundo dat suam solutionem. secũda ibi. {Verum enimuero.} Tunc sequitur alia pars quæ supra fuit diuisa, in qua dat causam efficiẽtem vigiliæ. Et hæc in duas. Primo ponit tres causas efficientes vigiliæ, secundo adaptat illas ad propositum, & secũda ibi. {Est autem tenuissimus.} Et hæc in duas. Primo facit quod dictum est, secundo epilogat. & secunda ibi {Quæ quidẽ ex causa.} Dicit ergo primo, & mouet dubitationem dicens, ꝙ ira est somnus infrigidatio: quamuis aliquis dubitare possit qualiter post cibum & potum somniferum, (quæ calidæ naturæ sunt: sicut et natura humõi calida) fortissimus somnꝰ fiat. Quare nõ videt rõnabile somnũ esse infrigidationem, cùm à calidis causetur. Secundo ibi.

N. LEON. *Vtrum igitur hoc accidit, quoniam ut uentriculus cũ inanis est, calidus sanè est. Repletio uero illum infrigidat propter motum, ita & ii qui in capite sunt meatus & loca: frigescunt subeunte exhalatione.*

Vtrum ergo hoc accidit. quia quemadmodũ vẽter, vacuus cum sit, calidus est: repletio vero infrigidat propter motũ, sic & qui in capite pori & loca, infrigidantẽ, sursum lata euaporatiõe.

Solutio. 1. Soluit dictam dubitationem. Et ponit tres solutiones. Quarum prima est, ꝙ accidit somnum esse infrigidationem, quia venter vacuus est calidus de sui natura: quare ingrediens nutrimentum & replens infrigidat. mouetur enim venter & patitur à nutrimento, et nutrimẽtum est frigidum, cùm nihil patiatur nisi à suo contrario. Et eodẽ modo, loca capitis de se et venæ calidæ sunt. Infrigidantur autem quãdo ad ipsa eleuatur euaporatio frigida nutrimenti. Et sic per euaporationem frigidam superius eleuatam et caliditate vẽtris fugata, prohibetur administratio spirituũ et caloris naturalis circa sensum, et efficitur impotentia sentiendi, qui est somnus. Secundo ibi.

N. LEON. *An ut perfusis calido confestim aduenit horror, ita eo loci calido ascendente confertum refrigerat frigus, naturalemq; hebetat calorem, eundemq; retrocedere cogit.*

Vel quemadmodum perfusis calido subito tremor fit: & ibi ascendente caliditate congesta frigiditas infrigidat. & quod secundum naturã calidum facit languescere, ac secedere.

Solutio. 2. Secunda solutio est ꝙ, sicut cum calido infunditur frigidum, fit tremor et fuga calidi: et eodem modo, cum nutrimentum frigidum ascendit ad superiora capitis, calidum fugans illud frigidum ibidẽ collocatum, facit latitare calorem naturalẽ ibidem existentem, et recedere à sensibus. Et sic causatur impotentia sentiendi, qui est somnus. Tertio ibi.

N. LEON. *Præterea multo ingesto cibo, quem secum subleuat calidum, ut ignis infrigidatur lignis superiniectis, donec concoquatur. somnus enim (ut dictum est) efficitur cum corpulentum quippiam sursum à calido per uenas ad caput fertur. cum autem non amplius potest, sed copia superauerit quod sursum est latum, iterum depellitur, & deorsum fluit. Quamobrem calido subducto, quod sursum ferebat, concidunt homines. soli enim inter reliqua animalia erecti sunt, & prolapsus quidem amẽtiam facit, postmodum uero fantasiam.*

Amplius autem multo incidente nutrimento, quod calor subleuat: quemadmodum ignis, impositis lignis infrigidatur quouscq; digerat. Fit enim somnus, quemadmodum dictum est, dum corpulentum sursum fertur à caliditate p venas ad caput: cum vero amplius non possit, sed in multitudine excedit quod eleuatũ est iterum repellitur, & deorsum fluit. Ideo cadũt homines subtracto calore, qui sursum ferebat. Solum enim animaliũ rectũ, & incidens quidẽ desipientiam facit, post modum vero phantasiã.

Solutio. 3. Tertia solutio est ꝙ, sicut ignis infrigidatur suprapositis lignis viridibus, sic quando nutrimentum est in loco digestionis et eleuatur per calorem ad cerebrũ, calor naturalis ibidem existens infrigidatur donec digeratur nutrimẽtum, et cesset euaporatio. et ita fit somnus propter infrigidationem nutrimenti corrupti et eleuati à calore p

venas

Dubitatio.

venas ad caput. Et dum ibi aggregatū est in magna multitudine, repellitur propter sui grauedinem: et fluit deorsum, impediens vias spirituum et caloris naturalis ministrantium ad sensum: et fit impotētia sentiendi, q̄ est somnus. Et sic minuitur calor naturalis, et fugatur à partibus exterioribus per vaporis frigiditatem descēdentem: qui calor sursum ferebatur à corde, et cadūt homines. Et hoc potest intelligi de casu somni siue epilepsiæ. Et dicuntur homines cadere, quia solus homo est animal rectę staturæ. Et ideo solis illis proprie dicitur cadere. Et cū cadit, primō habet uirtutem intellectiuam alteratam, et deinde phātasiam. Et illud proprie de epilepsia est verum. Et nota q̄ sic differt secunda solutio à prima, quæ ponit locum cerebri de se calidum esse, et nutrimenti euaporationem frigidam. Secunda solutio ponit calorem à corde ascendentem ad cerebrum et illum debilitari: et etiam fugari à frigiditate nutrimēti. Tertia solutio differt etiam ab illa, eo q̄ ponit euaporationē frigidam non solū per sui actionem fugare calorem naturalem, sicut aliæ ponunt, sed etiam propter sui descensum illum omnino depellere.

Deinde cūm dicit.

N. LEON. *An propositæ quidēnunc dissolutiones eiusmodi sunt ut contingat infrigidationem fieri.*

Vel dictæ quidē nunc solutiones contingentes quidem sunt, vt fiat infrigidatio.

In hac parte dat solutionem propriam. Et primo increpat solutionem aliorum dicens, q̄ non sunt omnino conuenientes, eo q̄ ponunt causam somni solū infrigidationem nutrimenti. Et sic notat q̄ omnes solutiones peccabant in hoc q̄ posuerunt euaporationem nutrimēti de se frigidam esse: et propter sui frigiditatem somnū causare, [a] quia omnis vapor de se calidus est. Deinde cum dicit.

[a] Omnis vapor de se calidus est.

N. LEON. *Verum principaliter is, qui circa cerebrum est locus, ut in alijs est pertractatum: & enim omnium, quæ sunt in corpore frigidissimum est cerebrum, iis uero quæ non habent, id quod illi proportione respondet. Quemadmodum igitur à Solis calore exhalans humidum, cum ad superius peruenerit locū, illius algore frigescit, compactūq; deorsum fertur, denuoq; fit aquatica in calidi ascensu fæculenta quidem exhalatio in pituitam coalescit. quamobrem distillationes fieri animaduertuntur. altrix autem & non morbosa concreta inferne delabitur, calidumq; refrigerat. Vt autem refrigerari possit, & nō de facili exhalationem recipiat, non nihil sanè confert tenuitas & angustia illarum, quæ circa cerebrum sunt uenularum. & refrigerationis quidem hæc est causa, quamuis caliditate redundet exhalatio.*

Verum enimuero dominus est locus qui circa cerebrum, quemadmodum dictū est in alijs. Omnium vero, quæ in corpore, frigidissimum cerebrum. non habentibus vero, quæ æquiualens huic pars. Quemadmodum igitur humidum, quod euaporat à Solis caliditate, cum venerit ad supremum locum, propter frigiditatē suam infrigidatur, & congestum deorsum fertur, factum rursus aqua: sic in eleuatione calidi ad cerebrum superflua quædam euaporatio in phlegma redigitur: Ideo & catarri videntur ex capite fieri. Nutritiua vero & non ægrotatiua deorsum fertur congesta: & refrigerat quod calidum est. Ad infrigidandum vero & non facile suscipiendum euaporationem, confert & tenuitas & angustia venarum circa cerebrum. In

Cerebrū ē frigidissimū omniū q̄ in corpore sunt.

A frigidationis quidem igitur hæc est causa, cūcq; euaporatio exuperat caliditate.

Soluo vera.

Soluit dicens, q̄ locus circa cerebrum est locus frigidissimus omnium locorum in animalibus habentibus cerebrum: et in non habētibus cerebrum, illud, quod est proportionabile cerebro, est frigidissimum. Vnde, sicut illē vapor humidus eleuatus in aere per calorem adeptum, vel calorem Solis, cum deuenit ad medium interstitiū aeris infrigidatur per frigiditatem loci, et congelatur in nubem et fit aqua, et consequenter propter sui grauedinem descēdit: eodē modo vapor calidus de se eleuatus à nutrimento propter sui calorem, cum venit ad cerebrum ibidem infrigidatur per naturam loci, et comprimitur p nubem, licet de se calidus sit, quare postea descēdit. Et quod est ęgrotatiuum descendit ad nares et ad aures, et fiūt catarri: et quod non est ęgrotatiuum ascēdit. Sed nutrimentum descendit per vias venarum et repellit calorem naturalem et spiritus ascendentes à corde: quibus impulsis in B frigidantur loca superiora et exteriora, et fit impotentia sentiendi. Et ad infrigidandum huiusmodi vaporem calidum eleuatum, et vt diu descendat, confert multum tenuitas, et strictitudo venarum circa cerebrum. Et ita patet q̄ infrigidatio est causa somni, quę tamen infrigidatio est à frigiditate loci circa cerebrum originaliter, et nō à frigiditate euaporationis ascendentis, sicut ponunt aliæ solutiones: immo illa in suo ascensu calida est. Deinde cum dicit.

Infrigidatio est causa somni.

Excitantur autem quando fuerit concocta & euicerit quæ compulsa fuerat in angustum à circunstanti copiosa caliditas: sanguisq; crassus à sinceriore discretus fuerit.

Expergiscuntur autē cum digestio facta fuerit: & vbi multus ille calor, qui à frigore circunfuso, in angustum fuerat redactus obtinuerit: C Et discretus quoq; fuerit corpulentior sanguis atq; purissimus.

Determinat causam efficientem vigiliæ. Et primo ponit tres causas efficientes vigiliæ. Prima est completio digestionis. Quando enim completa digestio est, cessat euaporatio, quæ causa est somni. Secūda causa est, quādo calor naturalis, qui expulsus est ad interius, et angustia venarum à frigiditate ipsius vaporis circunstantis obtinuerit contra frigus illud. tunc enim dissoluit illum vaporē congestum in venis, et facit descendere deorsum et ascendit sursum ad sensus. Et hoc forsan est causa vigiliæ, quando aliquis excitatur à somno. Tertia causa est, quando facta est diuisio sanguinis puri ab impuro in corde, vbi est digestio. Prima enim digestio est in stomacho, vbi colligitur subtile nutrimētum, et mittitur ad hepar, grossum autem descendit ad intestina. Secunda digestio est in hepate. ibi enim digeritur illud subtile in sanguinem, et mittitur ad cor. In medio thalamo cordis fit etiam tertia digestio. tunc cum fit discretio sanguinis puri ab impuro. D Et hoc ibi {Et discretis.} Deinde cum dicit.

Cāæ efficiētes vigilię q̄ sunt.

N. LEON. *Est autem tenuissimus quidem sanguis & purissimus is qui est in capite: crassus autem & fæculentus maxime ille qui in infernis ē partibus. Vniuersi uero sanguinis origo (ut hoc in loco, & in alijs etiam determinatum est) ipsum est cor. Eorum autem qui in corde utriq; sunt sinus, communis est medius: illorum uero uterq; ab utraq; suscipit uena, & ab ea quæ magna uocatur, et ab aorte, in medio autem fit secretio. Verum de iis constituere magis proprium aliorum est sermonum.*

Est autem tenuissimus quidē sanguis & purissimus qui in capite, densissimus autem & turbidissimus qui in inferioribus partibus. Omnis

vero

vero sanguinis principium (sicut dictum est hic & in alijs) est cor. Horum autem qui in corde vtriusq; thalami, cõmunis est qui medius: quorũ vterq; suscipit ex vtraq; vena: & ex ea, quæ vocatur magna, & quę Aorta. In medio vero fit discretio. Sed definire quidem de his alijs sermonibus est conuenientius.

Manifestat hanc causam dicens, q̃ tenuissimus & purissimus sanguis est ille, qui transmittitur ad nutrimentũ capitis: & turbidissimus, qui mittitur ad nutrimentum partis inferioris. Vtriusq; enim sanguinis principium est cor, vt dictum est in Tertio libro de Animalibus. In corde sunt tres thalami, s. dexter, qui recipit sanguinem à vena, quæ dicitur Aorta: & est principium venarũ non pulsatilium, quæ communiter vocantur venæ. Et sinister, q̃ recipit sanguinem à vena magna: & est principium venarum pulsatilium quæ vocantur arteriæ. Et nota q̃ in venis pulsatilibus multum est de spiritu vitali & calore naturali, & parum de sanguine: in venis vero non pulsatilibus econuerso, multum est de sanguine & parum de spiritu. Et est medius thalamus inter vtrunq; qui recipit sanguinẽ ab vtroq;: & fit ibi discretio sanguinis puri ab impuro, Sed determinare de his, proprie pertinet ad librum de Animalibus, siue ad Medicinã. Deinde cùm dicit.

Cap. 19. In corde sũt tres thalami.

N. LEON. *Quoniam autem post cibi assumptionẽ maxime indiscretus est sanguis, iccirco somnus efficitur, quòd ad purior quidem secretus sursum, turbidior uero deorsum feratur: cum autem hoc contigerit, ab alimentorum leuata onere animalia excitantur.*

Quia vero fit maxime sanguis post nutrimẽti oblationem indiscretus, somnus fit quoad secernatur sanguis, hoc quidem purissimum sursum, illud vero turbidissimum deorsum. Cum autem hoc acciderit expergiscuntur, animalia absoluta ex nutrimenti grauitate.

Indiscretio sanguinis cãt somnũ. Adaptat ad propositum dicens q̃, quia sanguis cum offertur cordi & recipitur in medio thalamo est indiscretus, ideo fit somn⁹: quia grauatur cor ex sanguine, donec fiat discretio sanguinis puri ab impuro: & purus mittatur ad membra superiora, & turbidus ad inferiora. Cum autem facta fuerit digestio ista, vel diuisio sanguinis, tũc animal soluitur à grauitate nutrimenti & vigilat &c. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Quæ igitur dormiendi sit causa explicatum est, q̃ uidelicet corpulentæ rei sursum à connato calido antiperistasis adunatim ad primũ sensiterium. Præterea quid est somnus, q̃, s. primi sensiterij comprehensio ut in opus exire non possit, ex necessitate quidem effectus.*

Quæ igitur est causa dormiendi dictum est. Quia à corpulento, quod sursum fertur per ingenitum calorem reciprocatio subito ad primũ sensitiuũ. Et quid est somnus, qm̃ primi organi sensitiui comprehensio, vt non possit agere.

Epilogat. Et primo in communi, & secundo in speciali. Et primo dicit, q̃ somn⁹ est reductio caloris naturalis à loco superiori ad locum, quod est cor, cum expellitur à vapore corrupto nutrimenti per venas descẽdentis: quibus vapor ferebatur sursum ad cerebrum per calorẽ proprium. Et sic tãgit duplicem causam somni efficientem: & ex consequenti materialem, & hoc dicit, ibi {Quę quidem.} Deinde cum dicit.

N. LEON. *Non enim contingit esse aĩal, nisi ea quæ ipsum cõstituunt contigerint. salutis uero gratia, saluat enim reques.*

Non enim contingit animal esse nõ accidentibus, quæ ipsum perficiunt: propter salutẽ vero est. saluat enim quies.

Tangit causam finalem dicens, q̃ somnus est necessarius animali. Non enim potest animal esse nisi insint sibi ea quæ perficiant: quæ habere nõ potest nisi dormiat. Et ideo somnus necessarius ẽ ad salutem, quies enim saluat ipsum. Et hoc dicit, ibi {Et quæ ex necessitate est &c.}

ARISTOTELIS
DE SOMNIIS.
Cum Diui Thomæ Aquinatis præclarissima expositione.

LECTIO PRIMA.

Cuius nam partis animæ sit somnus: quod non esse sentientis simpliciter, nec opinantis, nec intelligentis, sed sentientis vt imaginantis, dicitur.

N. LEON. *Post hæc autem de somnijs est pertractãdum, in primisq; cui nam animæ parti obuersentur, & utrum contemplatiuæ passio sit, an sensitiuæ: iis enim solis ex iis quæ nobis insunt, aliquid cognoscimus.*

POst hoc autem quærẽdum est de somnio. Et primo cui earum, quæ animæ passio hoc ineſſe videtur: & vtrũ intellectiuæ particulæ passio est hæc, vel sensitiuę. His enim solũ, eorũ, quæ in nobis sunt, cognoscim⁹ aliqd.

DEterminato de somno, in hac parte determinare intendit de passione eius, quæ est somnium. Et diuiditur in duas hæc pars, {in proœmialẽ, & executiuam. ibi {Autẽ &c.} Et ista in duas. In prima ostendit cuius per se passio sit, in secunda determinat de quidditate somni, secũda ibi. {Quid autem.} Prima in duas. Primo ostendit cuius per se nõ est passio somnium, in secunda cuius per se passio sit, ibi {Sed quatenus &c.} Prima in duas. Primo dicit q̃ somnium non est per se passio sensus nec intellectus, secũdo ostendit q̃ nec est sine illis. ibi {Amplius autem &c.} Prima in duas. Primo ostendit q̃ somnium non est passio sensus, et in secunda ostendit q̃ non est passio intellectus. ibi {Sed neq; in opinione.} Illa pars in qua ostendit q̃ somnium nõ est sine illis: diuiditur in duas. Primo ostendit q̃ somnium est passio sensitiuę, in secunda ostendit q̃ est passio phantasiæ. ibi Sd autem de phantasia.} In speciali ergo sic procedit dicens, q̃ primo determinandum est cuius partis animæ somnium passio sit, vtrũ sensitiuæ, vel intellectiuæ: quia solum his duobus cognoscimus quicquid cognoscimus. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Quod si uisus opera est uisio, & auditus auditio, & omnino sensus ipsum sentire: Istæc aũt sensuum sunt communia, ut figura, & magnitudo, aliaq; huiusmodi: propria uero, ut color, sonus, sapor: conuiuens autem & dormiens nullum uidere potest animal. Similiq; modo in reliquis: iccirco manifestum est q̃ in somnis non sentimus. non igitur sẽsu somnium sentitur.*

Si itaq; vsus visus est visio, & auditus audire & omnino sensus sentire: communia autẽ sunt sensuum, velut figura, & motus, & magnitudo & alia huiusmodi: propria vero veluti color, sonus, sapor. Impotentia autem sunt omnia claudentia

dentia oculos aut dormientia, videre. Similiter autem & in reliquis manifestum quoniam nihil sentimus in somnis. Non ergo sensu somnium sentimus.

Somniũ nõ ẽ p se passio sensus.

Prosequitur. Et primo ostendit q̃ somnium nõ est passio sensus sic. In somno non operatur sensus, nec sensus somnium percipit: igitur nõ est passio sensus. Huius rationis primo ponit declarationem medij dicens, q̃ cũ actus cuiuslibet sensus fiat circa sensibile commune & proprium, & neq; illa sensibilia, neq; illa possunt apprehendere per somnium, tunc manifestum est q̃ in somnio nõ operatur sensus. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Sed profecto neq; opinatione, nõ enim solum quod accedit dicimus hominem esse uel equum, sed etiam album & pulchrum, quorum sanè aliquid uere uel falsò sine sensu opinio dicere non potest. Somni autem tempore animam contingit hoc ipsum facere: nam eodem sanè modo id quod accedit, quòd homo, & quòd pulcher est, cernere conspicamur.*

At vero neq; opinione. Non enim solum adueniens dicimus hominem esse vel equum, sed & album vel pulchrum: quorũ opinio sine sensu nihil vtiq; dicet neq; vere neq; falsè. In somnis autem accidit animam hoc facere. similiter enim quoniam homo est, & quoniam albꝰ est, is qui adueniens, videmur nobis videre.

Somniũ nõ ẽ p se passio intellectus.

Probat q̃ non est per se passio intellectus sic, quia non solum apprehendimus in somniando intelligibile, sed etiã sensibile: ergo non est somnium per se passio intellectus. Et tunc ponit medium in speciali exemplo: & declarat dicens, q̃ non solum apprehendimus huiusmodi intelligibilia hominem & equum in somno, sed etiam huiusmodi album & nigrum, de quibus non potest intellectus iudicare, neq; vere, neq; falsè sine sensu. Sed de his iudicium facit anima in somno. Similiter ẽt apprehendit, qñ aliquis est homo, & quòd albus. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quinetiam præter somnium, aliud etiam quiddam intelligimus, ut cum uigilando aliquid sentimus. De eo enim quod sentimus sæpenumero etiam aliquid cogitamus: ita & in somniis præter ipsa fantasmata alia plærumq; intelligimus. id autem perspicuum esse poterit, si quis mentem adhibeat, & expergefactus meminisse conetur. iam uero nonnulli talia uiderunt somnia, qualia uidentur illi facere qui ex memorandi præceptis propositas collocãt res: illis enim plerumq; accidere solet præter somnium aliud quippiam ob oculos loco ponere fantasma. Quapropter perspicuum est, quoniam neq; somnium est oẽ quod in somnis cernitur fantasma: & quoniam quod cogitamus id opinatione opinamur.*

Amplius præter somnium, aliud aliquid intelligimus quẽadmodum in vigilando sentientes aliquid. de eo enim quod sentimus, sæpe etiã intelligimꝰ aliquid. Sic & in somnijs, p̃ter phantasmata, alia aliquando intelligimus. Videbitur autem alicui hoc, siquis adhibeat mẽtem, & tentet memorare surgens. Iam vero quidam viderunt somnia huiusmodi, velut qui videntur secundum memorativum præceptũ ponere quę proponuntur. Accidit enim eis aliud quid præter somnium, ponere ante oculos in loco phantasma. Quare manifestum, qm̃ neq; somnium A omne quod in somnijs phãtasma: & quoniam intelligimus quæ opinione opinamur.

Ostendit q̃ somniũ non fit omnino sine intellectu sic. In somnio intelligitur aliquid præter somnium quod nobis apparet, sicut apparet in vigilando, q̃, cum nos sentimus aliquid, immediate post illud aliquid intelligimus: ergo somnium non fit sine intellectu. Huius rationis solum ponit mediũ: et tunc secundo ostendit ipsum dicens, q̃ manifeste apparebit somniũ esse aliqd aliud intelligere phantasmatibus sibi apparentibus, si surgẽs à somnio reducit ad memoriam vigilãs quæ somniauit. Multi enim Lege. 2. de Aia te. 152. vident huiusmodi somnia, in quibus operatur intellectꝰ, sicut qui disponunt et iudicant quid potest seq ex his quę apparent in somnio. Ponunt enim aliquid aliud illi ante oculos suos in loco phantasmatum apparẽtium: & aliud conueniens, quod intendant prosequi & fugere. Et. h. d. ibi {Videbitur autem.} secundo concludit q̃ non omne, de quo fit iudicium in somno, est somniũ: & quod contingit intelligere in somno ea, quæ sola opinione percipi possunt. Et hoc dicit, ibi {Quare manifestum &c.} Deinde cum dicit.

N. LEON. *De omnibus autem iis intantum est manifestum, q̃ eadem res, qua in morbis uigilãtes decipimur, somni tempore eandem efficit passionem: cum sanis etiam, & probe noscentibus, pedalis tamen Sol esse uideatur. Cæterum siue idem animæ fantasticum, siue diuersum sit à sensitiuo, nihilominus nulla sit deceptio absq; uidere quippiam et sentire, peruersæ enim uidere, & perperam audire, uere uidentis quippiam est, & audientis, non illud autem quod arbitratur. Somni uero tempore positum est nihil uidere, aut audire, neq; omnino quippiam sentire. An igitur nihil quidem uidere uerum est, nihil aũt sensum pati, haud quaquam uerum. Quinimmo uisionem aliquid contingit pati, nec non alios etiam sensus. horum autem unum quodq; ut in uigilãte, applicat quidem quodammodo se sensui, non autem eo applicat modo ut in uigilãte, & aliquando quidem opinio asserit q̃ falsum est id, quod uidetur, plærumq; autem fallitur, & fantasma cõfectatur. Quòd igitur neq; opinantis est, neq; cogitantis ista passio, quã somniare uocamus, manifestũ sanè ẽ. sed neq; sentientis simpliciter: uidere nãq; esset, & audire simpliciter.*

Palam autem de his vniuersi in tantum: quoniam eodem, quo vigilantes in ægritudinibus decipimur, hoc idem in somnio facit passionẽ. & sanis vero & scientibus, pedalis tamen Sol videtur esse. Sed siue idem, siue diuersum phantasticum animæ & sensitiuum, nihilominus non fit absq; videre & sentire aliquid. Perperã enim videre & audire videntis vere aliquid est & Audientis, nequaquam tamen id quod arbitratur. In somno autem positum est nos nihil videre, atq; audire, neq; omnino sentire. Singulum autem horum in sensum quodamodo incurrit, perinde ac si vigilaret, uerum nõ eodem prorsus modo. Et quandoq; quidem opinio dicit q̃ falsum, quemadmodum in vigilans. qñq; vero detinetur, & sequitur phantasma. Quod quidem igit̃ non est opinantis neq; intelligẽtis passio hæc, quam vocamus somniare, manifestum est. Sed neq; sentientis simpliciter: videre enim vtiq; & audire simpliciter esset.

Probat

Sōp. nō fit sine sensu.

Probat quòd somnium non fit sine sensu sic, Eadem est deceptio, quæ fit in vigilando circa sensibilia, & quæ fit circa sensibilia in dormiendo, & eodem modo: sed talis deceptio non accidit nisi mediante sensu: ergo non fit somnium nisi mediante sensu. Huius rationis primo ponit Maiorem, & hoc ibi. {Palam autem.} secūdo coclusionem cum dicit (sed siue idem) Et addit cōclusionem, ꝙ non est sine sensu, siue virtus sensitiua sit eadē cum phantasmate, siue non. Et hoc dicit, quia manifestum est somnium esse virtutis phantasticæ passionē, tertio ponit Minorem. ibi {In somno autem &c.} Et, quia aliquis diceret ꝙ sensus non errat circa proprium obiectum, Minor falsa est, et ideo addit dicens, ꝙ licet visus & auditus vera sint circa proprium obiectum, non tamen vera sunt circa omne illud, de quo iudicant. Possunt enim errare circa sensibile commune, & p accidens: & hoc est videntis vere. Deinde probat ꝙ somnium non sit sine sensu & intellectu coniunctim sic, Sensus & intellectus eodem modo patiuntur à somnijs in dormiendo, quomodo patiuntur in vigilando: ergo somnium non fit sine intellectu & sensu. Huius rationis non ponit conclusionem, sed solum ponit primā partem medij cum declaratione, d. ꝙ in somnio non fit sensus simpliciter, sed aliqua passio tm̄, cum sit in sensu quolibet, ꝙ quilibet sensus eandem passionem recipit in dormiendo, quam recipit in vigilando, sed nō eodem modo penitus: & hoc est in somno. Et tunc probat secundam partem dicens, ꝙ sicut in vigilādo intellectus aliquando dicit esse falsum, quod sensus dicit esse verum: aliquando sequitur sensum dicens, cum sentiat eodē modo: & hoc ibi {Et quādoq; quædam.} Et nota ꝙ accipit hoc opinionem pro intellectu. Deinde probat conclusionem dictam. ſ. somnium non esse passionem intellectꝰ neq; sensus: quia non fit sensus simpliciter in dormiendo, & hoc ibi {Quod quidem.} Deinde cum dicit,

N. LEON. *Verum quo id fiat modo perscrutādum est. Supponatur igitur, quod alioquin est manifestū, ꝙ sensitiui fit passio, quandoquidem & somnus. non enim in alia quidem animalium parte inest somnus, in alia uero somnia uidere, sed in eadem. Quoniam autem de fantasia in Cōmentarijs de Anima dictum est. & est quidem cum sensitiuo idem ipsum fantasticum. esse autem aliud fantastico est & sensitiuo. Est autem fantasia ea quæ à sensu actu facta est motio: somnium autem quiddam apparet esse fantasma. Quod enim in somnis cernitur fantasma, somnium appellamus, siue simpliciter: seu quodammodo fiat, manifestum profecto est, ꝙ sensitiui quidem est somnia uidere, huius autem ut est fantasticum.*

Sed qualiter & secundum quem modum, consyderandum. Ponatur ergo (quod & manifestum est) quòd & sensitiui passio sit siquidem & somnus. Nō enim alicui animaliū inest somnus, alij vero alicui somniare, sed eidem. Quoniam vero de phātasia, in his quæ de Anima dictum est: & est quidem idem sensitiuo fantasticum: esse autem sensitiuo & fantastico alterū. Est autem fantasia, qui à sensu secūdum actum, fit motus: somniū vero, fantasma quoddam videtur esse: nam quod in somno fantasma, somnium dicim⁹, siue simpliciter, siue quodammodo factum: manifestum ꝙ sensitiui quidem est somniare, huius autem ſm ꝙ fantasticum.

In hac parte ostēdit cuius per se passio sit somnium. Et primo dat intentionē, secundo prosequitur. Primo ostendit ꝙ est per se passio partis sensitiuæ sic, Circa idem sunt somnus & somnium: sed somnus est p se passio partis sensitiuæ: ergo & somnium. Primo ponit conclusionem. ibi {Ponatur ergo.} secundo Minorem. ibi {Siquidem & somn⁹.} tertio Maiorem. ibi {Nō enim.} Et nota ꝙ nō est sibi contrarius: quia prius, quando probauit ꝙ somnium non est passio sensus, accipit sensum pro sensu ſm actum, qui actus in somno ligatur: hic aūt probat ꝙ somnium est passio sensitiuæ partis animę, quæ non solū comparat̄ sensui, sed imaginationi. Et ideo consequenter ostēdit ꝙ somnium est passio sensitiuæ, inquantum fantasmatis est, sic, Eadem virtus ſm substantiam est sensus & fantasmatum, sed differunt secundum esse: sed somnium est quoddam fantasma: ergo somnium est passio sensitiuę inquantum fantasma est. Huius rationis ponit Maiorem, & hoc ibi {Quoniam vero de fantasia.} Deinde ostendit eam per definitionē fantasiæ, secundo ponit Minorē cū sua declaratione, & hoc ibi. {Somniū vero.} tertio cōclusionem: & hoc ibi. {Manifestū quidem &c.}

Sofō. ſtiōis

LECTIO. II.

Passionem, quæ fit a sensibilibus in ipsis sensoriis, etiam eis absentibus aliquo modo immanere.

N. LEON. *Quid autem est somnium: & quonam fiat modo, ex iis quæ somni tempore accidunt maxime cognoscere poterimus. Sensilia enim per unūquodq; sensiterium in nos sensum efficiūt, ea autem quæ ab illis fit passio non solū operantibus sensibus sensiterijs inest, sed ēt cū recesserint.*

Quid autem est somniū, & quomodo fit, ex his, quæ circa somnum accidunt, maxime vtiq; speculabimur. Sēsibilia. n. ſm singulū sensitiuū in nobis efficiunt sensum. Et quæ fit ab eis passio, non solum inest sensitiuis dum sensus agunt, sed & dum abierint.

Ostenso cuius partis animæ somnium per se passio sit, hic determinat de quidditate eius cum alijs proprietatibus. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat de somnio quid fit, & quomodo fit, In secunda determinat de diuisione somnij, ibi {De diuisione vero &c.} Prima pars diuidit̄ in duas, In prima determinat de somnio absolute, In secunda de somnio in comparatione ad nos. ibi {Iam vero quibusdam accidūt &c.} Prima in duas. Primo dat intentionem, secundo prosequitur. ibi {Sensitiuo enim.} Et ista in duas, quia somnium est apparitio simulacrorum in somno, In prima determinat omnes apparitiones simulacrorum, In secunda concludit cuius apparitio simulacri facit somnium, secunda ibi. {Si fantasma.} Prima in duas. Primo determinat de modo apparitionis simulacri sensibilis, In secunda determinat modum apparitionis simulacri intelligibilis. Et, quia omne simulacrū sensibile apparet simpliciter vigilando & simpliciter dormiendo, & in languedine, dormiendo & vigilando, ideo determinat motus simulacrorum in his: post, in secunda modos simulacrorum apparentium in languedine vigilando & dormiēdo. ibi {Ex his &c.} Prima in duas. Primo ostendit ꝙ simulacra apparent in vigilando in absentia sensibilium, secundo determinat ꝙ huiusmodi apparitio est deceptiua aliquādo. ibi {Ad hoc autem &c.} Prima in duas in principalem & incidentalem. ibi {Quoniā vero &c.} Prima in duas. Primo ostendit suum intentū per rationes sumptas à simili, secundo per signa. ibi {Palam autem.} Prima in duas. penes duo signa, secundum ibi {Similiter autē &c.} secunda in duas. Primo probat illud per signa in visu, secundo per signa in alijs sensibus. ibi {Fiunt autem.} Prima in quatuor partes secundum quatuor signa. secunda ibi {Ab his &c.} In speciali sic procedit. Primo dat intentionem, et pater: secundo prosequitur, pbās primo hāc cōclusionē, ꝙ simulacra sensitiua non solū agunt in sensum & mouent ipsum in p̄sentia sensibilium, sed ēt in eorum absentia. Deinde cum dicit.

Simulacra sensitiua solū agūt

Similis

N. LEON. *Similis.n.iſthæc uideſ eſſe paſſio iis,& his,quæ ſunt la*
ta.Huiuſmodi nanq; nihilominus mouentur,ꝙq motor il
la amplius non attingit.is enim aerem cõmouit,qui ite-
rum commotus aliam aeris partem commouit:& hoc ſa
nè modo quoad conſiſtat, cum in aere, tum in humore
facit motum.

Similis enim paſſio in his:& in his quę ferun
tur,videtur eſſe.Etenim in latis,eo quod mouit
non vlterius tangente,mouentur.nã quod mo
tum fecit mouit aerẽ quendã,& rurſus hic mo-
tus,aliũ.Et hoc itaq; modo,quouſq;quidem ſte
terit,facit motum & in aere,& in humidis.

Primum ſi gnum. Probat hoc per duo ſigna.primum tale eſt,ſicut in mo
tu proiectorum,proꝓiciente quieſcente,ipſum proiectum
nihilominus mouetur:nam primum mouens mouet ae-
rem ſibi continuum cum ipſo proiecto,& ipſe aer motus
De motu proiectorũ. mouet aliũ aerem ſibi continuum,& ſic ſucceſſiue quę
libet pars aeris mouet aliam, donec ceſſet totus motus.
& nonſolum accidit hoc in aere,ſed in aqua,& in alijs hu
midis.Et eodem modo quieſcente ſenſibili extra vel ab-
ſente,quod eſt primum mouẽs in ſenſu:nihilominus mo
uet motus in ſenſu, mediante ſimulacro derelicto. Hu-
ius rationis primo ponit concluſionem,& poſt medium.
Secundo ibi.

N. LEON. *Similiq; modo in alterationibus fieri exiſtimandũ eſt.*
quod enim à calido caleſcit,proximum calfacit, et ad ini
tium uſq; deducit. Quamobrem in illo quod ſentit, cum
alteratio quædam ſit is qui actu eſt ſenſus, idipſum con-
tingere neceſſe eſt. quapropter paſſio hæc eſt non ſolum
operantibus ſenſiterijs,ſed etiam ceſſantibus, cum in pro
fundo,tum ſuperficietenus.

Similiter autem oportet opinari hoc & in al-
teratione.Nam quod calefactũ eſt à calido, pro
ximum calefacit:& hoc diſtribuit vſq; ad princi
pium, Quare & in quo ipſum ẽ ſentire(qm̃ eſt
alteratio quædam qui ẽm actũ ſenſus)neceſſe
eſt hoc aecidere.Ideo pa ſſio eſt nõ ſolumin ſen
tientibus ſenſitiuis,ſed quieſcentibus: & in pro
fundo,& ſuperficietenus.

Secundum ſignum. Ponit ſecũdum ſignum ſimile, ſicut eſt in alteratione,
ꝙ primum alterans alterat ſibi proximũ,& illud ſibi pro
ximum,& ſic ſucceſſiue vſq; ad vltimũ alteratiõis,quod
eſt principium quietis: quia in ipſo primo deficit virtus
primi mouentis.Et, cum ſenſus ſit quædam alteratio:ſic
erit in ſenſu. vnde paſſio fit in organo ſentiendi. Et hoc in
profundo,qñ eſt fortis & debilis. Primo ponit medium.
Secundo concluſionem. Deinde cum dicit

N. LEON. *Manifeſtum autem id eſt cum continenter aliquid ſen*
timus:nam licet ſenſum transferamus ea nihilominus co
mitat paſſio,ut de Sole ad umbrã.contingit.n. nihil tũc
cernere ob motionẽ à lumine adhuc in oculis reſtantem.

Palam autem cum continue ſentimus aliqd.
Transferentibus enim ſenſum ſequitur paſſio:
velut de Sole ad tenebras. accidit enim nihil vi
dere propter adhuc ſubſiſtentem motum in
oculis à lumine

Aliud ſignum. Oſtendit idem per ſigna in viſu,ſ. Quando aliquis vi-
det aliquod lucidum excellens,ſi transferat viſum ad res
aliquas alias,nihil videbit propter motum ipſius ſimula
cri detenti in viſu,qui expellit aerem ſibi proximum: &
ſic ſucceſſiue vſq; ad vltimum generationis,quod eſt pri
mum principium quietis:quia in ipſo deficit primo virtꝰ
primi mouentis. Cum igitur ſit ſenſus quędam alteratio,
ſic erit in ſenſu,ſcilicet ꝙ quieſcente ſenſibili primo mo-
to,adhuc ſit motus in ſenſu, vnde paſſio fit in organis ſen
tiendi & motus ſimulacri in ſenſu expellunt motus mino
res:& hoc eſt ſignum ꝙ ſimulacra manent in ſenſu in ab
ſentia ſenſibilium. Secundo ibi.

Quæ ſimulacra remaneãt in ſenſu ꝓ abſentia.

Nec minus ſi ad colorem quempiam longo conſpexeri
mus tempore,uel album, uel uiridem, eiuſmodi profecto
apparet omne id,ad quod niſum transferimus.

N. LEON.

Et ſi ad vnum colorem multo tempore aſpi-
ciamus,aut album vel viridem:eiuſmodi vide-
tur ad quodcunq; viſum permutemus.

Secundum ſignum. Ponit ſecundum ſignum,Et eſt,ſi aliquis videat diu ali
quem colorem vehementer immutantem, vt albuꝫ aut
ceruleũ,deinde transferat viſum ad alios colores, omnes
apparebũt eſſe talis coloris, qualis erat is, qui prius vide
batur.Et hoc non eſt niſi propter ſimulacrum primi co-
loris mouens ipſum. Tertio ibi.

N. LEON. *Similiq; modo ad Solem,aut aliud quippiam ſplendi*
dum conſpicientes ſi conniuerimus apparet obſeruanti-
bus è regione qua niſum cernere contigerat, primo qui-
dem iſdem color, poſtea uero in puniceum conuertitur,
tum in purpureum, quo ad nigrum perueniat colorem;
& euaneſcat.

Et ſi ad Solẽ proſpiciẽtes,vel aliquod ſplen-
didum concluſerimus, obſeruantibus quidem
videtur ſecundum directionem qua accidit,vi-
ſum videre:primum quidem huiuſmodi colo-
rem donec permutatur in puniceum,deinde in
purpureum, quouſq; in nigrum veniat colo-
rem,& euaneſcat.

Tertium ſignum. Ponit tertium ſignum. Et eſt ꝙ, ſi aliquis videt aliqd
lucidum,vt Solem, & ſubito claudat oculos, nõ auerten
do viſum,ſed obſeruando illud directe, primo apparebit
ei color rei ſplendidæ,deinde mutabitur in medios colo-
res ſucceſſiue donec veniat ad nigrum, & omnino euane
ſcat.Et hoc non contingit niſi propter ſimulacra ſplendi
di derelicti in viſu. Quarto ibi.

N. LEON. *A re præterea commota mutantur,ut à fluminibus,*
& ab ijs maxime, quæ concitatiſſime fluunt, quæ quie-
ſcunt apparent moueri.

Et ab his quæ mouentur,aut permutant, ve
lut à fluminibus,maxime aũt ab his quæ citiſſi-
me fluunt. Videntur enim quieſcentia moueri.

Quartum ſignum. Probat per quartum ſignum,Et eſt, ꝙ ſi quis, velociſ-
ſime fluens,vt flumen,reſpiciat:& deinde transferat vi-
ſum ad res quieſcentes,omnes apparebũt moueri.Et hoc
non contingit niſi propter ſimulacrum motus manens in
ſenſu.Quare hæc omnia ſunt ſigna ꝙ ſimulacra manent
in ſenſu ſ abſentia ſenſibiliũ,et hoc dicit, ibi{Et ab his.}
Deinde cũm dicit.

N. LEON. *Ab excellentibus quinetiam ſonis ſurdaſtri homines*
reddunt:& à ualentibus odoribus, male odorantes:ſilrq;
in alijs.Et iſthæc quidem hoc manifeſte accidunt modo.

Fiunt autem & à magnis ſonis obſurdeſcen
tes : fiunt autem & à validis odoribus difficile
odorantes:atq; ita de ſimilibus.Hæc itaque ma
nifeſte accidunt hoc modo.

Oſtendit idẽ ꝓ ſigna in oĩbus ſenſib⁹, dicẽs ꝙ ab excel
lentibus ſenſibilibus corrũpunt ſenſus oẽs. Excellẽtes.n.
odores nõ odorant.Et hoc nõ cõtingit niſi pp impreſſio
nem ſimulacroꝝ taliũ ſenſibiliũ factoꝝ in ſenſu, quæ nõ
ceſſant agere in ſenſum donec corrumpant ipſum &c.

Lectio

LECTIO. III.

Sensum non semper pati sed agere quandoq; ostenditur: quomodo item, & cur sensus ipse decipiatur, manifestum fit.

N. LEON. *Quòd autem sensiteria celeriter paruas etiam sentiát differentias, indicio est id, quod in speculis fieri animaduertit.*

QVod autem sensitiua cito & modicas differentias sentiunt, signum est, quod in speculis accidit.

Hæc est pars incidentalis, in qua remouet duas dubitationes, & diuiditur in duas. In prima remouet eas, In secunda, quia fecit digressionē à propolito, redit ad aliud. ibi. {Ad eam vero.} Prima in duas. Primo remouet primam dubitationem, secundo secundam. ibi {De quo eadem.} Et ista in duas. Primo reddit causam ex parte oculoꝝ. In secunda ex parte speculi, ibi {Quēadmodū &c.} Et ista in duas. Primo ponit causam, secundo confirmat eam per simile. ibi {Attestātur autem.} Prima in duas. Primo ponit causam, secundo infert conclusionem super vtranq; dubitationem: & tunc sequitur illa pars. {Adhuc autem.} in qua ostēdit q; apparitio huiusmodi simulacrorum est similatio. Et diuiditur in duas. Primo ostēdit quando decipiunt & quando non, secundo reddit causam vtriusq;. ibi {Causa vero.} Et ista I duas. Primo reddit causam, quare anima non decipitur p; simulacra huiusmodi, secūdo reddit causam quare decipitur. ibi {Necesse autem &c.} In speciali sic procedit. Quia ex dictis crederet aliquis, q; si sensus retinet simulacrū rei sensibilis, ideo, si conuertat se ad aliud sensibile, non de facili recipiet simulacra ipsius: crederet etiam q; sensus nō agit, sed solum patitur, ideo remouet hic vtrūq;. Et primo primū dicens, q; sensus species sensibilium differentium cito recipit, vt videtur in speculo: quoniam non obstante simulacro prius recepto, statim recipit simulacrum alterius obiecti. & hoc est verum si aliquod sensibile non fuerit excellens. tunc enim impedit receptionē minoris. Et ideo dicit modicas. Secundo ibi.

Remouet error q; causari posset ex malo intellectu verboꝝ Arist.

N. LEON. *Quæ de re secum consyderans quispiam, perquirere sanè & ambigere posset. Et simul ex hoc erit manifestū, tā sum ut aliquid patitur, ita aliquid etiam agere.*

De quo vtiq; per se insistens consyderabit quis, & dubitabit. Simul autem ex ipso manifestum, quoniam quemadmodum visus patitur, sic & facit aliquid.

Sēsus nō solū patit aliq; qd, sed aliquo modo agit.

Remouet secundum quod fit per signum in speculo. Et est quòd similiter aliquis posset super hoc adiuuari q; visus non solum patitur aliquid, sed aliquo modo agit.

Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Si enim in menstruorum profluuijs mulieres in nitida cōspexerint specula summæ eorum parti nubecula quæ cruēta imprimitur: quæ, si nouum fuerit speculum, haud leui sanè negocio inde abstergitur, si uero antiquum, non adeo est difficile. causa autem, ut diximus, est q; non solū ab aere aliquid patitur uisus, sed agit aliquid & mouet, quemadmodum alia splendida. Visus nanq; de splendescentium ordine est, & colorem habentium.*

In speculis enim valde puris cum menstruis superuenientibus, mulieres inspiciant in speculum, fit superficies speculi sicut nubes sanguinea: et si quidem nouum sit speculum, nō facile est abstergere huiusmodi maculam, si vero vetus, facile. Causa vero vt diximus, qm nō solum visus patitur aliquid ab aere, sed & facit aliquid & mouet, quemadmodum splendida. Nam visus splendidorum est & habentium colorem.

Ostendit hoc signum sic, Si mulier patiēs menstruum inspiciat speculum, apparebit nubes sanguinea in superficie speculi: &, si nouum sit speculum, non potest illa macula abstergi faciliter: & si uetus, faciliter. hoc aūt est: qm visus non solum patitur ab aere deferenti speciem visibilem, sed agit in aerem, & mouet ipsum, sicut alia splēdida.

Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Oculi igitur rationabiliter afficiuntur, ut quæuis alia corporis pars: & alioquin natura uenularum sunt pleni. quamobrem excitis menstruis propter cōturbationem & sanguineam ebullitionem, in nobis quidem, quæ in oculis est differentia non apparet, quæ tamē inest. eadem enim natura genitalis est seminis, quæ mēstruorum. aer autem ab illis mouetur, aeremq; speculo proximum &, illi contiguum eadē afficit qualitate quali ipse affectus est, is autem speculi summam partem.*

Oculi quidem igitur rationabiliter, cùm fuerint menstrua, afficiuntur, sicut & alia pars quælibet corporis. Etenim natura existunt pleni venarum. Ideo cum fiunt mēstrua propter turbationem & ebullitionem sanguineam, nobis quidem, quæ in oculis differentia, incerta est, inest autem. Nam eadem natura seminis, & mēstruorum. Aer quoq; mouetur ab ipsis: & eū, qui in speculis est aerem continuum existentem, qualem quendam facit, & talem velut ipse patitur. hic vero speculi superficiem.

Quare oculi mēstrua inficiāt oculum.

Dat causam huius signi. Et primo à parte oculorū, dicens q; cum mēstruo afficitur quælibet pars mulieris. et maxime in oculo: quia pleni sunt venaꝝ, in quibus abundat feruor sanguineus in tempore menstrui, qui turbat dispositionem mulieris, & inficit totum oculum: quia eadē est natura seminis & menstrui. Vnde sicut semen generatur ex superfluitate vltimi digesti, sic & mēstruum: & ita est in mulieris oculo, & oculus infectus mouet aerem sibi cōtiguum, & ille alium successiue, vsq; ad aerē contiguū speculo: q; aer est infectus cōsimili passione, qua inficitur oculus: & sic inficit superficiem speculi. Secundo ibi.

N. LEO

Quemadmodum uestimenta, quæ maxime sunt nitida, celerrime maculas contrahunt. Nitidum enim quicquid accipit accurate indicat, minimasq; in primis motiunculas: aes autem quoniam leue est, qualemcunq; maxime sentit contactum. Consyderare autem oportet aeris contactum illum quasi attritum esse quendam, & abstersionem, & lotionem: ob puritatem uero quotacunq; fuerit, conspicua apparet. Cur autem nō celeriter à nouitijs exeat speculis cū nitor, tum leuitas in causa est, alte enim in eiusmodi findūt maculæ, & quoquo uersus diffundun tur: propter puritatem quidem ad fundum, ob leuorem autem, quoquo uersus. in antiquis uero non perstat, quoniam non æque penetrat macula, sed superficietenus magis. q; igitur à paruis motiones fiunt differentijs: & q; uelox est sensus, q; ne non solum patitur colorum sensiterium sed contra etiam agit, ex iis sanè manifestum est.

Quemadmodum enim vestium, quæ maxime mundę sunt, citissime inquinātur. Nam purum diligenter mōstrat quicquid exceperit, & præsertim minimos motus. ęs vero eo q; planū sit, qualemcunq; tactum maxime sentit. Oportet vero intelligere tanquam attractionem esse aeris tactum: & tanquam extersionem & ablu-

tionem.

tionem. propter munditiam vero manifestus fit qualiscunq; sit. Non exeundi vero celeriter ex nouis speculis causa est, q̄ purum sit & planum: serpit enim per huiusmodi in profundū, & in omnes partes. nam eò quidem q̄ purum est, in profundum, eò autem quòd planum, in oēs partes. In veteribus vero nō immanet, qm̄ non similiter subit macula, sed superficietenus magis. Quoniam quidem igitur & à paruis differentijs fiat mot⁹: & quòd celeres sunt sensus, & q̄ non solum patitur, sed contra agit colorū sensitiuum, manifestum ex his.

Quare speculū sic tio facit ab oculis remotis.

Dat causam à parte speculi. & est mundicia, puritas, et planities. Hæc enim est natura mūdi, qđ valde cito inquinat: & secundū quod recipit cito minimas coinquinationes (vt apparet in uestibus p̄tiosis) sic Palā est q̄ vbilibet recipit quantitatem impressionis: sicut æs propter planitiem sui, vbicūq; sonat propter paruum tactum. Eodem modo intelligendum est acumen aeris contiguari ad speculum per quendam tactum. Ipsum autem speculum est terssum & politum & mūdum. Vnde propter sui mundiciam manifestat sui impressionem recepram ab aere, propter sui puritatem. In nouis speculis serpit in profundū propter planitiem, vndiq; in speculo recipitur. Sed in veteribus propter defectum puritatis, parum manet huiusmodi impressio: eo q̄ non subintrat speculum, sed in superficie solum: & ita non inficit speculum inquantū videns, sed inquātum inquinatum vel incomplexionatum vt in basilisco. et ideo sequitur q̄ visus inquantum sentit, aliquid agat. Et, quia videns, radios emittit, huiusmodi infectio est naturalis inquinatio, vt patet. Deinde concludit principalem conclusionem. et primo partem primam. Et hoc ibi. {Qm̄ quidem.} Secundo secundā cum dicit.

N. LEON. *Testimonio aūt ijs quæ dicta fiunt esse possunt cum ea quæ uinis accidunt & unguentis, tū factitium oleū & uinum. Proximarū enim rerū celeriter odores recipiūt: neq; illorū modo quæ iniecta, aut cōmixta sunt, sed eorum ēt, quæ iuxta dolia reponuntur, aut adnascuntur odores capiunt. Ad eam autem disquisitionē, quæ initio proposita fuit, unū quidem supponatur, quod ex antedictis est manifestum: q̄ scilicet abscedente extremo sensibili, sensiles restant imagines.*

Attestantur autem his quę dicta sunt, & quę circa vina, & quæ circa vnguenta eueniunt. Nam quod præparatum est oleum, & vinum cito accipit proximorum odores. & vina hoc ipsum patiuntur. non solum enim eorum, quæ immittuntur vel commiscentur, sed eorum quæ prope vasa ponuntur vel nascuntur, recipiūt odores. Ad eam vero quæ ex principio est consyderationem, ponatur vnum quidem quod ex his quæ dicta sunt, patet quòd recedente sensibili extrinsecus, immanent simulacra, quæ sensibilia sunt.

Confirmat causam, quam posuit per simile à parte speculi, dicens q̄ speculum distans ab oculo potest inficī ab ipso mediāte aere: sicut euenit in vino in vase æneo, quod cito recipit corporum in eo existentium sapores mediante aere: & etiā corporum proximorū, si cum eis misceantur. Et ex his patet q̄ emissio radiorum talem infectionē facit in speculo, &, quia fecit digressionē, redit ad propositum, & repetit ptius probata, s. q̄ simulacra manēt in sensu in absentia sensibilium. Deinde cum dicit.

Redit ad p posi n.

A *Præterea ēt q̄ faciliter in perturbationibus uersantes, facile ī ipsis decipimur sensibus, in alijs uero alij, ut formi dolosus in metu, amator, in amore, ut ex parua plærūq; similitudine, illi quidē hostes cernere uideatur, huic uero rem amatā: & istuc ipsum quó quisq; ptirbatior fuerit, eó à minori apparet similitudinis nota. Eodēq; modo in ira, cupiditatibusq; omnibus facile decipiuntur oēs, eóq; magis quò in perturbationibus fuerint magis. Quādobrē febre laborantibus ex modica interdū similitudine linearum cōpositarū animalia in parietibus apparēt: hmōiq; res interdū ita cū morbis intēduntur, ut nisi ualde à morbo fuerint oppressi, illos non lateat, q̄ falsum est quod cernunt, q̄ si ualentior fuerit morbus, ad illa ēt mouentur.* N. LEON.

Adhuc autē, quòd facile decipimur circa sensus, cum in passionibus existimus, alij autem in
B alijs. veluti trepidus in timore: & qui amat, in amore: ita vt videatur à modica similitudine, hic quidem hostes videre, ille vero dilectū. Et hoc vtiq; quanto patibilior quis fuerit, tanto à minori similitudine videtur. Eodē vero modo & in ira & in omnibus concupiscentijs facile decipiuntur omnes: & magis quāto vtiq; in passionibus magis fuerint. Ideo & febricitantibus interdum anim alia videntur in parietibus à modica similitudine linearum compositarum. Et hæ quidem aliquando intenduntur in passionibus sic, vt si vehementer non laborant, non lateat quoniam falsum. Quod si maior sit passio, tunc mouetur ab ipsa.

C Ostendit q̄ apparitio in sensu deceptio est, dicēs q̄ sensus decipitur per simulacra et apparētia: & apparet q̄ videat hostes: & similiter apparet amāti q̄ videat quem diligit: & quanto vehementior fuerit passio, tāto minor est similitudo. Vnde febricitantes credunt se videre animalia. Et aliqñ in huiusmodi passionibus non est vehemens passio: & differunt talia simulacra apparētia. Et dicit esse falsum quod apparet. Deinde cum dicit. Sēsus decipit p simulacra ei apparentia.

N. LEON. *Causa aūt cur hæc ita eueniant est, qm̄ non eadē potentia princeps iudicat pars, & ea in qua fantasmata fiūt. inditio aūt esse potest, q̄ Sol quidē pedalis apparet, sæpenumero aūt aliud quiddā cōtra fantasiā reclamat: digitorum quin ēt commutatione, unū duo uidetur: uerū tñ non dicimus esse duo. certior enim tactu est uisus: q̄ si solus esset tactus, iudicaremus profectō unū esse duo.*

D Causa vero, vt hæc accidant, hæc est: quia nō ſm eandem potentiā iudicat, quæ princeps est: & in qua phantasmata fiunt. Huius vero signū est, quoniam videtur Sol pedalis: cōtradicit autem aliud aliquid sæpe ad phantasiā. Et permutationem digitorum, vnum duo videtur: attamen non dicimus quoniam duo. certior enim tactu visus. Si vero esset tactus solus, iudicaremus vnum duo. Visus est dignior tactu

Dat causam quare anima non decipitur, & dicit tandē q̄ non est eadem virtus iudicandi intra, & apprehendens fantasmata extra. Et ideo iudicium est contrarium illi qđ apparet: sicut Sol apparet visui bipedalis, tamen ratio iudicat ipsum esse multo maiorem: & alijs propter paruitatem apparet vnū esse duo, & tamē ratio iudicat illud esse vnum. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Deceptionis aũt causa est, q̃ non modo sensili moto apparent quæcunq; uidentur, sed ipso ẽt sensu cõmoto: si quidem eodẽ modo moueãt quo à sensili. Verbigratia terra nauigãtibus moueri uidetur, cũ ab alio uisus moueatur.*

Mentiendi autem causa, quoniam nõ solum cum sensibile mouet, apparent quælibet, sed ẽt cum sensus ipse moueatur, si eodem modo moueatur, quemadmodum & à sensibili. Dico autẽ velut terra videtur nauigantibus moueri, dum mouetur visus ab alio.

Cã quare sensus decipiat. Dat cãm quare sensus decipiẽ, & est, qa nõ solũ apparet spẽs res sensibilis, sicut simulacra rei motæ mouẽt, sed ẽt cũ sensus ipse mouẽt, vbi moueãt eodem mõ quo mouẽt à sensibili. Vnde moto oculo in naui oia qescẽtia videnẽ moueri. Et sic intelligiẽ q̃ spẽs rei dilectæ, manẽs in sensu amantis, pp ea fortiter amantis sensum mouet. Et fiẽr pp paruã similitudinẽ apparet, & fiẽr de alijs passionibus.

LECTIO. IIII.

Motus, seu simulacra, quæ à sensibilibus fiant non tamen in vigilia: sed etiam in somno apparere dicuntur.

N. LEON. *Ex ijs sanè manifestum est q̃ non solum uigilantibus adsunt motus & qui ab externis fiunt sensilibus, & qui ab ipso fiunt corpore, uerum etiam cum ea fit passio, quæ uocatur somnus, tunc apparent magis. Interdiu enim ab operantibus exturbantur sensibus & cogitatione, obscurantur q; ut exiguus ignis à magno, modicæ q; mœstitiæ et uoluptates ab immodicis: illis autem cessantibus parua etiam eminent: noctu uero propter partialium sensuũ uacationem, & agendi imbecillitatem, qñ calidi ab extrinsecis ad intrinseca refluxus fit, ad sensus principium deferuntur, fiunt q; manifesti composito tumultu.*

EX his itaq; manifestum, qñ non solum in vigilando motus à simulacris fiunt & quæ extrinsecus, & quæ in corpore sunt, sed etiam qñ fit passio hæc quæ vocatur somn⁹: & magis tunc apparent. Sub die enim repelluntur, dum operantur sensus: & intelligentia & euanescũt exterminantur: quemadmodum iuxta magnũ ignẽ minor, & tristitiæ & oblectationes paruæ secus magnas. Dum vero quiescũt, & supernatant & parua simulacra. Nocte vero ꝓpter vacationem particularium sensuum: & impotentiam agẽdi, eo q̃ ab exterioribus ad id qđ intrinsecus ẽ, fiat caloris refluxio, ad principiũ sensus deferunt: & fiunt manifesta sedata turbatione.

Superius determinauit apparitionẽ simulacrorũ in simpliciter vigilando, in hac parte determinat in simplr dormiendo. Et hæc pars in duas. Primo ostẽdit q̃ simulacra magis apparent in dormiendo q̃ in vigilando, In secũda determinat modos & drias hmõi apparitiõis. ibi} Oportet aũt &c.} Prima in duas. Primo ostendit duos modos iudiciorũ, secundo ostẽdit qñ contingit vnum iudiciũ, & qñ aliud. ibi{ Quẽadmodũ ergo &c.} Prima ī duas. In prima ponit duos modos iudiciorũ, In secunda cõfirmat eos p fiẽ. ibi{ Quẽadmodum vero diximus.} Prima in duas penes duos modos, & secunda ibi{ Qũo aũt &c.} In speciali ergo sic ꝓcedit. Primo repetit p̃determinata, & ponit conclusionẽ d. q̃ ex dictis est manifestũ, q̃ non solũ mouent simulacra in vigilando, sed apparent in dormiendo: & hoc tã ab extra venientũ q̃ intrinsecorũ manentiũ sed ẽt mouẽt simulacra in somno magis, & tunc apparent magis q̃ vigilando. Et tunc ostẽdit hãc conclusionẽ sic, In die repelliũt motus simulacrorũ pp motus maiores & excellentiores dum operanẽ sensus tã exteriores q̃ interiores, nec operaẽ intellectus, sicut minor lux non apparet iuxta magnã. Sed in somno quiescunt maiores motꝰ, eo q̃ sensus est tũc impotens pp refluxionẽ caloris naturalis, sensum ministrantis ab exterioribus sensibilibus ad primum sensitiuum: & tunc dormiẽdo simulacra mouẽt ipsum. et ita apparet de alijs motibus. Et nota, q̃ motus simulacri intus, minor est q̃ motꝰ simulacri ab extra: qa omnis motus à uirtute sensitiua est per sensibile obiectũ: & ideo quanto motus propinquior est sensibili, etiã tanto fortior est. Deinde cum dicit.

Existimare autem oportet ita singulas continuo fieri motiones ut paruas illas uertigines, q̃ in fluminibus fiunt, quæ sæpenumero quidem sunt similes, nonnunquam uero propter contrarium impulsum in alias dissoluuntur figuras. Ac propterea post assumptos cibos, & infantibus nulla fiunt somnia: uehemens enim est commotio ob eã, quæ ex alimento est caliditatem.

N. LEON.

Oportet autem opinari tanquã modicas vertigines, quæ in fluminibus ferũtur, sic motum vnumquemq; fieri continue: sæpe quidem simile, sæpe vero dissolutas in alias figuras propter repulsionem. Ideo & post nutrimentum & omnino tenebris existentibus, veluti pueris, non fiunt somnia: multus enim motus est propter eam, quæ ex nutrimento est, caliditatem.

Impedimentum simulacrorũ causetur. Ostẽdit qũo apparẽt hmõi simulacra in somno, dicens q̃ sicut in fluminibꝰ fiunt quædã imagines, q̃ si non impedianẽ rectę sunt, si aũt repercutianẽ ad aliqđ obstaculũ, si ue ad alium fortiorẽ motum dissolunẽ, & transmutanẽ in alias figuras: eodẽ modo simulacra ī somnis ferunẽ à propꝛijs organis sentiendi ad sensum cõem, vel integra manentia, & sub eisdẽ figuris. Sed vel aliqñ impediunẽ et dissoluunẽ in alias figuras, si ad motꝰ maiores repercutianẽ. Et tunc infert ex hoc q̃, ſ. statim facto somno p nutrimẽtum, non fiunt somnia. Nec ẽt pueris apparẽt somnia pp vehementem motum simulacrorum. Et hoc est quod dicit. ibi{ Post nutrimentum.} Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quamobrem, ut in humore si quis uehementer agitauerit, interdum nullum apparet simulacrum, nõnunquã apparet id quidem, uerum distortum omnino, ut aliud sanè q̃ quod est appareat: quiescente autem puræ & perspicuæ apparent imagines, ita somni tempore fantasmata, motionum q; reliquiæ, quæ à sensibus accidunt, interdum quidem, cum uehementior sit antedictus motus, delẽtur penitus: nonnunquam autem conturbatæ apparẽt uisiones, & monstrificæ, & non constantia somnia, qualia melancholicorum sunt, & febrientium, & temulentorũ: oẽs enim hmõi passiões, cũ sint spirituosæ, uehemẽter excitãt motũ & cõturbationẽ: sedato aũt & secreto in sanguine in ijs quæ id habent animalibus, integer ab unoquoq; sensuum simulacrorũ motus, tum constãtia obijcit somnia.*

Vt quemadmodum in humido, si vehementer moueat quis, quãdoq; nullum apparet idolum: qñq; vero apparet quidem, distortum aũt omnino, vt appareat alterius modi q̃ sit: q̃ si quescat, pura et manifesta idola: sic & dormiẽdo fantasmata & reliqui motus, qui proueniunt à simulacris: interdum quidem, cum vehementior sit qui dictus est motus, exterminãtur omnino. Interdum vero cõturbatę apparent visiones & monstrose * & deteriora somnia: velut melancholicis,

tholicis,& febricitantibus,& vinolentis. Omnes enim huiusmodi passiones, cum spirituosæ sint, multum faciunt motum & turbationem. Sedato autem & discreto sanguine in habentibus sanguinẽ conseruatus simulacrorũ motus ab vnoquoq; sensuum amica facit somnia.

Complet intentionem suam dicẽs, q̃ sicut aqua, si fuerit vehemẽter mota, nullum apparet idolum in ipsa: sed, si parum moueatur, apparet idolum distortũ & alterius figuræ q̃m esse debet: sed omnino sedata tunc apparẽt idola recta & manifesta, sic in dormiendo, q̃n vehemens est motus intrinsecus ex nutrimẽto, vel à passione aliqua, extinguitur motus simulacrorũ, & non apparent omnino. Cum aũt iste motus sedatus est, non tñ omnino apparẽt simulacra, sed distorta: & tunc fiunt somnia monstrosa & mala, vt in melancholicis & febricitantibus. Cum aũt motus totaliter est sedatus, tunc tales euaporationes faciunt interius, & currunt motus simulacrorũ sedato omnino tali intrinseco, sicut in sanis pp discretionem sanguinis puri ab impuro apparent simulacra recta: eo q̃ impedit motus ipsorũ. & ideo faciunt somnia recta. Et hoc ibi {Vt quẽadmodum in humido.} Deinde cum dicit.

Quãt aliq̃ apparent tibia mon strnosa & mala.

Tum apparere aliquid, & existimare facit: & ab ijs quidem quæ à uisu deferuntur cernere uidentur: ab illis uero quæ ab auditu, audire: similiq; modo ab alijs sensitorijs. Nam, quia inde motus ad principiũ est delatus, nigilanter cernere uidentur, & audire, & sentire. Quia autem uisus interdũ moueri uidetur non motus ut diximus, & quia duo motus tactus annũciat, unum uidetur duo. omnino enim quod est ab unoquoq; sensu affirmat principium, nisi aliud quippiam præstantius aduersetur. apparet igitur omnino. uidetur autem nõ omnino id quod apparet, nisi id, quod iudicat destineatur, aut proprio motu non moueatur.

N. LEON.

Et apparere aliquid et existimare, pp ea quidẽ quæ â visu deferuntur videre, pp ea vero, quæ ab auditu, audire: similiter autem ab alijs sensitiuis. Ex eo enim q̃ inde progreditur motus ad principiũ, putatur videre, & audire, & sentire. Quia autẽ visus interdum moueri videtur, qui non mouetur vt diximus: & quia tactus duos motus annunciat, id quod vnum est duo videtur. Omnino enim quod ab vnoquoq; sensu dicit principiũ, nisi alius dignior contradicat. Apparet quidem igitur semp, putatur aũt non semper quod apparet, si quod diiudicat nõ detinea tur: vel etiam non moueatur proprio motu.

Lec. 9. pte penultima,

Determinat duos modos iudiciorum huius apparitionis. Primus est q̃ aliqs aliquando detinetur à simulacro apparẽte & sequitur ipsum, & iudicat esse sicut apparet. Primo dicit q̃ huiusmodi simulacra faciunt aliqua apparere & iudicare prout apparet, &, quia à visu primo species visibilis, ab auditu species audibilis: & sic de alijs. Et quia iste modus procedit à sensibus propriis, ideo apparet animæ q̃ videat & audiat et decipitur: sicut in vigilando visus & tactus decipiuntur. Et hoc ibi {Et apparere &c.} Secundus modus est, q̃n virtus superior, siue ratio non detinetur à fantasmate, sed mouet motu proprio, tunc contradicit motui simulacri & iudicat aliter esse q̃m apparet. Tamen nisi virtus illa contradicat, semper iudicat anima esse sicut apparet. Et hoc ibi {Omnino autem &c.} Deinde cum dicit.

Quãt aliqs decipiat or cã simulac cra si bi ap parentia.

N. LEON.

Quẽadmodum autem diximus, alios ab alia passione facile decipi, ita dormientes à somno, & eó q̃ mouentur sensiteria, & ob alia, quæ circa sensum fieri cõtingũt: quamobrem quod exiguam habet similitudinem, illud esse apparet.

Quemadmodũ vero diximus q̃ aliqui propter aliam passionem facile decipiũtur, ita dormientes, propter somnium, & quia mouentur sensitiua, & alia accidentia circa sensum. Quare modicam habens similitudinem, videtur illud.

Confirmat quod dixerat supra, s. q̃ sint duo modi iudiciorum huius apparitionis simulacrorũ. Et ista pars diuiditur in duas. Primo cõfirmat illos modos p̃ simile, secundo complet intentũ ibi. {Eius uero &c.} Prima in duas. Primo ponit similitudinem. secundo cõfirmat ibi. {Quẽ admodum in nubibus.} Confirmat duos modos iudiciorum p̃ simile tale. Sicut vigilando, q̃n quis percipiens sensu iudicat sicut sensui apparet, & tunc decipitur: eodẽ modo in dormiendo, anima percipit esse fm q̃ apparet. Nõ iudicat tamen fm q̃ apparet aliquando, q̃n non percipit illud esse per somnum. Et tunc decipitur credens esse verum quod apparet dupliciter. primo sicut dictũ est p̃ somnum: quia propter diuersas passiones decipiuntur in vigilando, quia mouentur organa sentiendi à simulacris in eis existentibus: et, pter diuersa accidentia circa sensum, sicut propter diuersas passiones, vt amor, timor &c. eius enim quod habet modicam similitudinem ad quod timetur & amatur, apparet similitudo, ita decipitur anima in dormiendo propter somnium. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Cum enim dormit plurimo ad principium defluente sanguine, ij qui insunt motus simul deuoluuntur: alij quidem potestate, alij uero actu, ita autẽ se habet, ut hoc in motu, hic alius ab illo emineat motus. Si uero is iteret, hic alius: & ad inuicem ita se habent, quemadmodum si cli ranunculi qui supereminẽt aquæ cum liquescit sal. eodem sanè modo potestate insunt. cum autem quod prohibebat remiserit, in opus exeunt, dissolutiq; in paruo sanguine qui reliquus erat in sensitorijs, mouentium habentes similitudinem.

Cum enim dormit, descẽdente plurimo sanguine ad principium, condescendunt & mouẽt qui insunt motus: hi quidem potestate, illi vero actu. Sic autem se habẽt vt in motu, hic quidem supernatat ex ipsis motꝰ: si vero hic corrumpatur, & hic Adinuicem itaq; se habent, quemadmodum fictæ ranæ ascendentes in aqua liquefacto sale. ita insunt potestate. cedente vero quod prohibebat, agunt. & solutæ in exiguo reliquo sanguine, qui in sensitiuis, mouẽtium habent similitudinem.

Manifestat similitudinẽ hanc, dicens q̃ in dormiendo descendit multus sanguis ad primũ sensitiuum: & simulacra fiũt in ipsis propriis organis descendunt ad primũ sensitiuũ, & mouent ipsum: alia quidẽ mouent in actu, sicut illa, quæ p̃xima sunt: alia aũt mouent solũ in potẽtia, quę nõ deuenerunt ad primũ sensitiuũ, sed in primo sensitiuo motus factꝰ ex sanguine descẽdente ad ipsum, minuit motus simulacrorũ & impedit ipsos. Sed, q̃n sanguis nondũ digestus est hic: & partes sanguinis digesti se habent adinuicẽ, sicut aqua, in qua resolutũ est sal. Et ita durante motu sanguinis solũ est simulacrũ ipsi⁹ sensibilis in ipso sensitiuo in potentia. Remoto vero illo motu post digestionẽ q̃ phibebat motũ simulacrorũ: iam fiũt in actu & mouẽt primũ sensitiuum post sanguinis resolutionem in partes exiguas, sicut in vigilando, simulacrũ mouet organum

sentiendi particulare. Et hoc ibi {Cum enim dormit.} Deinde cum dicit.

N. LEON. *Vt ea quæ nisuntur in nubibus, quæ hominibus & centauris assimilant, celeriter commutantur.*

Quēadmodum in nubibus, quæ similes dicuntur hominibus & cētauris, cito permutantē.

Ostendit quō est ista similitudo, dicēs q̄ sicut aspicienti in nubibus in vigilando apparēt similationes hominū: & aliorū quæ cito permutantur à figura in figuram quando mouetur successiue post aliam, eodem modo est de simulacris q̄ quodlibet apparet post aliud: & vnū in aliud cito permutatur. Et hoc ibi. {Quemadmodum in nubibus &c. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Horum autem vnumquodq; (quemadmodum dictū est) illius quod actu est sensile sunt reliquiæ, digressoq; uero sensili, licet uere dicere q̄ tale est qualis Coriscus. quando autem sentiebat Princeps pars, & id quod iudicat, nō dicebat Coriscum, sed propter hoc illum dicebat uerū esse Coriscum, quod sentiens hoc ipsum ait, nisi omnino distineatur à sanguine, ut non sentiēs hoc, mouetur ab ijs quæ in sensiterijs sunt motionibus, uideturq; id quod est simile, ipsum esse quod est uerum: & tanta sanè somni est uis, ut id latere faciat.*

Horum autem vnum quodq; est (sicut dictū est) relige eius quod in actu est simulacri. Et abeunte illo est verum dicere, quoniam hoc quale Coriscus, sed non est Coriscus. Cum autem sentiebat nō dicebat Coriscum quod princeps, est, & quo diiudicat; sed per hoc illum Coriscū verum. Quod itaq; & sentiendo dicit hoc: si nō hic omnino detineatur à sanguine, quēadmodum nō sentiens hoc, mouetur à motibus, qui sunt in sensitiuis: & videtur quidē simile ipsum esse quod verum est. & tanta somni potentia, quòd facit hoc latere.

Complet intentum dicens, q̄ abundante sanguine impediente motus simulacrorū, & simulacro mediante fm actum, aliquando cōtingit animam iudicare fm veritatē q̄ est simulacrum rei, & non res ipsa: sicut in vigilādo aliquis sentit similitudinē Coriscī nō Coriscum iudicat fm similitudinem eius: quia sicut rem iudicat aliquādo de eo quod apparet sensu vigilando, sic iudicat dormiēdo: quia non decipitur à sanguine: quia deceptus potest errare iudicare: sicut virtus iudicatiua, quando non sentit rem vere, sed solum mouetur à simulacris rei, credit esse verum quod sibi apparet. Tanta enim est potentia somni supra animam, q̄ facit latere ipsum simulacrum esse quod sibi apparet: credendo ipsum esse verum. Et hoc ibi. {Horum autem &c.} Deinde cum dicit.

Virtus iudicatiua q̄n possit errare.

N. LEON. *Quemadmodum igitur si quēpiam oculo subiectus lateat digitus, non solum apparebit, sed uidebitur ēt duo esse id quod unum est, si uero non lateat, apparebit quidem, sed id non existimat: Ita in somnis siquidem senserit se dormire, & passionem in qua sensitiui est sensus, apparebit quidem, uerum quippiam in seipso dicit q̄ apparet quidem Coriscus, nō est autē Coriscus. Sæpenumero autem dormiens quippiam in animo suo dicit q̄ somnium est id, quod sibi apparet: si uero illum q̄ dormit lateat, nihil fantasiæ contradicit.*

Quemadmodum igitur si quem lateat suppositus digitus oculo, nō solum apparebit, sed & putabitur esse duo quod est vnū: si vero non lateat, apparebit quidem, nō putabitur autem: sic & in somnis, si sentiat quidem q̄ dormit & passionē in qua est sensus sensitiui, apparet quidem, dicit autē in seipso, quoniam videtur quidem vt Coriscus, non est autem Coriscus: sæpe enim dormiēdo dicit aliquid in anima, q̄n somnium est quod apparet. Si vero lateat quoniam dormit, nihil contradicit fantasiæ.

Ostendit qn̄ fit vnum iudicium, & qn̄ fit aliud dicens q̄, sicut qn̄ supponitur digitus oculo vnum apparet esse duo: &, si lateret animam digitum supponi oculo iudicaret esse q̄ apparet, si autem non lateat digitum oculo supponi, tūc apparet sensu vnum esse duo. Sed ratio cum dicat econuerso fm veritatem, sicut est in somno: qn̄ anima simul in apprehensione simulacrorum perpendit se dormire, tunc non iudicat esse verum quod apparet, sed dicit esse somnum & simulacrum rei & non rem: si vero latet se dormire, credit esse verū quod apparet. Et hoc ibi. {Quemadmodum &c.}

LECTIO. V.

Quorundam, quæ in somno accidunt redditur causa.

N. LEO. *Quòd autem uera dicimus: & motus quosdam fantasticos in ipsis esse sensiterijs: manifestum sanè erit, si quispiam intendens meminisse conetur quæcunq; in somnum delapsi, & excitati patimur. Nam plerumq; ea quæ dormienti apparuerunt simulacra, excitatus deprehendet esse motiones in sensiterijs. Pueris enim nōnullis, quāuis omnino conspiciant, si fuerint tenebræ, multa apparent commota simulacra, ita ut sæpenumero expauescentes caput obuoluant.*

Quoniam aūt vera dicimus: & quot sunt motus fantastici in sensitiuis manifestū, si quis attendens tempter memorare quæ patimur dormientes quidem & expergefacti. Interdum enim quæ apparent idola dormienti, aspiciet expergefactꝰ esse motus in sensitiuis. Quibusdam enim iuniorum & omnino perspicientibus, si sint tenebræ, idola apparent picta, quæ mouentur: ita vt velentur frequenter timentes.

Hic determinat apparitionē simulacrorum in languedine dormiendo, & in languedine vigilādo. Et diuiditur ista pars in duas. In prima determinat de languedine vigilando, In secunda de languedine dormiēdo. ibi {Neq; q̄ in somno &c.} Prima in duas, in principalem & incidentalem, vel corollariam ibi. {Ex his itaq;.} Tunc sequitur illa, in qua determinat apparitionem simulacri in telligibilis, & illa remanet indiuisa: & tunc sequitur illa pars, in qua determinat de somno in comparatione ad nos. Et hæc similiter remanet indiuisa. In speciali ergo sic procedit. In prima determinat apparitionem simulacrorum in languedine vigilando, dicens, quòd manifestum est motum simulacrorum fieri in organis sentiēdi in dormiendo: sicut prius determinatum est per hoc quòd aliquando dormientes subito expergefacti sunt: & illud idē patiuntur in vigilando, quod patiuntur in dormiendo. Simulaera vero quæ apparent ipsi dormienti, apparent etiam vigilanti aliquando. Et ita idem motus simulacrorum manet in organis sentiendi post expergefactionem, qui fuit in somno. Et ideo pueri aliquando expergefacti à somno, si tenebræ sunt, videntes eadē simulacra, quæ vident in dormiendo, ita q̄ dormiendo timeant, timent q̄ fit verū quod apparet. Et hoc ibi. {Qm̄ autē vera &c.}

Simulacra q̄ apparent dormienti pa. vig.

Et

Et nota ꝙ huiusmodi apparitio nō fit simpliciter vigilando, sed languēdo. ſ. ſecundum ꝙ ſomnus ineſt ſenſibus ſecundum quid. Deinde cùm dicit.

N. LEON.

Ex iis ſanè omnibus concludere licet, ꝙ ſomnium fantaſma quidem eſt, uerum ſomni tēpore. ea enim, quæ modo dicta fiunt ſimulacra, nō ſunt ſomnia: neq; ſi aliud qpiam ſolutis apparet ſenſibus.

Ex his itaq; vniuerſis oportet ſyllogizare, ꝙ ē ſomniū fantaſma quidē aliquod & in ſomno. nam quæ modo dicta ſunt idola, non ſunt ſomnia: neq; ſi quid aliud ſenſibus ſolutis videtur.

Sōnū deſiniūt, ſed incompleta.

Infert corollarie ꝙ aliqd eſt quod apparet præter ſomnium in ſomno. nam prædicta ſimulacra apparentia vigilantibus languide non ſunt ſomnia: neq; ſi aliquid aliud apparet ſenſu ſoluto & nō ligato per ſomnum. Et hoc ibi {Ex his &c.} Deinde cum dicit.

N. LEON.

Neq; *etiam omne quod in ſomnis apparet fantaſma. in primis enim quibuſdam accidit ſentire quodāmodo, cum ſtrepitum & lumen, tum ſapores & contactus, debiliter tamen & quaſi procul. iam uero inter dormiendum conſpicientes, id quod languide ſtertentes (ut putabant, uiderant lucernæ lumen) experrecti ſtatim illud lucernæ eſſe agnouerunt. Gallinaceorum quinetiam & canum uocem debiliter audientes, experrecti manifeſte percepe-runt: nonnulli item cum interrogantur reſpondent.*

Neq; quod in ſomno fantaſma omne. Nam primum quidem aliquibus accidit & ſentire aliquo modo & ſonos, & lumen, & ſaporem, & tactum, languide quidem, & veluti de longe. Iam enim in dormiendo reſpicientes, & mox excitati: ꝙ debiliter videbant lumen lucernæ dormientes vt arbitrabātur, & expergefacti ſtatim cognouerunt ꝙ lucernæ erat. Et gallorum, & canum debiliter audientes vocem, expergefacti cognouerunt manifeſte. Quidam vero & reſpondent, interrogati.

Quare non oē quod apparet i ſomno eſt ſomnium.

Oſtendit illud in languedine dormiendo ꝙ non omne ſimulacrum apparens in ſomno eſt ſomnium. Nam aliquando ſimulacra ſenſuum vere mouēt ſenſum dormientium: apparet etiam dormienti ſentire ſonos, & audire ſonos, & ſic de alijs: languedo tamen erit à longe: et deinde expergefacti perpendunt non fuiſſe ſomnium quod apparuit, ſed ſe vidiſſe lumē vel tactum. Et hoc ibi. {Neq; ꝙ in ſomno.} Deinde cum dicit.

N. LEON.

Accidit enim in uigilia & ſomno ſimpliciter cum alterum adſit, alterum etiam quodammodo adeſſe: quorum neutrum ſanè ſomnium dicendum eſt.

Cōtingit enim & vigilare & dormire ſimpliciter altero exiſtente, & alterum aliquo modo ineſſe, quorum nullum ſomnium dicendum.

Dat cauſam huius apparitionis, et eſt ꝙ, cum vigilare & dormire ſint cōtraria, vnum poteſt eſſe ſimpliciter & aliud ſm quid. Languide enim vigilans, ſimpliciter non vigilat, ſed dormit: & languide dormiens nō ſimpliciter dormit, ſed vigilat & nullū ſimulacrū ei apparēs eſt ſomnium. Et hoc ibi. } Contingit enim &c. Deinde cū dicit.

Neq; etiā quæcunq; in ſomnis præter fantaſmata, uerę fiunt notiones.

Sed neq; quæcunq; in ſomno quidem fiunt verę intelligentiæ præter fantaſmata.

Oſtendit apparitionem ſimulacri intelligibilis, dicens ꝙ quæcunq; ſimulacra intelligibilia apparent eſſe in ſomno non mediante aliquo fantaſmate, aut ſenſibili, nō ſunt ſomnia, ſed viſiones. Et hoc ibi. {Sed neq; quæcunq;.}

A

ꝙ in ſomno apparent ſine fantaſmate non ſunt ſomnia ſed viſiōes. N. LEON.

Deinde cūm dicit.

Sed ipſum fantaſma quod à ſimulacrorum fit motione, quando ſomni tempore repræſentatur quatenus dormit, iſtud eſt ſomnium.

Sed fantaſma, quod eſt à motu ſimulacrorū cum in dormiēdo ſit & in eò quòd dormit, hoc eſt ſomnium.

Quale ſimulacrum ſomniū faciat.

Concludit quale ſimulacrum facit inſomnium, dicens ꝙ ſimulacrum ſenſibile, eſt quod apparet dormienti inquantum dormit. Et ſic eſt ſomnium. Per hoc quod dicit {dormienti} excludit omnia quæ apparēt languide dormienti, quia illa apparent ſecūdum ꝙ vigilat. Et hoc ibi {Sed fantaſma &c. Deinde cum dicit.

Iam uero quibuſdam uſu euenit toto uitæ ſpatio nullum uidiſſe ſomnium: rarum profecto id eſt, contigiſſe tamen aliquando fertur. & alijs quidem idipſum omnino perſeuerauit, nonnullis autem procedente ætate, cū prius nullum uidiſſent ſomnium, poſtmodum uidere contigit. Cauſa autem, cur nō fiāt ſomnia ſimilis eſſe uidetur illi, quam de pueris, & de ijs, qui poſt aſſumptos cibos ſtatim dormiunt, retro diximus. Quibuſcunq; enim hoc natura ſe habet modo, ut copioſa exhalatio ſummum petat locum, quæ rurſum inferne deuoluta plurimū efficiat motum, ijs recta ſanè ratione nullum apparet ſimulacrum. ætatis autem decurſu, haud ſanè abſurdum eſt, ſi iiſdem ſomnia appareant: mutatione enim aliqua aut per ætatem, aut per paſſionem facta, hanc accidere contrarietatem eſt neceſſarium.

B

N. LEON.

Iam vero quibuſdam accidit vt nullum ſomnium, viderint in vita. rarum quidem huiuſmodi eſt, accidit tamen. Et his quidem omnino perſeuerauit, quibuſdā vero multū prouectis ætate accidit, cum prius nullum ſomniū viderint. Cauſam aūt quare non fiat ſimile aliquid oportet arbitrari, qm̄ neq; qui poſt cibum dormitauerūt, neq; pueris fit ſomnium. Quibuſcūq;. n. hoc modo cōſtructa natura, ita vt multa aſcendat euaporatio in ſuperiorem locum, vel iterū deorſum lata facit multitudinem motus, conuenienter iſtis nullum apparet fantaſma. Prodente vero ætate, nihil inconueniens eſt apparere ſomnia. permutatione enim aliqua facta, vel ſecundum ætatem, vel ſecundum paſſionē, neceſſarium eſt accidere contrarietatem hanc.

C

D

Aliqbus in tota vita ſua nullum accidit ſomnium.

Determinat de ſomno in cōparatione quo ad nos, dicens ꝙ aliquibus nullum accidit ſomnium in tota vita: licet hoc ſit raro. Et cauſa eſt continua turbatio cerebri et motus cōtinuus interior, qui impedit motum ſimulacri. Accidit autem alijs ſomnium in tota vita: vt his qui ſunt in continua quiete. Alijs in prima ætate non accidit ſomnus, ſed cum fuerint prouecti, & cauſa communis eſt in iſtis & in illis qui ſtatim dormiunt poſt cibum. Et cauſa illius, quare deficit ſomnium, eſt aſcenſus multi vaporis nutrimenti ad cerebrum, qui cōſequenter deſcendens, variatione motus interioris impedit motus ſimulacrorum: & ideo nullum eis apparet ſomnium, ſed alias permutatione facta interius & mutatione inferioris quæ contingit propter pueritiam. Et ita ſedata paſſione, quæ turbationē faciebat, tunc apparēt ſomnia. Contraria. n. cauſa, ponit contrariū effectū. Et hoc ibi {Iā vero quibuſdā.}

ARISTOTELIS DE DIVINATIONE PER SOMNVM.

Cum Diui Thomæ Aquinatis præclarissima expositione.

LECTIO PRIMA.

Diuinationis causam dubiam esse dicitur, somnia item alia causas, alia signa, alia vero eorum quæ fiunt accidentia q̃ sint. Probatur q̃ somnia item a Deo non mittantur, & cur aliqua denominantur somnia, aliqua vero non.

N. LEON. DIuinationem, quæ per somnũ fit, quæ uè ab ipsis contingere dicitur somnijs, neq; facile est spernere, neque rursus illi omnino fidem præstare.

DE diuinatione vero, quæ ī somnis fit, & dicitur accidere à somnijs, neq; contemnere idoneum, neq; suaderi.

DEterminato prius de somnio & quibusdam proprietatibus eius, hic determinat de quodam consequẽte ad somnum, scilicet de diuinatione somni. Et est diuinatio alicuius futuri & absentis significati præcognitio. & ista pars in duas diuiditur. In prima ponit intentum, In secunda prosequitur de intẽto. ibi {Nam q̃ omnes &c.} Et ista in duas. Primo procedit opponendo, secundo determinando. ibi {Necesse est &c.} Prima in duas. In prima ostendit diuinationẽ per duas rationes, secundo arguit ad partem affirmatiuã quòd diuinatio sit. ibi {Nullam vero.} Prima in duas secundum duas rationes. Et secũda ibi. Sed de quibusdã.} Illa pars in qua procedit determinãdo, in duas diuiditur. Primo determinat de diuinatione somniorum, quantum est ex parte ipsorum, secundo quantum est ex parte somniantium. ibi {Quidam enim.} Prima pars diuiditur in duas. Primo determinat de somnijs, quorũ origines sunt semper in somnis, secũdo determinat de illis quorum origines non sunt in somnis. ibi {De his vero &c.} Prima in duas. Primo ponit tres quæstiones & exponit eas cum dicit. {Dico autẽ.} secundo verificat eas. ibi {Ergo somniorum.} Et hæc in duas. Primo verificat quæstiones illas, secundo mouet quasdam dubitationes circa illas. ibi {Omnino autem &c.} Prima in duas secundum numerum trium conclusionum, secunda ibi. {At vero quædam.} tertia ibi. {Plura vero &c.} Illa pars in qua remouet dubitationes, prima in duas. Primo remouet vnã circa conclusionem vltimam, secundo remouet dubitationem circa primam. ibi {Quoniã non eueniunt.} {Prima in duas secundum duas rationes. secunda ibi. {Signũ autem &c. {Similiter alia pars habet duas rationes, secunda ibi {Cum multa cõsulta.} In speciali sic procedit. Primo ponit intentum, dicens quòd diuinatio somniorũ, quæ accidere dicitur, neq; erit contẽnenda, neq; omnino suadenda. Deinde cùm dicit.

Diuinatio quid sit.

Diuinatio somniorũ neq; est contemnenda, neq; omnino suadenda.

N. LEON. *Quod enim omnes, aut plures aliquam habere somnia significationem arbitrantur, tanquam ab experiẽtia dictum, fidem facere potest.*

Nam quod omnes quidem vel plures existimant habere aliquã significationẽ somnia, præstat fidem tanquam ab experientia dictum.

Prima rõ q̃ diuinatio sit. Impose est famosũ eẽ falsum secũdum totũ.

Prosequitur intentum. Et primo probat per duas rationes, quòd diuinatio somniorum est, & primo ponit rationem à rei iudicio sic, Omnes vel plures dicunt somnia aliqd significare. & ita diuinatio somniorũ potest adesse: quia sic ostẽdit causam in isto tractatu ſm hunc librũ. Nã impose est, famosum esse falsum ſm totũ. Secundo ibi.

Et alioquin de nonnullis per somnia esse diuinationẽ non est incredibile. Rationem enim quandam id habere uidetur: iccirco de reliquis etiam somnijs similiter decernere quispiam posset. N. LEO

Et q̃ de quibusdã fit diuinatio in somnijs, nõ est incredibile. habet enim aliquã rõnem. Ideo & de alijs somnijs similiter vtiq; quis arbitrabit.

Ponit secundam rationem, quæ talis est. De quibusdã somnijs fit vera diuinatio: ergo & eadem ratione de omnibus. Deinde cum dicit.

N. LEO *Quia autem nulla ratione constans intercedere uidetur causa propter quam fiant, id profecto illis fidem non præstare facit. Nam Deum quidem somnia mittere, præter id q̃ ratione caret, ut non optimis & prudentissimis, sed cuiuis è populo illa mittat, absurdum etiam esse uidetur. deorum autem sublata causa, aliarum certe nulla ratione constare uidetur. primam enim originẽ reperire cur nõnulli præfagiãt de ijs, qui ad herculeas degũt colũnas, aut ad borysthenẽ, nostræ profecto mẽtis superat captũ.*

Nullam vero rationabilem causam videre, secundum quam vtiq; fiat, hoc non credere facit. Nam Deum quidem esse immittẽtem cum alia irrationabilitate, & non optimis, & prudentissimis, sed quibuslibet mittere inconueniens. Ablata vero, quæ à Deo, causa, nulla aliarũ conueniens esse videtur causa. De his enim quæ secus Herculeas columnas, & quæ in Horristhene præuidere aliqua. super nostrã videtur esse prudentiam inuenire originem horum.

Arguit sic. Si ipsa somnia immitterentur à Deo & ipsa diuinatio, nulla alia causa est, & ipsorum somniorum diuinationem esse: sed Deus non immittit somnia: ergo non est aliqua causa in illis quare debeãt somnia aliquid significare, & eorum diuinatio esse. Minor sic probatur. Somnia etiam accidunt quibusdam fatuis magis quàm sapientibus: sed si essent à Deo, inconueniens esset ipsa potius immittere fatuis quàm sapientibus, & omnibus hominibus indifferenter: ergo Deus huiusmodi somnia nõ immittit. Huius rationis primo ponit medium, secundo ponit maiorem. Et hoc ibi. {Ablata.} Tertio probat eã sic. Supra naturam est cognoscere ea, quæ sunt in remotissimis partibus per somnia: quoniam manifestum est quòd hoc non potest esse nisi per immissionem diuinam. Et hoc ibi. {De his enim.}

Arguit sic. Si ipsa somnia immitterentur à Deo & ipsa diuinatio, nulla alia causa est, & ipsorum somniorum diuinationem esse: sed Deus non immittit somnia: ergo non est aliqua causa in illis quare debeãt somnia aliquid significare, & eorum diuinatio esse. Minor sic probatur. Somnia etiam accidunt quibusdam fatuis magis quàm sapientibus: sed si essent à Deo, inconueniens esset ipsa potius immittere fatuis quàm sapientibus, & omnibus hominibus indifferenter: ergo Deus huiusmodi somnia nõ immittit. Huius rationis primo ponit medium, secundo ponit maiorem. Et hoc ibi. {Ablata.} Tertio probat eã sic. Supra naturam est cognoscere ea, quæ sunt in remotissimis partibus per somnia: quoniam manifestum est quòd hoc non potest esse nisi per immissionem diuinam. Et hoc ibi. {De his enim.}

Arguit philosophus partem affirmatiuã diuinationis fit.

N. LEO *Somnia igitur uel causas esse, uel signa eorũ quæ fiũt, uel accidentia quædã necesse est, uel omnia, uel de ijs quædam, uel unum tantummodo.*

Necesse igitur somnia, vel causas esse, vel signa eorum quæ fiunt, aut accidẽtia, vel omnia, vel aliqua eorum, vel vnum solum.

Procedit determinando. Et primo ponit tres cõclusiones quas intendit probare. Et est prima talis, quòd somnia sunt signa eorum quæ fiunt, secunda est quòd somnia sunt causæ eorum, quæ fiũt. Tertia est, quòd somnia sunt accidentia eorum. Secundo ibi.

Sõnia sũt signa & causa & accidẽtia eorũ q̃ fiũt.

N. LEO *Dico autem causam quidem, ut Lunam q̃ Sol defectum patiatur: ut defatigationem febris, defectus uero signum, q̃ subdit sydus: linguæ autem asperedinem ipsius febris: accidens uero q̃ deambulãte quopiam deficiat Sol, neq; enim signum defectus hoc est, neq; causa, sed neq; defectus deambulationis. Quapropter accidẽtium nullum neq; semper fit, neq; magna ex parte.*

Dico

Dico autem causam quidem, vt Lunam defectus Solis, vel laborẽ, febris. Signũ vero defectus, stellam subintrare: asperitatem vero linguę febricitãdi. accidens vero, aliquo ambulante deficere Solem. Neq; enim signum deficiendi hoc est, neq; causa, neq; defectus, ambulandi. Ideo accidentium nullum, neq; semper fit, neq; vt plurimum.

Exponit eas, dicens quòd causa alicuius est somnium, sicut est causa interpositio Lunæ eclypsis solis. Et est signum, sicut asperitas linguæ signum est febris. et est accidens, sicut accidit solet eclypsari aliquo ambulante. Neutrum tamen est causa alterius vel signum, sed solum à casu est q; simul sunt. Et quia, quæ à casu fiunt nullam causam habent, ideo non fiunt semper neq; frequẽter, vt probatur in Sexto Metaphy. Tertio ibi.

N. LEON. *An igitur somniorum alia quidẽ sunt causæ, alia uero sunt signa eorum, quæ corporibus contingunt? Elegantes nanq; affirmant Medici magnopere conuenire somnia obseruari: Et profecto ita existimare conuenit, illis ẽt qui artes exercent, & aliqd disquirunt, & philosophanf.*

Sunt ergo somniorum hæc quidem causę et signa, velut eorum, quæ circa corpus accidunt. Dicunt quidem & Medicorũ gratiosi, qm̃ oportet valde intendere somnijs. Conueniens autẽ sic existimare: & non artificibus quidem, sed cõsyderantibus aliquid & Philosophantibus.

Somnia sunt signa aliqũ ęgritudinis futuræ vel sanitatis.

Verificat has conclusiones. Et primo ponit simul primam cum secunda cum dicit. {Sũt igitur.} Et postea declarat primam, dicens q; boni Medici dicunt q; oportet multum intendere somnijs. & causa est vel potest esse, eo quòd somnia sunt signa ægritudinum futurarum vel sanitatis futuræ, Abũdantia autem caloris, in somno mouet fantasma & facit apparere homini q; sit i ignę, & ita abũdantia phlegmatis q; sit in aqua: quia talis abundantia aliquo modo mouet sensum tactus: licet in vigilia talis motus propter sui paruitatem lateat. Similiter omnibus mechanicis accidunt somnia, quæ sunt signa fiendorum ab ipsis. Et hoc ibi {Dicunt quidẽ.} Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Eæ etenim quæ interdiu fiunt motiones, nisi grandes fuerint & prævalidæ, latere planè solent, si maioribus vigilantium motibus comparentur. somni autem tempore contrario sẽ habent modo: parui nanq; motus magni esse videntur. Palam aũt id est ex ijs, quæ in somnis plærumq; contingunt. Modico enim auribus percepto strepitu, fulmina ex tonitruis appeti se existimãt: minimaq; distillante pituita, mel & dulces se degustare sapores: atq; etiam per ignẽ incedere, uehementerq; calefieri, leni calore quasdam corporis partes incessente, quæ tamen experrecti hoc se habere modo manifeste deprehendunt. Quare, cũ debilia omnium sint initia, manifestum sanè est q; morborum etiam, aliarumq; passionum, quæ in corporibus fieri debẽt. Palam igitur est q; hæc ipsa in somnis necessario illustriora sunt q̃ uigiliæ tempore.*

Nam qui in die motus. nisi magni valde fuerint & fortes, latẽt iuxta maiores qui in vigilando sunt motus: in dormiẽdo autem contrariũ: etenim parui magni vidẽtur esse. Manifestum autem ex his quæ in somnis accidunt frequenter. arbitrãtur enim fulgura cadere, ac tonitrua A fieri, paruis sonis in auribꝰ factis, & melle & dulcibus saporibus pfrui tenui phlegmate defluente: & ambulare per ignem & calefieri vehementer, paruo calore circa quasdã partes facto. Expergefactis autẽ, manifestũ est ea hoc modo se habere. Quare quoniam parua omnium principia, manifestum quoniam & ægritudinum & aliarum passionum, quæ in corporibus futura sunt. Manifestum ergo quoniam necessarium hæc in somnis esse patentia magis, quàm in vigilando.

Quare apparẽt simulacra signa futuræ sanitatis & ægritudinis, tũ in somno.

Dat causam huiusmodi apparitionis de nocte. & est q; motus simulacrorum qui fiunt in die non sunt valde magni & fortes, & ideo latent animam: sed in dormiẽdo apparent huiusmodi motus, eo quòd tunc quiescunt sensus à magnis motibus sensibilium exteriorum: & ideo apparent quòd multo maiores videntur esse quàm sunt. Sicut enim paruus sonus in aure dormientis apparet dormienti tonitruus esse: ita credit se gustare mel, siue huiusmodi dulcia paruo phlegmate descẽdente ad gustum. apparet etiam sibi quòd sit in igne propter calorem in ipso abundantem. Et quòd his causis appareant talia somnia, perpendunt expergefacti post somnium. Nam causæ præsentes fortes talium passionum, magis possunt apparere in dormiendo quàm in vigilia. Et ita somnia ipsarum figurarum possunt esse. Deinde cum dicit.

N. LEON. *At uero nonnulla in somnis apparentium fantasmatum, propriarum unicuiq; operationum esse causas, haud quaquam ratione caret. Quẽadmodum enim cum agere quippiam debemus, aut in ipso sumus opere, aut etiã id iam peregimus per recta plerumq; somnia in illis uersamur & agimus, quoniam à diurnis initijs præparatus existit motus, ita rursum necesse est eas, quæ somni tempore fiunt motiones, diurnorum plerumq; operũ esse principia: propterea q; illorum cogitatio nocturnis imaginibus iam est præuenta. & hoc certe modo somniorũ nonnulla, & signa, & causas esse contingit.*

At vero quædam quidem, quæ in somnijs fantasmata, causas esse proprior̃ cuiusq; actuũ, nõ est irrationabile. Quemadmodum enim debentes agere, & in actibus existẽtes, aut q olim egimus, sæpe recta his somnia intuemur & agimus: causa autem, qm̃ sicut præparatus existit motus à diurnis inchoationibus, sic rursus necessarium est eos qui in somno sunt motus, frequẽter principium esse diurnorum actuum: eo q; præparata sit rursus & horum intelligẽtia in fantasmatibꝰ nocturnis. Sic ergo cõtingit somniorum, quædam, signa & causas esse.

Somnia aliqua sunt signa futurorum.

Intendit verificare secundam conclusionem. & primo ponit eam, secũdo verificat eam, dicens, q; illi qui debẽt facere aliquam operationem in futuro, vel cũ sint in præsenti in actu operandi, vel dudum inceperunt agere: causa complementi, quod intendunt per fantasmata recta his, in somno intuentur. Et causa huius est, quòd aliqua operatio inchoatur in vigilando & non perficitur: quia non potest anima complete eius perfectionem cognoscere propter occupationes eius & operationes circa simulacra quæ imprimuntur in ea, & mouent ipsam: & non potest diiudicare propter varias occupationes impressas ipsi circa aliqua in vigilando: si tamen dormit (quia tunc quiescit ab omni occupatione exteriori conuertit se super simulacrum & complet in eis dormien-

do, quæ incepit vigilando: & ita acquirit cognitionem p somnuria, mediante quo perficit quod intēdit. Et ita sunt somnia causæ operationum fiendarum. Et hoc dicit, ibi {Quemadmodum enim.} Deinde cum dicit.

N. LEON. *Verum plurima fortuitis similia habentur: illaq; præcipuæ omnia quæ remota sunt, & quorum in nobis nullum est initium: ut de bello nauali, & de ijs quæ procul fieri contingit.*

Plurima vero accidentibus assimilantur: maxime, et transcendentia omnia; & quorum non est origo in nobis: sed de nauali bello & de his quæ procul accidunt, sunt.

Sōnia vtin plurib⁹ sūt accidentia respectu eorū q̄ sunt.

Verificat tertiam cōclusionem. Et primo ponit eam, dicens q̄ maior pars somniorum sunt accidētia respectu eorum quæ sunt. Et hoc est solum à casu q̄ futura manifestantur, sicut omnia alia somnia, quæ transcendunt scientiam: & aliorum origo non est in nobis simpliciter, sicut ea quæ sunt de casualib⁹ futuris, & de his quæ sunt in partibus remotis. Deinde cum dicit.

N. LEON. *De ijs enim eodem se habere modo par est, ac si quopiam aliqua de re memorante, idipsum fieri contingat. Quid enim prohibet sic se habere in somnis? quinimmo multa eiusmodi incidere ueri est simile. Quemadmodū igitur de aliquo meminisse, neq; signum est neq; causa ut ille superueniat, ita somnium illius, quod euenit neq; causa est, neq; signum, sed casus. Quamobrem somniorum multa non eueniunt. Fortuita enim neq; semper, neq; magna ex parte fiunt.*

De his enim eodem modo se habere verisimile est, velut quando memorāti de aliquo contingit hoc factum esse. Quid enim prohibet & in somnijs ita contingere. Magis aūt verisimile multa hmōi accidere. Quēadmodum igit̄ neq; meminisse de aliquo, neq; signū, neq; causa cur euenerit: sic & ibi, euenisse somnium videnti neq; signum neq; causa, sed casus. Ideo & multa somniorum non eueniunt. Nā quæ casu eueniunt, neq; semper, neq; vt frequenter fiunt.

Verificat eam per similem. Sicut contingit aliquē cognoscere de aliquo futuro contingenti: & deinde accidit illud contingens vel aliquod simile: nec tamen ista cognitio est causa nec signum illius futuri: eodem modo cōtingit aliquid somniare q̄ contingenter sit vel ex suo consimili: nec tamē est somnium causa illius futuri, sed solum à casu, & ita accidit. Et ideo etiam pro minori parte somnia eueniunt: quia quod casuale est, nō semper est, nec vt frequēter, vt dictū est prius. Et hoc ibi. {De his.n.&c.}

Sōnia pro minori parte eueniūt. Supra ī hac lec.

Deinde cum dicit.

N. LEON. *Omnino autem, qm̄ nonnulla etiam somniant animalia, à Deo certe missa non erunt somnia, neq; huius gratia fiunt, sed dæmonia sanè erunt: si quidem natura Dæmonia est, non Diuina.*

Omnino autem qm̄ & aliorum animalium somniant quædā: à Deo vtiq; immissa non erūt somnia, neq; facta sunt huius gratia, Dæmones tamen: natura enim dæmoniaca, non diuina.

Remouet dubitationem contra cōclusionem vltimā. Diceret enim aliquis, huiusmodi somnia quæ transcendunt scientiam humanam et fiunt de valde remotis, cum sint causa & naturaliter immittuntur à Deo, etiam per ipsa possunt futura cognosci. et hoc remouet p duas rōnes. prima est. Huiusmodi somnia fiūt in alijs animalibus: ergo non sunt missa à Deo, nec fiunt per gratiam diuinam.

Prima rō p hmōi somnia nō imittant a Deo.

Deinde cum dicit.

Huius autem rei signum est, q̄ infimo genere homines futura præuidere possunt, & recte somniare, tanquam non mittente Deo. N. LEO

Signum autem. Valde enim degeneres homines p̄uidentes sunt, & recte somniantes, tanquam Deo non immittente.

Ponit secūdam rationem quæ talis est. Homines mali & infirmi somniant & præuident futura per somnia: sed talibus non immittit Deus aliquam gratiam siue cognitionem: ergo solum à casu, & non per immissionem diuinam, sic somniant. Deinde cum dicit.

Verum ij, quorum natura quasi garrula est & melancholica, uarias sanè cernunt uisiones. Cum autem multiplicibus uarijsq; moueant̄ motionibus plerūq; assequuntur, ut nonnulli contendentes rapiunt. Quemadmodum enim uulgo dicitur, si multa iacias, alias aliud iacies, ita in ijs istuc accidit. N. LEO

Sed quorumcūq; quasi loquax natura est & melancholica: multimodas visiones vident. eò enim q̄ ēm plura & multifaria moueantur, asse quuntur, vt quidam tanta rapiunt contendentes. Nam quemadmodum & dicitur, si multa iacias alias aliud iacies: & in his hoc accidit.

Quare q̄ multū somniant.

Subiungit causam quare quidam multum somniant. Et est q̄ natura istorum circa multa est occupata, *i.* multorum phantasmatum informata: sicut contingit melancholicis. & ideo multa vident somnia. Quasi enim circa plura & diuersa occupātur in vigilando: ideo à similibus phantasmatibus manifestātur in dormiendo. Fortunati aūt aliqui diuinant futura, sed hoc est à casu & nō ab arte, nec per naturam, sicut ēt, si multi cōtendunt circa aliqd, à casu est q̄ vnus illorum vincat. Et hoc est q̄ dicit {Sed quorumcunq;.} Deinde cum dicit.

Quod autem plæraq; somniorum non eueniunt, nullum est inconueniens. neq; enim signorum quæ in corporibus sunt, neq; etiam cœlestium, ut imbrium & uētorum. si enim alius ualentior hoc acciderit motus, à quo, cum fieri deberet, factum est signum, non fit. N. LEO

Quoniam autem non eueniunt multa somniorum, nihil est inconueniens. Neq; enim eorum, quæ in corporibus sunt, signorum & cœlestium, velut quæ aquarum & ventorum. si enim alius vehemētior isto accidit motus à quo futuro signum factum est, non fit.

Remouet aliam dubitationem circa primam conclusionem. Quæreret enim aliquis, cum somnia sint futurorum, quare non semper accidunt ea quorum sunt signa. multis enim apparent signa q̄ sunt in igne, & tamen non febricitant. Sed hoc remouet per simile, dicens non esse inconueniens multa euenire, quorum signa somnia sunt. Ita enim est in natura q̄ multa signa apparent in corporibus inferioribus, quorū consignata non sequuntur: sicut infirmo apparet aliquando signum mortis vel sanitatis: & tamen non sequitur signatum. Et sic in cœlestibus aliquando apparet signum pluuiæ vel venti, & tñ non sequuntur significata. Et causa huius est, quia signa futurorum, cum fiunt à causis præsentibus eorundem: cum aūt causa superior & fortior superuenerit, tunc non sequitur signatum ipsum signum. Deinde cum dicit.

Multaq; præterea recte consulta eorum quæ fieri expedit, incassum cecidērunt propter alia præstātiora initia. N. LEO

denicq;

denique nõ omne fit, quod fieri oportebat: neq; idem est id, quod euenturum est, & id quod est futurum. Sed nihilominus prima initia dicendum est esse à quibus aliquid non est cõfectum. Et q̃ signa nata sunt illæc esse quorundam, quæ facta non sunt.

Et multa cõsulta bene, quæ fieri expediebat, dissoluta sunt, ꝓpter alias digniores inchoationes. Omnino enim non omne fit quod futurũ erat: neq; idem est quod erit & quod futurum. Verum tamen quidem principia dicẽdum esse, à quibus non perfecta sunt, & signa nata sunt hæc aliquorum, quæ non fiunt.

Confirmat hoc per aliud simile in his quę sunt à propositio, dicens q̃ multotiens in his quæ sunt præuisa vt fiãt, licet expediat ipsa fieri, tamen propter aliqua digniora & meliora, quæ fieri possunt, omittuntur: & ideo non est necesse propter signum euenire signatũ. Nullum enim, contingens futurum ad vtrunq; de necessitate eueniet. & licet non eueniat, non tamen ponendum est ipsa habere principia in rerum natura, mediãtibus quibus nata sunt fieri. Nihilominus tamen ponenda sunt hæc signa uera dicentium signa existere. Et nota q̃ causæ naturales, vt frequenter causant effectus suos, & non necessario. Et ideo, licet ita sit, tamẽ effectus ad vtrumlibet dicitur: quia contingens natum, cõtingens ad vtrumlibet, est omne quod à necessario deficit &c.

Cãę naturales vt frequẽter causant effectũ suos & nõ necessario.

LECTIO. II.

Qui nam sint recte somniantes & qui: & qui nam sint somniorum interpretes.

N. LEON. *De ijs autem somnijs quæ talia non habẽt initia qualia diximus, sed remota uel temporibus, uel locis, uel magnitudinibus: aut horum sanè nihil, uerũtamen eiusmodi in se non habent initia ij qui uident somnium, nisi fortuito præuidere cõtingat, id profecto erit magis q̃ ut dicit Democritus idola & effluxiones ad causam referens.*

DE his vero somnijs, quæ non huiusmodi habent origines. sed dilationes vel tẽporibus, vel locis, vel magnitudinibus, vel horum quidem nihil: non tamen habentibus in seipsis principia, qui vident somnia: nisi præuisum fiat ab accidente, tale vtiq; erit magis q̃ vt dicit Democritus, idola & defluxiones causans.

Quõ fiãt in nobis somnia quorũ origines si fuerint nobis.

Supra Philosophus determinauit de his, quorum origines sunt in nobis, hic determinat de his, quorum origines non sunt in nobis. Et hic in duas, in principalem & corollariam, quæ ibi incipit {Et ideo accidit.} Et prima in duas. Primo determinat quomodo fiũt somnia huiusmodi, secundo dat causam quare apparent dormientibus de nocte, ibi {Et quascunq; contingit &c.} Prima in duas. Primo ponit modum illum, secundo confirmat hoc per simile. ibi {Quẽadmodum enim &c.} Alia pars in duas. Primo dat causam quare apparent magis de nocte q̃ de die, secundo quare apparent dormiẽtibus. ibi {Et in corpore &c.} Tunc sequitur illa pars qua determinat de diuinatione in somnis à parte somniantium. Et illa in duas. Primo determinat de illis, qui bene diuinãt in somnis, secundo determinat q opinione diuinãt in artificiosis &c. Prima in duas ꝑm q̃ sunt tria genera hominũ bene diuinantium. in secunda ibi {Quosdam aũt &c.} Tertia ibi {Melancholici autem &c.} Primo ergo ostendit modũ quo fiunt huiusmodi somnia dicẽs, q̃ hmõi somnia, quæ non habent originem in nobis, sed de distantibus ꝑ multa tempora vel loca, siue magnitudines, nõ præuidentur in somno nisi à casu: quia non habent in se principiũ somniorum, i. nihil præcognoscit somnias de tali somnio. Nõ enim prius fit ab aliquo simulacro prius in sensu, vt ipso recepto, huiusmodi somnia fiant per defluxiones à rebus sensibilibus remotis, quæ mouentur per mediũ & intrãt per sensum vsq; ad animam somniantis, & apparent ei, sicut vult Democritus per defluxionem à rebus sensibilibus. Et tunc ponit causam compositionis cuiuslibet sensitiuæ. Secundo ibi,

N. LEON. *Quemadmodum enim cum quispiam aquam mouerit, aut aerem, id aliud mouit: illo autẽ cessante quodammodo autbore absente procedere contingit, ita nihil prohibet motũ quẽpiam & sensum ad somniantes peruenire animos, à quibus ille idola & effluxiones fieri asserit.*

Quẽadmodum enim cũ quis moueat aquã vel aerem: hoc aliud mouit, & quiescente illo accidit huiusmodi motũ prodire vsq; ad aliquid: illo, quod mouit, non p̃sente, sic nihil ꝓhibet motũ aliquẽ & sensum pertingere ad animas somniantes, à quibus ille idola facit & defluxiones.

Confirmat hoc per simile tale. Sicut cum aliquis mouet ærem vel aquã, vel pars aquæ vel aeris mouet aliã: & sic succedendo vsq; ad remotum terminum, primo motore quiescẽte vel absente, eodem modo motus factus in aere à re sensibili vel quiescente, potest succedere successiue ad loca remota vbi est somnias: quem motum Democritus vocat idolum motum in medio, siue defluxionem factam à sensibili. Et nota q̃ in hoc errabat, q̃ posuit aliquod materiale egredi & moueri per mediũ vsq; ad sensum. non est autem hoc verum, sed sensibile mouet aerẽ medium generãdo sui speciem in ipso, ita q̃ nil egreditur à sensibili: & talis motus procedit successiue vsq; ad sensum à medio. Deinde cum dicit.

Error Democritiõ dictus.

N. LEON. *Et quocunq; peruenire cõtigerit, nocte magis sentiri, q̃n interdiu si deferantur euanescant. Nocturnanq; tranquillior est aer, quia minus perflatæ sunt noctes.*

Et quocunq; fuerint pertingentes, magis sensibiles esse nocte, eo q̃ quæ in die deferuntur, dissoluuntur magis. Magis enim sine turbatione est aer noctis, eo q̃ silentiores sint noctes.

Quare somnia appeãt magis i nocte q̃ de die.

Dat causam quare somnia apparent de nocte, dicẽs q̃ talia fantasmata rerum absentium magis appropriare ad somnia de nocte, et apparere q̃ de die: quia fantasmata delata de die per medium propter motꝰ maiores dissoluuntur, sed in nocte est medium minus turbulẽtum propter silentium & quietem noctis: & propter hoc manent fantasmata mota integra. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Et in corpore propter somnum sensationẽ facere, quoniam tenues dormientibus motus q̃ uigilantibus sentiuntur magis. Porro ij motus imagines efficiũt, ex quibus de eiusmodi futura præuident.*

Et in corpe facere sensum propter somnum. Ideo & paruos motus intrinsecus sentire dormientes magis, quàm vigilãtes: hi vero motus fantasmata faciunt ex quibus præuident futura de huiusmodi.

Fãtasmata rei ꝙ absentiũ ãre magis appareãt dormiendo vigilando.

Dat causam quare huiusmodi fantasmata apparent in dormiendo. Et est q̃ dormientes, minores motus intrinsecus simulacrorũ percipiunt q̃ vigilantes propter quietem extrinsecorum. Vnde motus huiusmodi fantasmatum fiunt in somno virtute fantasmatis: & faciunt somnia, per quæ somniantes præuident futura de his, quorũ sunt fantasmata. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quapropter infimæ conditionis hominibus hæc accidit passio, & non ij, qui prudentia sunt insignes. Sapientibus enim interdiu fierent si mitteret illa Deus. hoc aũt*

modo

modo infimæ conditionis homines prædere uerisimile est. siquidem horum mens haud quaquam est cogitabunda, sed tanquam deserta & ab omnibus uacua, & quæ impulsa secundum motorem agatur.

Et ideo accidit passio hæc quibuslibet & nō prudentissimis, in die enim vtiq; fieret & sapientibus, si Deus esset immittēs. Sic aūt verisimile quoslibet præuidere. nam intelligentia horum non est curis affecta, sed tanq; deserta & vacua ab omnibus, & mota ſm mouens ducitur.

Sōnia, quæ sunt signa absentiū ñ immittunt a Deo,

Infert conclusionem, q, quia hmōi somnia sic fiūt per influxiones idolorum & non per immissionem diuinam, ideo eueniunt indifferenter ēt fatuis & imprudentibus. Si autem Deus immitteret somnia quæ sunt signa absentium, immitteret ipsa de die & sapientibus solum q melius iudicarent de his accipientes vigilando q; dormiēdo. Sed quia fiunt per defluxiones idolorum, ideo potest quilibet præuidere futura indifferenter, per huiusmodi somnia, eo q virtus cognoscitiua in somnis est absoluta à motibus rerum exteriorum, & quiescens ab omni motu exteriori: & ideo anima, mota ab hmōi fantasmatib⁹, deducitur & perficitur per hmōi motus apprehendendo quæ ipsum primo latebant. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Cur autem nonnulli qui ecstasin patiuntur præuidēt, in causa est, qm̄ peculiares motus illos nō præpediunt, sed dissipantur: extraneos igitur maxime sentiunt.*

Et q quidam qui mētis excessum patiuntur præuident, causa est, quoniam proprij motus non infestant, sed longe projiciūtur: extraneos ergo maxime sentiunt.

Determinat de diuinatione in somnis à parte somnientium, dicens q extatici bene præuident de somnis. & causa est: quia non sunt solliciti solum circa proprios motus, sed circa alienos: & ideo maxime percipiunt per somnia quæ fiunt circa aliquos. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Quōd uero quidā rectè somniant, & q amici de amicis præuident maxime, iccirco contingere uidetur, quoniā amici mutuas sibi inuicem curas impartiūt. Et sicut quæ procul sunt cognoscunt & sentiunt maxime, ita cognitorum notiores sunt motus.*

Quosdam aūt recte somniātes esse & notos de notis maxime p̄uidere accidit, eo q noti maxime pro se inuicē solliciti sunt. Quemadmodū .n. procul distantes maxime cognoscūt & sentiūt, sic & motus. notiorū enim notiores sunt mot⁹.

Addit q sic noti recte somniant de notis & præuident multa de ipsis: eo q maxime sunt solliciti de inuicem. In illis enim sollicitudo facit magnam impressionem simulacrorum. Et ideo nō recedentes ab inuicem, prius vident in somnis de seinuicē q; de alīs: sicut se melius cognoscūt adinuicem, sicut & simulacra eorum magis sunt eis nota q; aliorum &c. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Melancholici autem propter uehementiam, ut qui à longinquo iaculantur sæpe collimant, necnon ob celerem permutationem, celeriter id quod sequitur imaginantur. Quemadmodum enim Philægidis poemata furore pericliti ijs, quæ similia sunt coniuncta dicunt & cogitant, ut Venerem, itaq; ad primum annectunt. præterea ob uehementiam ab alia motione illorum non extēditur motus.*

Melancholici autem propter vehementiam (quemadmodum iacentes longe) bene coniectant. Et propter permutationem, cito hærens imaginantur ipsi. Quemadmodum enim philegidæ poemata & qui furiosi sunt hærētia simili, dicunt & intelligunt, veluti Venerem: & sic copulant ad id quod longe. Amplius autem propter vehementiam non repellitur eorum motus ab alio motu.

Melici bene cōiecturāt de somniis.

Addit quòd melācholici propter vehementiam bene coniecturant de somnis. inueniunt enim cito signata somniorum, eo q cito permutantur à simili in simile. Et isti ēt furiosi iudicant de similibus fantasmatibus eis apparentibus faciliter. Et quia vnum simile aliud apprehēdit, sicut ī colore rhetorico qui dicitur Adnominatio, fit faciliter transmutatio ab vno simili in aliud. Et propter vehementem impressionem talium fantasmatum in melācholicis, non faciliter repellitur motus ipsorum à motu exteriorū.

Deinde cum dicit.

N. LEON. *Artificiosissimus autem somniorum est interpres, qui cunq; potest similitudines cōtemplari. Cuiusmis enim est recta dijudicare somnia. Similitudines aūt dico, quoniā similes accidunt imagines ijs quæ in aquis cernuntur idolis (ut proxime diximus) ibi nanq; si multa fuerit commotio haud quaq; similis fiet effigies aut idola ijs quæ uera sunt. Efficax itaq; erit cuiusmodi sufficienter dijudicare imagines, qui celeriter animaduertere poterit & perspicere dissipata & distorta idola, q hominis, aut eq, aut cuiusuis alterius existunt: Et ibi sanè simile quiddam potest somnium: Motus enim recta extrudit somnia.*

Artificiosissimus autem est iudex somniorū, qui potest similitudines inspicere. Recta enim somnia iudicare, cuiusq; est. Dico autem similitudines, qm̄ similia accidūt fantasmata eis, quæ in aquis sunt, idolis, sicut & pri⁹ diximus. Ibi vero si multus fiat motus, non similis fit apparitio & idola veris. Prōptus vero erit simulacra iudicare, qui potest cito' inspicere et sentire dissipata & distorta idolorum, q est hominis, vel equi aut cuiusq;. Et ibi itaq; aliquid potest simile somnium. Motus enim impedit rectū somniū.

Ostendit q, qui similitudines rerū in fantasmata vult inspicere ipse bene diuinat in somnijs. cuius similitudines faciliter appræhendit. sicut, qñ fit motus magnus aliunde in aqua, apparent simulacra distorta: & tamen qui nouerit similitudinem in proprijs promptus erit, & cito perpendit quoq; sunt hæc idola distorta & quid significent. prompte, eodem modo iudicare de somno, quia tale fantasma apparēs in somno, similitudo alicuⁱ⁹ rei extra est, in distortum tamen, aliquando motus interior rectū somnium impedit. Deinde cùm dicit.

Qui existimat nærationes fictitias repperit, bene diuinatiuas.

Quid igitur est somnus: et quid somnium: quam ue ob causam utrūq; illorum fit. Præterea de ea quæ ex somnijs est diuinatione, dictum est: De communi autem animalium motione est dicendum.

Quid quidem igitur est somnus & somniū: & propter quam causam vtrunq; horum sit: amplius autem & de ea, quæ in somnis est, diuinatione dictum est.

Epilogat omnia determinata in hoc libro &c.

Expositionis sancti Thomæ ī librū de Somno & Vigilia, de Somnijs, & per somnum Diuinatione finis.

Aristotelis

ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS.

DE ANIMALIVM MOTV.

Cum Diui Thomæ Aquinatis præclarissima expositione.

LECTIO PRIMA.

De animalium motus causa agendum esse dicitur, & animantis item quod mouetur necessarium sit vnam partem quiescere, & ex ipso aliquod esse, ad quod immissum moueatur, multipliciter probatur.

N. LEON.

DE *animalium autem motione quæcũq; illis per genera insunt: & quæ differẽtiæ, quæue eorum causæ, quæ illis figillatim accidunt, de omnibus in alijs est consyderandum.*

DE motu autem animaliu, quæcunque quidem circa vnumquodq; genus ipsorũ existunt: & quæ differentiæ, & quæ causæ singulorum accidentium ipsis, consyderandum est de omnibus in alijs.

Tex. cõ. 1. 2. Phy.

SIcut innuit Philosophus in Tertio Phy. volentem consyderare de natura, necessarium est consyderare de motu: & ratio huius est. Nam natura per motum definitur. est enim natura principium motꝰ in eo in quo est primo, per se, & non ſm accidens. quando autem aliquid definitur per aliud, volentem cõsyderare de illo, oportet ẽt consyderare illud, per quod definitur. quare manifestum est ꝙ ad perfectam cognitionem naturæ oportet consyderare de motu. Iterum volentem consyderare de motu oportet consyderare de naturalibus: quia naturalia sunt illa, quæ habent in se principium sui motus. Sunt autem quædam quæ habent in se principium sui motus passiue tantum. Quædam quæ habent principiũ sui motus actiuum solum. Quædam quæ habent & principium actiuũ & principium passiuum. Principium passiuum suæ generationis habent elementa. Ignis enim & aer habẽt in se solum principium passiuum, quo ex eis potest aliquid generari, vt dicit Commen. super Secundo Phy. quia generatio elementorum est naturalis naturalitate materiæ, non naturalitate formæ. Principiũ actiuum habet illud quod ex simplici aliqđ generat, sicut ignis ex aere generat ignẽ ignis dicitur habere principium actiuum. Principium autem actiuum & passiuum simul habent animata, non ꝙ idem sit mouens primo & motum: quia ostẽsum est hoc esse impossibile Octauo Phy. sed ita habent in se vtrunq; principium sui motus, quia vna pars mouet & alia mouetur. Quòd autem animata habeant in se principiũ sui motus, apparet, quia animatum distinguitur ab inanimato in mouendo. Sed constat ꝙ animata habent in se principium sui motus passiuum, cum manifeste videamus ipsa moueri: quare animata etiam cum hoc habent principiũ actiuũ. hæc enim dicimus viuentia, quæ habẽt in se principium sui motus vtrunq;. Vnde viuere transfertur ad illa, quæ videtur habere in se principium sui motus: sicut dicimus argentum viuum, quia videtur ex se moueri, similiter aquam scaturientem dicimus viuam. Motus autem proprie dicitur tripliciter. Est enim quidã localis, & quidam alterationis, & quidam diminutionis et augmenti, sed extendendo nomen motus generatio & corruptio

Ad pfectã cognitionẽ naturæ oportet consyderare de motu.

Naturalia habẽt in se principium sui motꝰ diuersimode

T. c. 30. 40. 42. & 43.

Primo Aiæ tex. cõ. 19.

Viuentia dicunt ꝙ habẽt in se principiũ actiuũ & passiuum sui motus.

fine.

A possunt dici motus, vt habetur in Prædicamentis. Manifestum autem ꝙ impossibile est ꝙ aliquid se moueat motu generationis & corruptionis: quia illud, quod generat est ens actu, illud autem quod generatur tantum inuenitur in actu in fine generationis. & ideo nihil est quod habeat in se principium generationis sui. et ideo, si animata habent in se principium sui motus, hoc est secundum alterationem, & augmentum, & motum localem. Quòd autem animata habeãt in se principium alterationis patet, quia in animatis cõtinua fit deperditio: et ideo necesse est continua restauratio: fit autem restauratio per nutritionem. nutritio autem fit per alimentum aduenies existẽs in principio contrarium: & ideo oportet ipsum transmutari & digeri, vt fiat simile per virtutem alterantem existentem in ipsis. Quare manifestum est ꝙ in animatis est principium actiuum alterationis. Item, alimẽtum primo recipitur in partibus exterioribus, vt in ore: & ibi recipit quandam alterationem. hoc autem fit per virtutem, quæ
B primo est in corde. non mittitur autem virtus ad partes exteriores, nisi per quandam alterationem. Quare manifestum est ꝙ in animatis, principium actiuum est suæ alterationis. Item in animatis est principium actiuum augmenti: & hoc, quia animata ipsa generantur sub imperfecta quantitate: & natura non intendit ducere ad imperfectionem, sed ad perfectionẽ magis: & ideo oportet ꝙ habeant virtutem, per quam possint deduci ad perfectam quantitatem. ducuntur autem per augmẽtum. quare manifestum est ꝙ oportet ꝙ habeãt in se principium actiuũ sui motus augmenti. Item animalia habẽt in se principiũ sui motus localis. Et ex hoc apparet ꝙ animal est animal per sensum. Habet autem animal sensum tactꝰ: tactus vero est medium, uel est in media proportione tangibilium qualitatum. existit autem in proportione media ut possit cognoscere qualitates corrumpentes. Cum autẽ percipit qualitates conuenientes mouetur secundum motum dilationis. cum autem percipit corrumpentes, secundũ motum constrictionis. Et ideo manifestũ est ꝙ animalia habent in se principium actiuum motꝰ localis. De motu au
C rem quo mouentur animata motu nutritionis & augmentationis: in alijs dictum est. De motu autem locali dicendum est nunc. Sed cõsyderatio de motu locali duplex potest esse. Potest enim motus cõsyderari in se & absolute. Alio modo quantum ad organa & partes, mediantibus quibus exercetur. Aliter potest dici ꝙ motus potest consyderari ratione formæ vel ratione materiæ. Si consyderetur motus ratione materiæ, vel quãtum ad partes, per quas exercetur motus, determinatum est in libro de Progressu animalium. Si consyderetur in se vel ratione formæ, sic consyderatur de ipso in isto libro. Vnde consyderatur de motu hic absolute, & de principijs motꝰ, & qualiter motus procedit ex istis. Nec refert ad propositũ siue dicamus motum absolute esse subiectum in hoc libro, siue animal quod mouetur isto motu. Et sic apparet quæ
D sit intentio Arist. in hoc tractatu. Intẽdit enim facere consyderationem de motu progressiuo animalium in vniuersali: vel de ipso animali secundũ ꝙ mobile est isto motu. Diuiditur autem iste libellꝰ in duas partes. In prima dat intentionem suã, In secunda prosequitur. ibi {Quod quidem igitur principiũ.} Adhuc prima in duas. In prima recolligit quædam determinata in alijs, In secunda dat intentionem suam respectu eorũ quæ hic determinaturus est, ibi {Vniuersaliter aũt.} In prima dicit, ꝙ dicendum est de motu appetitiuo siue voluntario, qui debetur ipsis animalibus, non in vniuersali secundum ꝙ motus voluntarius est absolute, & consequitur omne animal secundũ se: sed in particulari, secũdum ꝙ consequitur vnũquodq; genus animalis, puta volatile aut gressibile, aut reptile. Adhuc autem & de differentijs generum animalium, & motuum, & de causis passionum & accidentium eis per se, consyderationem fecimus in alijs: puta in libro de Generatione animalium. vbi consyderatur de generatione ipsorum,

z. Aiæ lec. 8. & 9. Dũplex cõsyderatio de motu locali põtẽ.

Quo cõsyderetur de motu i isto libro.

Intẽtio Aꝛ. in hoc tractatu.

ipsorũ, & natura, & accidentibus, & passionibus: & per consequens de motu secundum q̃ cõpetit vnicuiq; naturæ ipsorum. Secundo ibi.

N. LEON.

Omnino autem de cõmuni cuiuscunq; motionis causa (nam alia quidem uolatu mouentur, alia natatu, non nulla progressione, alia per alios eiusmodi motus) in prætia est pertractandum.

Vniuersaliter autem de communi causa eius quod est moueri motu quocunq; (hęc quidem enim volatione mouentur, hæc autem gressu animalium, hæc autem secundum alios modos tales) consyderandum nunc.

Dat intentionem suam respectu eorum, quæ hic determinaturus est, & dicit q̃ nunc vniuersaliter dicẽdum est de vniuersalibus causis motus animalium, quocunq; motu moueantur. Quædam enim animalia mouentur motu volationis, quædam motu reptionis & secundum alios motus. Nec dicendum est de causis motus ambulationis fm q̃ ambulatio, nec volationis fm q̃ volatio, & sic de alijs, sed dicendum est de causis istorum secũdum q̃ sunt motus quidam appetitiui simpliciter. Et est consyderandum q̃ motus potest tripliciter cõsyderari, in se & absolute, alio modo quantũ ad differẽtias, tertio modo quantum ad organa. Si consyderetur motus primo modo, sic consyderatur de ipso hic & tertio de Anima. vbi consyderatur de motu ex parte animæ, declarando quomodo anima est principium motus principaliter, & parum determinatur de ipso ex parte corporis ibi, hic autem determinatur de ipso ex parte corporis principaliter, declarando q̃ oportet in omni motu animalis aliquã partem quiescere & alia huiusmodi: & parum determinatur de ipso quantum ad animam. Si consyderetur motus quantum ad suas differentias fm proprias rationes ipsarum, sic determinatum est de motu libro de Generatione animaliũ. Si consyderetur ergo quantũ ad organa & partes ex quibus exercetur, sic determinãdum est de ipso libro de Progressu animalium. Deinde cum dicit,

Le. 15. & 16. De motu i se & absolute consyderato, cõsyderat i isto libro & tertio de Aĩa, sed ibi parũ determinatur de ipso ex parte corporis, hic autẽ determinat de ipso ex parte corpis principaliter. Quo in libro de Generatione aĩalium determinet de motu.

Quòd igitur aliarum initium est motionum id, quod seipsum mouet: illius autem id, quod est immobile. Præterea q̃ primum mouẽs necessario omni uacat motu, determinatum est prius, cùm de sempiterno motu utrum sit necne: & si sit quid nam sit, constitutum est.

Quòd quidem igitur principium aliorũ motuum est quod ipsum seipsum mouet, huius autem, quod immobile, & q̃ primum mouens necessarium immobile esse, determinatũ est prius quãdo quidem & de motu sempiterno vtrum est aut non est, & si sit, quis sit, disseruimus.

Prosequitur intẽtionem. Et primo præmittit quædam necessaria ad propositum ostendendum, Secundo prosequitur de causis ibi {Vnde autem in animata} vel ibi {Reliquum est aliquid consyderare.} Adhuc prima in duas. In prima ostẽdit q̃ ad hoc q̃ aliquid moueat, oportet esse aliquod quiescens. Secundo iuxta hoc remouet quasdam dubitationes. ibi {Dubitabit autẽ.} Adhuc prima in tres. In prima tangit quid in alijs dictum est. Secundo ostendit illud esse insufficiẽs. ibi {Oportet autem hoc non solum.} Tertio ostẽdit propositum, s. q̃ ad hoc quod aliquid moueatur oportet esse aliquid fixum, id est stans, ibi {Manifestũ est & in his.} De primo dicit q̃ in alijs puta in Octauo Phy. vbi inquisitum est, vtrum sit motus aliquis sempiternus vel non: & si est sempiternus quis est motus ille, dictũ est q̃ illud quod mouet seipsum est principium & causa aliorum motuum: & causa huius est, quia in vnoquoq; genere primum est causa omnium aliorum. Motus autem ex se primum est, quia quod est per se, prius est eo quod est per aliud, ideo est aliorũ. Et dictum est q̃ moti ex se principiũ mouens, quod est primũ mouens, oportet omnino esse immobile. Secundo ibi.

Lec. prima

Primum vnoquodq; generis aliorum.

N. LEO.

Hoc autẽ non solum uniuersali ratione accipere oportet, sed in singulis etiam & sensilibus, quorum gratia uniuersales quærimus rationes, & quibus oportere illas accommodari existimamus.

Oportet autem hoc non solum ratione accipere vniuersaliter, sed & in singularibꝰ & in sensibilibus. propter quæ & vniuersales quærimꝰ sermones: & ea in quibus putamus oportere adaptare ipsos.

Ostendit illud esse insufficiẽs ad propositum quod determinatum est in Octauo Phy. q̃ cũ ostensum est q̃ primum mouẽs oportet esse immobile, & ipse est causa omnis motus: ex his apparet q̃ id quod mouet ex se est causa omnium aliorum quę mouentur ab alio. Ideo, si animalia mouentur ex se, mouentur ab aliquo immobili. & illud est insufficiens, quia dictum est in vniuersali. Et non solum oportet dicere in vniuersali, sed oportet applicare illa vniuersalia ad singularia & sensibilia. Ad perfectam enim cognitionem rei non sufficit cognitio in vniuersali, quia talis cognitio est imperfecta & in potentia. sed oportet applicare ad sensibilia. Et pp hoc vbi oportet adaptare vniuersalia ad particularia, quærimus prius sermones vtes & adaptamus eos ad particularia. Tertio ibi.

Te. cõ. 2.

Cognitio vlis ẽ imperfecta & in potentia.

Etenim in ijs manifestum est non posse quicq̃ moueri, nisi aliquid quiescat. ac primum quidẽ in animalibus.

N. LEON.

Manifestum enim & in his, quòd impossibile est moueri nullo quiescẽte. primum quidem in ipsis animalibus.

Impossẽ singulare moueri tu local nõ sit aliquid aliud quiescens.

Ostẽdit q̃ ad hoc vt animal moueaĩ oporteat aliquod esse quiescens. Et circa hoc duo facit. Primo enim proponit quod intẽdit, Secundo manifestat. ibi {Oportet. n.} In prima dicit quod in singularibus manifestũ est q̃ impossibile est moueri motu locali si non sit aliquod aliud quiescens. Et istud primo manifestum est in animalibus: impossibile enim ẽ animal moueri si nõ sit aliquod quiescens. Secundo ibi.

N. LEON.

Oportet nanq; si aliqua mouetur pars, quiescere quippiam. & hanc ob causam articulorũ flexus animalibus insunt, Iis enim utuntur flexibus ut centro quodam: fitq; totum membrum, in quo articuli est flexus unum & duo, necnon rectũ & curuum inflexus gratia cum actu, tum potestate commutatum. Cum mouetur autẽ & inflectitur, alia quidem manet nota, alia uero in ipso inflexu quiescit, quemadmodum si diametri. A & D. quiescat: B uero moueatur, & fiat A C.



Oportet enim si moueatur aliqua particula, quiescere aliquam. Et propter hoc iuncturæ animalibus insunt. Quemadmodum enim centro vtuntur iuncturis: & fit tota pars in qua iunctura & vna & duæ, & recta et curuata, atq; ea transmutatur potentia & actu propter iuncturam. Reflexo autem & motohoc quidem mouetur signum: hoc autem manet eorum quæ in iuncturis. Quemadmodum vtique diametri: quæ quidem A & D maneat, quæ autem B moueatur. & fiat A & G.

Probat

Probat propoſitum. Et diuidit in duas. In prima oſtendit ϕ, ſi aliqua pars animalis mouetur, ϕ oportet aliquã partem quieſcere. In ſecunda vero oſtẽdit ϕ ſi animal mouetur, oportet extra ipſum eſſe aliquod quieſcẽs fixum & ſtans. ibi {Sed tamen omnes.} Adhuc duo facit. Primo probat ϕ, ſi aliqua pars animalis moueat, neceſſe eſt aliquam aliam quieſcere, ſecundo recolligit illud probatum. ibi {Quod quidẽ igitur.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecũda remouet dubitationem. ibi {Sed hic quidem.} Conſyderãdum eſt ϕ animal mouet ſeipſum nõ hoc modo quia totum animal primo mouat totum animal, quia tunc idem moueret ſeipſum primo, quod eſt impoſſibile: nec totum moueat partẽ, quia tunc pars moueret ſeipſam, ſed ſic animal mouet ſeipſum ϕ vna pars mouet aliã, non ita ϕ anima moueat corpus. Et rario huius eſt, quia omne mouens debet eſſe aliquid in actu, quod mouetur ſimiliter debet eſſe ens in actu: ſed anima non eſt aliquod ens in actu, ſed eſt actus: nec corpus, ſed habet rationem materiæ & entis in potentia. & ideo non ſic animal mouet ſe, quia anima moueat corp⁹, ſed quia vna pars quantitatiua mouet aliam. Dicit igitur Philoſoph⁹ ϕ, ſi aliqua pars animalis moueatur oportet aliquam aliam quieſcere: & ideo iuncturæ inſunt animalibus. Et cauſa huius eſt, quia mouens & motum nõ poſſunt eſſe cõtinua: oportet autem quod ſint approximata. Si igitur vna pars moueat aliam partem, non debent eſſe continua nec ſeparata, ſed debent eſſe approximata, colligationem habentia, igitur manifeſtum eſt ϕ neceſſariæ ſunt iuncturæ. Partes enim illæ vtuntur iuncturis ſicut centro, & tota illa pars, in qua eſt iũctura eſt vna aliquo modo, aliquo modo plures. ſicut brachium, ſi conſyderetur ſecundum ſe, non ſecundũ ϕ mouetur vna pars ſed totum, vnum eſt: ſi vero cõſyderetur ſecundum ϕ vna pars mouetur & alia quieſcit, ſic eſt duo: & pars, quæ eſt in iunctura, quando ϕ eſt recta, quando ϕ eſt curua permutans, hoc eſt permutata à potentia in actum, ita ϕ propter iuncturam habet permutationẽ de potentia in actũ: in potentia curua, actu recta, ſic & ecõuerſo. Cum autem fit reflexio, vna pars mouet & alia quieſcit & contiguantur ad iuncturas. Et declarat per ſimile vt patet in præſenti figura, in qua verbi gratia, ſit circulus C D B, cuius ſit diameter D B, & ſit A centrum. ſi moueatur medietas diametri, vt puta B A, & moueatur vſq; ad pũctum hoc, ſignatum in circunferentia B C alia medietate quieſcente circa centrum A, nũc manifeſtum ẽ ϕ tota linea diametri, quæ fuit vna, vtitur vt duab⁹, & manet aliquid immobile. Similiter videtur de brachio, cuius vna pars mouetur & alia quieſcit, vtitur vt duobus vno, & remanet aliquid immobile illo motu: & vtitur illa extremitate partis quieſcentis, quæ trahit aliam partem motam per neruos ſimilem vt centro. Et ſi totum brachium moueatur, vtitur illa parte quæ trahit brachium vt centro. Secundo ibi.



Iũcturę ſre inſunt animalibus.

N. LEON. *Verũ hoc in loco impartibile omnino uidetur eſſe centrum: in illis enim motiones fingunt: mathematicorum nanq; mouetur nullum. In articulorum autem curuaturis poteſtate & actu, modo quidem fit unum, modo autẽ partibile. Verum initium ut eiuſmodi eſt, quieſcit inferiori parte mota, ut brachio quidẽ moto, cubitus: toto autem membro, humerus: & tibia quidem mota, genu: toto uero crure, coxa.*

Sed hic quidem videtur ſecundum omnem modum indiuiſibile eſſe centrum. Etenim mouerí (vt aiunt) fingunt in ipſis. Nõ enim moueri vllum mathematicorum. Quæ autem in iunA cturis potẽtia: & actu fiunt, aliquando quidem vnum, aliquando autem diuiduntur. Sed equidem principium primum inquãtum principiũ ſemper quieſcit mota particula inferiore, vtputa brachio quidem moto cubitus: toto autem membro humerus: & tybia quidem, ipſum genu: toto autem ſceleo vertebrum.

Remouet dubium. Comparauit enim iuncturam centro, & partes diametri partibus animalis, quarũ vna mouetur circa iunctũrã, & alia quieſcit: crederet aliquis forte ϕ omnino eſſet ſimile in diametro & in ꝓpoſito. Hoc remouet & dicit ϕ non, quia centrum ſimpliciter, & potentia & actu eſt indiuiſibile. Iunctura autem, quę ei proportionatur non eſt indiuiſibilis. Item falſum eſt ϕ ſemi diameter moueatur: quia diameter eſt res mathematica: ſed mathematicalia ſunt abſtracta à motu & à materia et B non mouentur ſecundum ϕ hmõi: & ideo diameter eſt abſtractus & immobilis. Partes autem animalis, quæ ad iuncturam copulantur, & iunctura aliquando eſt vnum, aliquando plura ſecundum potentiam & actum. Quando enim totum quieſcit, tunc iunctura eſt vna: quãdo autem vna pars quieſcit, & alia mouetur, tunc iunctura eſt plures. Et iunctura, inquantum eſt principium primum motus, eſt immobile: & inquantum eſt principium motus, tunc iunctura eſt plures: & inquantum eſt principiũ mor⁹, quieſcit alia parte inferiori mota, verbi gratia, Brachio moto quieſcit iũctura ſiue cubitus: moto cubito, qeſcit humerus, ſimiliter tybia mota, quieſcit genu: toto autem ſceleo moto, quieſcit vertebrum. Vocatur aũt ſchieles totum aggregatum ex tybia & ipſa: vertebrum vero vocatur illud os in quo vertitur. Conſyderandum eſt autem ϕ, cum dicim⁹ ϕ vna parte mota oportet ϕ alia quieſcat, verum eſt vel ſimpliciter, vel ab illo motu, quo alia mouentur. Aut, ſi moueaĩ illo motu, oportet ϕ quieſcat ab illa velocitate, qua mouetur alia pars. Item patet C ϕ motus proceſſiuus eſt cõpoſitus ex motu pulſus & tractus. Semper enim, ſi una pars pellitur, et alia trahitur: itẽ patet ϕ motus partium animalis progreſſiuus quaſi circularis eſt. Cùm enim aliqua pars expellíẽ, trahitur alia: & ideo videtur, quaſi circularis. Deinde cùm dicit.

Remouet dubiũ, qd poſſet oriri ex cõparatione iũctu rę ad cẽtũ ſuppoſita. Mathematica ſunt abſtracta a motu & a materia.

Vna parte mota oportet ϕ alia quieſcat, qs ſenſus. Moꝛ ꝓceſſiuus ẽ cõpoſitus ex motu pulſus & tractus.

N. LEON. *Quód igitur unumquodq; in ſeipſo quieſcẽs quippiã habere oportet, unde motionis eſt initium: & ad quod impulſum totũ ſimul mouebitur, & p partes, manifeſtũ eſt.*

Quòd quidem igitur vnumquodq; in ſeipſo aliquid oportet habere quieſcens, vnde eſt principium eĩ⁹ quod mouetur: & ad quod pulſum totum integrũ mouebitur, & ſecundũ partes, manifeſtum.

Recolligit cõcluſionem iam probatam. Et dicit ϕ manifeſtum eſt, ϕ in animali quod mouetur proceſſiue, cũ vna pars mouetur, oportet aliquid eſſe quieſcens. Vnde eſt principiũ motus in parte quæ mouetur, ad quod principiũ: pars quæ mouetur appulſa, tota integra mouetur. Sit, ſi aliqua pars illius, quod mouetur moueatur motu proprio quodam, oportet ϕ ſit aliquid aliud quieſcẽs ad quod appulſum moueatur. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Verumtamẽ omnis in ipſo minus efficax eſt quies, niſi extrinſecus aliquid fuerit ſimpliciter quieſcẽs, & omni carens motu: operæprecium autem eſt accurate eſtimantes de eo quod dictum eſt perſcrutari, cõtemplationem enim quandam habet non ſolum ad animalia, uerũ ad ipſius etiam uniuerſi motum & lationem pertinentem. quemadmodum enim in ipſo immobile quiddam eſſe oportet, ſi debet moueri, ita etiã magis extra ipſum animal quippiam*

piam esse oportet immobile, ad quod innisum, quod motum est, mouetur.

Sed tamen omnis, quæ in ipso quies, insufficiens est, nisi aliqd extra sit simpliciter quiescẽs & immobile. Dignum autem scientes consyderare de dicto. habet enim theoriam non solum quantum ad animalia: sed & ad totius motum & lationem pertinẽtem. Quẽadmodum enim & in ipso oportet aliquid immobile esse, si futurum sit moueri, similiter adhuc magis extra animal debet esse immobile, ad qđ appulsum mouetur quod mouetur.

Nõ mouet aĝal nisi sit extra ipsũ aliqd quiescens & immobile, sic ẽtẽ de cœlo licet, nõ sit oĩno eadem rõ.

Ostendit ꝙ, si animal debeat moueri oportet extra ipsum esse aliquid quiescẽs. & diuiditur in duas. Primo proponit conclusionem, secundo probat eã. ibi-{Si enim cederet.}-Primo dicit ꝙ ad hoc vt animal moueatur non sufficit quies alicuius partis animalis, sed oportet extra animal esse aliquod quiescens & immobile. Et de hoc dignũ est facere consyderationem ipsis Sapientibus. Hæc enim consyderatio vtilis est, non solum quãtum ad illa vt consyderetur principium & motus ipsorum, immo quantũ ad motũ cœli. sicut enim ad hoc ꝙ cœlum moueat oportet ꝙ aliquod sit quiescens & stans, sic ad hoc ꝙ animal moueatur oportet ꝙ extra ipsum sit aliquod immobile, ad quod appulsum animal quod mouetur, moueatur: & ampliori ratione: quod intẽdit per hoc quod dicit-{Similiter adhuc magis.) Sed est intelligendum ꝙ non omnino est eadem ratio quare extra cœlum oportet esse aliquod fixum cum animali, sed communis vna ratio est. Quia, si aliquod moueatur, oportet quod sit aliqd circa quod moueatur, respectu cuius se habet nunc & prius, illud autem est quiescens, vel non mouetur eadem specie motus aut non tanta velocitate. Et si quidẽ illud moueatur, aut erit processus in infinitum, aut erit deuentre ad aliquod quod omnino immobile est. Ista ratio cõmunis est animali & cœlo. Sed alia propria est in animali: Animal enim mouetur impellendo & trahendo, impellendo trahit se ad aliud: ergo oportet ꝙ animal simpliciter supra aliquid figat in se. non ergo extra se requirit aliquid ad quod appulsum pellat. In motu aũt tractus fit motus ab aliom ipsum. Quare oportet aliqd aliud esse fixũ. Secundo ibi.

N. LEON. *Si enim semper cesserit, ut muribus per terrã, aut arenam progredientibus, non sanè progredietur: neq; certe ullus erit progressus, nisi stet terra: neq; volatus, aut natatio, nisi aer aut mare resistant.*

Si enim cedet semp: vtputa muribus, qui in terra aut in arena progrediuntur: nõ procedet neq; erit gressus, si non terra maneat: neq; volatio aut natatio: nisi mare aut aer resistat.

Probat cõclusionẽ sũ prapositũ.

Probat propositũ. Et diuiditur in duas partes. Primo enim probat propositum inducendo, secundo probat ꝙ illud non sit pars animalis, nec aliquid eius. ibi-{Necesse autem.}-In prima dicit ꝙ, si cum animal moueatur, nõ fit aliquid quiescẽs & fixum, sed illud ad quod appellitur cedat: sicut mures cùm ambulare volunt vel in terra vel in arena, si terra vel arena non quiesceret sed cederet: nunq; procederent nec irent. Similiter nunquam esset volatio, nec natatio si aer vel aqua non quiesceret ad minus à motu illo, vel velocitate illa. Secundo ibi.

N. LEON. *Hoc autem aliud ab eo esse quod mouetur necesse est, & totum à toto, nullamq; rei motæ esse portionem, quod sic est immobile: sin secus fuerit, non mouebitur.*

Necesse autem hoc alterum esse ab eo, quod mouetur, & totum à toto: & partẽ nullam esse eius quod mouetur & quod sit immobile. si autem non, non mouebitur.

Ostendit ꝙ illud fixum & immobile est diuersum ab animali, non aliquid ipsius. Et primo proponit conclusionem, secundo probat. ibi-{Testimonium.}-In prima dicit ꝙ illud fixum & stans, quod extra requiritur, nec est animal nec aliquid animalis, quod mouetur: ita ꝙ totum fixum & immobile est alterum à toto quod mouetur, & pars à parte. Si vero non est ita, non poterit moueri animal motu processiuo. Secundo ibi.

N. LEO. *Huic autem rei testimonio esse potest id, de quo ambigi solet: cur si quis nauigium extra propellat cõto ad malum innisus, uel ad aliam illius partem, paruo negocio illud mouet: contra si in ipso sit nauigio & idipsum facere cõtendat, minime illud mouere possit, neq; si Tityus ipse, aut boreas ex ipso sufflent nauigio: si quidem eo sufflare quemquam cõtingat modo quo pictores faciunt, cum ex seipso quempiam spiritum emittẽtem pingunt: siue enim leuiter spiritum, siue ita uehementer emittat ut maximũ efficiat uentum: siue aliud sit quod proijciatur uel impellatur, necesse est primum ad suarum quampiam partiũ quiescentem innisum propellere, deinde hanc ipsam partem, aut cuiusnam contingent esse pars, ad externũ quiddam innisam quiescere. Qui autem nauigium propelliit, cũ ipse in nauigio sit, nulliq; innitatur, rationabiliter nauigium non mouet: quoniam id cui innititur manere necesse est. accidit autem ipsi idem & quod mouetur, et cui innititur, qui aũt extra propellit, uel trahit, sanè mouet: nulla enim nauigij pars est terra.*

Testimonium autem huius est id quod dubitatur: quare quidem nauem ad extra si quis pellat, fuste attingens malum aut aliquam aliã partem, mouet facile. si autem in ipsa existens quis nauí, hic tentet agere, non vtiq; mouebit: neq; vtiq; eurus neq; boreas flans intrinsecus ex naui si fuerit flans secundum modum istum, quẽ aliqui pictores faciunt. ex ipsa enim ventũ emissum pingunt. siue enim remisse spiritum proiciat quis, siue vehementer, sic vt ventum faciat maximũ, siue aliquid aliud proiectum aut pulsum, necesse est, vt primum ad quiescentem aliquam ipsius particulam innisum pellere, deinde iterum hæc pars, aut ipsum, aut id cuius est pars, ad aliquid extrinsecorum firmatum manere. nauem autem pellens, in naui ipse existens & firmatus ad nauem, rationabiliter non mouet nauem: quia necessarium est ad quod firmatur manere. accidit autem ipsi idem esse quod mouetur, & ad quod firmatur. extra autem pellens aut trahens, mouet. terra enim nulla pars est nauis.

Probat hoc ex solutione eiusdem dubitationis. Et dicit ꝙ testimonium huius quod dictũ est, est solutio quæstionis de qua solet dubitari. Solet enim dubitari, quare cum aliquis est extra nauẽ, si cum baculo attingat ad nauem vel ad malum & impellat, potest de facili mouere ipsam. Si autem esset in naui & cũ baculo appodiaret se ad puppim vel ad aliquã partem nauis nõ mouebit ipsam. Nec iterum si vẽtus, qui dicitur eurus vel boreas (q sunt venti septentrionales) flarent ex aliqua parte nauis ad velum ipsius vel aliam ipsius partem secũdum quam depingunt

gunt pictores (depingunt enim ventos flare ex naui) siue remisse emittantur, siue cum magno impetu, nō moueretur nauis. Soluit hanc dubitationē dicens: ꝙ necesse est ꝙ impellens aliquid appellatur ad aliquam suarum partium: deinde oportet ꝙ ipsa pars, vel ipsum totum, siue illud cuius est pars, appelletur ad aliquid extrinsecum firmatum siue fixum & immobile. ille autem, qui ē in naui & vult nauē impellere, cùm ipse appodietur & firmetur ad ipsam, rationabiliter non mouebit eam: quia oportet illud ad quod appodiatur, esse quiescens. si enim moueret eam appulsus ad eam, sequeretur quòd moueretur & ꝙ nesciret. Quiesceret quidem: quia mouens eam innititur ei, moueretur autem ex hypotesi, quare moueretur & quiesceret. sed hoc est impossibile. quare existens in naui, si appodiatur ad eam: non mouebit eam. Cum autē est extra, & affigitur ipsi terræ, mouet eam, sed terra nulla pars nauis est. Quare manifestum est quòd illud fixū & immobile, quod requiritur ad hoc quòd animal moueatur, nec est animal quod mouetur, nec aliqua pars ipsius, sed aliquid diuersum ab eo.

Solutio.

LECTIO. II.

Dubitatio, an Cœlum à motore corporeo moueatur nec ne, & an eius sit pars ex aliorum erroribus discutitur.

N. LEON. *Sed dubitare sanè poterit aliqs, an si quid uniuersum mouet cœlum, & omni carere motu, & nullam cœli esse partem, nec ꝙ in cœlo esse oporteat.*

DVbitabit autem vtiq; quis, vtrū si quod mouet totum cœlum, id oporteat esse immobile: & hoc nullam esse cœli partem, nec; in cœlo.

Postquā Philosophus probauit ꝙ animalis, quod mouetur necessarium est vnam partem quiescere & aliam moueri. similiter ꝙ necessarium est extra ipsum esse aliquod fixum, ad quod appulsum mouetur, quod non est aliqua pars illius, sed aliquid extrinsecū: in parte ista iuxta præcedentia mouet quasdam dubitationes. Et diuidit in partes tres. Primo mouet dubitationem circa cœlum & motus eius, secundo circa motum animatorꝝ, ibi } De animatis autem. } tertio mouet dubitationem circa motus animatorum alios à motu locali, ibi { Vtrum autem in mouente. } Circa primum duo facit. Primo mouet dubitationem partes duas habentem, secundo dissoluit eā, ibi { Si enim ipsum. } In prima dicit ꝙ occasione eorum, quæ dicta sunt, dubitabit aliquis, cum tota natura cœlestis moueatur ab aliquo, vtrum motor ille sit aliquid immobile corporeum vel non. & dato ꝙ sit aliquid immobile corporeum, dubitabit secūdo, vtrum sit aliqua pars ipsi⁹ cœli vel nulla. Et potest esse ratio dubitationis, quia cœlum mouetur ex se, sicut animalia quæ sunt hic, animalia autem quæ sunt hic mouentur ab aliquo corporeo fixo & immobili, quod est pars eorum, innixa alicui fixo extrinseco. Quare similiter cœlum videtur moueri ab aliquo immobili, quod est pars illius, & alicui fixum extrinseco. Secundo ibi,

Dubitatio ꝙ posset oriri ex verbis supra positis.

N. LEON. *Siue enim ipsum motum cœlum mouet, aliquod sanè non motum attingens, necesse est ipsum mouere: id autē nullam mouentis esse partem: siue continuo non motum est id quod mouet, nulla itidem motæ rei erit pars, & hoc sanè recte dicere uidentur quicunq; asserunt ꝙ circulo latæ sphæræ nulla omnino manet pars: aut enim totam stare necesse esset, aut illius continuum diuelli.*

Si enim ipsum motū mouet seipsum, necesse est aliquid immobile tangere, dum mouet, & hoc nullam esse partem mouentis, siue confestim immobile est quod mouet. similiter nullā esse partem eius quod mouetur. & hoc recte dicunt dicētes quod circulo lata sphæra, nulla manet particula: aut enim totam necessarium erat manere, aut distrahi continuitatem ipsius.

Dissoluit dubitationē. Et, quia dubitatio habuit duas partes, primo soluit secundam, secundo primam: quia secunda valet ad dissolutionem primę. ibi { Vtrum autem oportet } in fine lectionis. Circa primū duo facit. Primo ostēdit ꝙ, dato ꝙ cœlum moueatur ab aliquo corporeo immobili, ꝙ illud non potest esse pars ipsius cœli, Secundo remouet errorē circa hoc. ibi { Sed quod polos. } Circa primum est intelligēdum ꝙ, si cœlum mouetur ab aliquo corporeo, aut illud est motū de se, aut est statim immobile. si sit motum ex se, oportet statim reduci ad aliquē immobile, & ideo dicit ꝙ, si dicam⁹ ꝙ cœlum moueat ab aliquo corpore, cui appellitur in motu suo, necesse est reduci ad aliquod immobile: &, si sit corporeum, cui appodiatur in motu suo, illud non poterit esse aliqua pars ipsi⁹ mouētis, hoc est ipsius mobilis. accipit enim mouēs pro mobili. Similiter, si dicam⁹ ꝙ cœlum statim mouetur ab aliquo immobili corporeo, necesse est ꝙ nulla pars cœli sit. & ratio huius est: quoniam si illud immobile fixum esset aliqua pars ipsius, oporteret aliquam partē cœli quiescere, reliquis partibus motis, & vt est manifestum ex se: hoc autē si fieret, fieret destructio in partibus cœli, quod est impossibile. Et hoc est quod quidam dicunt & conuenienter, ꝙ illius sphæræ secūdum locum circulariter moræ, nulla particula manet, aut enim totam necesse est manere, aut totam moueri secundum quamlibet partē eius: aut partem moueri & partem quiescere, quod est impossibile: quia tunc cœlū diuideretur, quod est impossibile. ergo, si moueatur, necesse est quamlibet partem eius moueri: &, si quiescit, quamlibet quiescere. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Verum quoniam Polos potentiam habere quandam arbitrantur, cùm nullam habeant magnitudinem, sed ultima & puncta existant, id sanè non recte. ad hoc enim ꝙ nulla illorum est essentia, fieri ēt non potest ut unicus à duobus agatur motus. polos porro duos faciunt.*

Sed quòd polos putant quandam virtutem habere, nullam habentes magnitudinē, sed existentes extrema & puncta, nō bene. Cum hoc enim, quod nulla substantia est alicuius talium: & moueri vnum motum à duobus impossibile. polos autem duos faciunt.

Remouet duos errores circa hoc, secunda ibi { Quod quidem igitur. } Circa primum consyderandum quōd quidam dixerūt, ꝙ cœlum mouetur ab immobili corporeo, & illud dixerunt esse polos cœli: quia soli poli videntur esse immobiles. Et ideo dicitur, ꝙ illud, quod quidā dixerunt volentes soluere prædictam dubitationem, nō conuenienter est dictū. Dixerunt enim ꝙ duo poli ipsius cœli virtutem habēt vt super ipsos firmetur motor cœli in mouendo ipsum. sed hoc est impossibile: quia poli cœli nullam habent magnitudinem: quia sunt extrema diametri, siue axis, & sunt indiuisibilia. Si ergo poli sunt illud fixum immobile, quod exigitur in motu cœli, non erit aliquod corporeum, & magnitudo: & hoc est cōtra positionem eorū. Adhuc, Illud, cui affigitur motor cœli, in mouendo, oportet esse aliquam substantiā: quia prius est cœlo & motore cœli, sicut firmans illa in mouendo: poli autem non sunt substantia, sed accidentia, puta extrema cæli. Præterea, Impossibile est vnum motum esse à duobus motoribus per se nō ordinatis: poli autem duo sunt, sicut ipsi dicunt: ergo impossibile est motum cæli esse à duob⁹ polis, sicut ab eo super quo firmatur mouens. Et sic manifestum est ꝙ tres rationes adducit Philosophus breuiter contra ipsos. Secundo ibi,

Error dicētiū cœlum moueri ab immobili corpeo, & illud dicebant eē polos cœli.

Prima rō.

Secūda rō.

Tertia rō.

Quòd igitur ad uniuersam naturam quiddam sic se

habeat

habeat, ut terra ad animalia, & ad ea quæ per se mouentur, ex huiusmodi quispiam dubitare poterit. Verum ij, qui in fabulis uersantur, & Atlantem pedes in terra habere faciunt, non sine mente hanc fabulã dixisse uideri possunt, perinde ac ille diameter sit, cœlumq; circum polos torqueat. id autem ratione contingere uidetur, quoniam manet terra.

Quòd igitur aliquid ita se habeat ad totã naturam sic, quemadmodum terra ad animalia & ad mota per ipsa, ex talib⁹ vtiq; quis dubitabit. Qui enim fabulose Atlantem faciũt in terra habentem pedes, videtur vtiq; ab intellectu dixisse fabulam: quasi hunc velut diametrũ existentem & vertentem cœlum circa polos. Hoc aũt vtiq; accidit ſm rationem, quia terra manet.

Error dicẽtium cœlũ moueri firmatũ ſuper terram.

Remouet secundum errorem. Et primo tãgit ipsum, secundo improbat. ibi {Sed hoc dicẽtibus.} In prima dicit, q; alij dixerũt q; oportet aliqd esse quod ita se habeat ad motum cœli, sicut terra se habet ad animalia, & ad ea quæ mouentur in ipsa terra. Hoc autem dixerunt esse terram, ita q; cœlum mouetur firmatum ad ipsam. Et hoc ex his duobus dixerũt figurari per fabulam de Atlante. Fin xerunt enim quidam, Atlantem esse magnum hominem caput habẽtem in vno polo, & pedes in alio, & brachiũ dextrum in oriente, & sinistrum in occidẽte, primum sic sustinere cœlum & mouere cœlum ipsum à dextro in sinistrum. Istud aũt, si intelligatur ſm q; litera sonat, falsum est & incredibile: si autem consyderetur quantũ ad illud quod intelligebant signari per istud, intelligentiam veritatis dixerunt: q; per Atlantem voluerũt intelligere axẽ cæli, qui transit à polo in polum, & per centrum mundi: quod centrum fixum est fixione terræ. Et voluerunt q; motor cæli in mouendo figuratur per huiusmodi axem: qui firmatur ad terram. et hoc secundum rationem accidit: quia terra, per quam transit, secundum se est immobilis. Et ita voluerunt q; motor cæli in mouẽdo firmaretur ad terram. Secundo ibi.

Atlantis fabula. lege Philosophũ lib. 2. de cœlo.

N. LEON. *Verum huiusmodi rei assertoribus cõcedere est necesse illam uniuersi nullam esse partem.*

Sed hoc dicẽtibus necessarium dicere ipsam nullam esse partem totius.

Improbat opinio supra assignata. Prima rõ.

Improbat istam opinionem. Et habet duas partes ſm quod improbat per duas rationes, secunda ibi {Adhuc autem oportet.} In prima dicit. Quòd si motor cæli firmatur ad terram in mouẽdo cælum (quod isti dicunt) & terra non est pars totius cæli, quod mouetur: sequeretur q; fixum, quod exigitur ad motũ cœli, nõ sit aliqua pars eius. Hoc autem & si verum est, tamen cõtra eorum opinionem est. Secundo ibi.

N. LEON. *Præterea mouentis robur & quiescentis æquabiliter se habere oportet. est enim magnitudo roboris & potentiæ, qua sic manet quod quiescit, sicut qua motor mouet. Et profectò quædam necessario est proportio, ut contrariorum motuum, sic etiam ipsarum quietum. & quæcunq; sunt æquales à se inuicem non patiuntur: per exuperantiam autem uincuntur.*

Adhuc autem oportet uirtutem æquari mouentis & eã quæ manẽtis. Est enim aliqua multitudo vigoris & virtutis, ſm quã manet quod manet: quemadmodum & ſm quã mouet mouens. Et est quædam proportio ex necessitate, quemadmodum & contrariorum motuum, sic & quietum. & æquales quidẽ impassibiles abinuicem. Vincuntur autem ſm excessum.

Ponit secũdam rationem. Et primo ponit eam, Secundo incidentaliter mouet dubitationẽ circa dicta. ibi {Est autem quædam.} Circa primum duo facit. Primo declarat quandam propositionem qua vtitur, Secundo ex illa arguit. ibi } Propter hoc seu Atlas. } Circa primum consyderandũ q; adæquatio vno modo attenditur ſm æqualitatem quantitatis, secundum q; æqualitas est concomitans quantitatẽ, alio modo attenditur secundum proportionem quandã: ſm q; dicimus q; virtus agentis adæquatur virtuti patientis, quãdo hoc natum est agere illud, & illud pati ab illo. Et sic accipiens adæquationem dicit, q; quandocunq; aliquod mouens, mouet aliquod innixum alicui fixo, in mouendo oportet adæquari, idest proportionari virtutem mouentis in mouendo, & quiescentis in quiescendo secũdum aliquam determinatam proportionem. mouens enim in mouẽdo habet determinatũ quendam vigorem seu virtutem, secundum quam mouet mobile. & illud, cui innititur, similiter habet quandam determinatam virtutem in quiescendo, secundum quam quiescens potest figere mouens. Et est determinata quædam proportio secundum virtutem mouentium inuicem & quiescentium. Sed hoc innixum quiescentium potest mouere: & secundum quam fixum & quiescens potest mouens figere: & secundum quam hoc potest mouere innixũ quiescenti & mobile: & vniuersaliter agentia cõtraria, si fuerint omnino æquata secundum suas virtutes, secundũ quas agunt & patiuntur, impossibile est q; vnum in alterum agat primo, quamuis possit in ipsum agere secundũ partem. Sed, si debeat agere vnum in aliud, oportet q; excedat in virtute, Secundum enim hoc mouet, & illud mouetur: & hoc agit, & illud patitur, vnum excedit in virtute, & aliud exceditur. Quandocunq; ergo mouẽs mouet aliquod mobile per hoc quod innixum est alicui quiescenti, quiescẽs illud est maioris virtutis in quiescẽdo, & mouens in mouendo. Secundo ibi.

Adæquatio duorũ agentiũ.

Lect. 11.

N. L.

Agẽtia tractant ſm quod non adæquãtur ſecũdũ virtutes cũdũ agũtur tunc est q; alterũ prius N. LI

Quamobrem siue Atlas, siue aliud quippiã sit quod mouet ex ijs quæ intra continẽtur, nihilo magis excellere debet quietè quà terra manet: uel de medio, suoq; ipsius loco mouebitur terra. ut enim impellẽs impellit, sic impulsum impellitur, & similiter ut est robur, mouet autẽ prius quiescens: iccirco maius & ualentius robur, aut simile & æquale quieti. eodẽq; modo rei motæ quæ tamen non mouet. Tantam igitur in quiescendo terræ facultatẽ esse oportebit, quãtam tum uniuersum habet cœlum, tũ illius motor. Quòd si hoc fieri non potest, neq; ut cœlum à quopiam, quod intus sit moueatur, fieri poterit.

Propter quod siue Atlas siue aliquid tale est quod mouet alterum ab his quæ in terra, non oportet magit extendere mãsione quàm terra sit manens: aut mouebitur terra à medio, & ex proprio loco. Sicut enim pellens pellit, sic pulsum pellitur: similiter secundum virtutem: Mouet autem quiescens primum. Quare maior & amplior virtus, aut similis & æqualis quieti. Similiter autem & moti quidem, non mouẽtis autem: tantã ergo oportebit virtutem esse terræ in quiescendo, quantam totum cœlum habet & mouens ipsum. Si autem hoc impossibile impossibile moueri & cœlum ab aliquo tali eorum, quæ intra cœlum.

Arguit ad propositũ. Et dicit. Propter quod seu Atlas seu quodcunq; aliud moueat cœlum firmatum ad terrã, seu ad aliquid eorum, quæ sunt in terra: quod intẽdit per hoc quod dicit, nõ potest esse maioris virtutis in mouendo q;

do, & terra sit in quiescendo. Si enim sit maioris virtutis in mouendo terram, & terra in quiescendo, impellet eam ex loco suo: quoniam sicut huiusmodi mouens pellit cœlum in mouendo ipsum, sic pellet terram, & secundū virtutem eius. Et ita q̄ sicut impellens pellit, sic quod pellitur. Quare, si Atlas sit maioris virtutis, impellet eā. Sed manifestum est q̄ primum quod mouet cœlum quiescit, quia est omnino immobile: vt probatū est Octauo Physicorum, quare est maioris virtutis aut æqualis cum eo cui innititur. Et verificatur disiunctiua pro altera parte. Similiter oportet ipsum habere maiorem virtutē in mouendo & cœlum in quiescendo. Sic igitur terra, cui firmatur in mouendo, ipsam oportebit esse maioris virtutis in quiescendo & sit cœlum: et motor eius in mouendo. Hoc autem est impossibile, quia virtus terræ per quā quiescit est grauitas eius, quæ causatur à motu cæli: & manifestū est motorem cœli maioris virtutis esse & sit cœlū: & cœlum & sit grauitas terræ: ergo impossibile est cœlū moueri ab aliquo motore firmato ad terrā, vel ad aliquid corporeum intra ipsam existens. Deinde cum dicit,

Est autem dubitatio quædam de partium cæli motibus, quæ, quoniam ijs quæ dicta sunt est cognata, non abre hoc in loco perscrutari poterit. Nā si quis motionis potentia terræ quietem excesserit: manifestum sanè est q̄ illam mouebit è medio: quod autē robur à quo illi ist hæc ineſt potentia, non est infinitum, clarum est. neq; enim infinita est ipsa terra, quamobrem neq; illius grauitas. Quoniam autem impossibile multipliciter dicitur: non enim eodem modo impossibile esse dicimus uocem uideri à nobis, & illos qui in orbe sunt lunæ, cum alterum ex necessitate sit, alterum autem quamuis natum sit uideri, non tamen uidebitur. cælum uero incorruptibile & nō dissolubile arbitrantur quidem ex necessitate esse, hac uero ratione non ex necessitate contingit: natus etenim est, & contingit fieri motus maior quàm à quo quiescit terra, & à quo ignis, & supremum corpus mouetur. Itaq; si exuperantes fuerint motiones ist hæc à se inuicem dissoluentur.

Est aūt quædam dubitatio circa motus partium cæli quā ut existentē conuenientē dictis, considerabit vtiq; quis. Si. n. aliquis excedat virtute motus, terrę quietē: palam quia mouebit ipsam à medio. Et virtus autē à qua hæc potentia, quod non infinita, manifestū. neq; enim terra infinita: quare neq; grauitas ipsius. Quoniam autem impossibile dicitur multipliciter. Non enim simpliciter dicimus esse vocem impossibile videri, & eos qui in luna à nobis, hoc quidem enim ex necessitate: hoc autem natū videri non videbitur. Cœlum autem incorruptibile quidem esse, & indissolubile putamus quidem ex necessitate esse: accidit autem secundum hanc rationē, non ex necessitate. Natum est enim, et contingit esse motum maiorem: & à quo quiescit terra, & à quo mouetur ignis, & quod sursum corpus. Si quidem igitur sunt excedentes motus, dissoluentur hæc ab inuicem.

Occasione cuiusdam dicti introducit quandam dubitationem. Et primo tangit ipsam cum ratione eius, secundo remouet responsionem, quæ posset dari. ibi {Si vero non sunt.} In prima dicit quòd ex præcedentibus potest accidere dubitatio quædam circa motum cœli & partium eius: puta spheram. Quam dubitationem sic consequentem ad ea quæ dicta sunt prius, potest aliquis consyderare quòd, si motor cœli firmatus ad terram in mouendo, excederet terram in quiescendo, vt suppositum est, manifestum est quòd mouebit ipsam à medio, sicut, si terra, ad quam firmatur nauta in mouendo, non esset maioris virtutis in quiescendo, quàm nauta in mouendo, moueretur terra. Sic est in proposito. Si motor cœli firmatus ad terram esset maioris virtutis in mouendo, quàm terra in quiescendo, moueret terram. Nō enim potest dici quòd terra sit infinitæ virtutis in quiescendo. Et ideo mouetur à motore cœli, seu motor cœli sit finitæ virtutis, seu infinitæ. Terra enim quiescit propter grauitatem eius: grauitas autem eius finita est: quia quantitas eius finita est, quare virtus, propter quam quiescit terra, finita est. potest igitur moueri à maiori virtute. Vlterius consyderandum est quod impossibile multipliciter dicitur. Vno modo per se & simpliciter. Alio modo per accidens & secundum quid. non enim eodem modo dicitur impossibile, vocem videri, & eos qui sunt in Luna. vocem enim impossibile est videri per se & simpliciter: quia non est de numero eorum quæ apta sunt videri. Illa autem, quæ sunt in Luna, sunt de natura eorum, quæ sunt apta videri, nobis autem impossibile est ea videre propter remotionem, vel propter excellentiam luminis. Cœlum autem impossibile est corrumpi, simpliciter & per se loquendo de impossibili. nec enim habet materiam per quam possit corrumpi, nec contrarium à quo corrumpatur habet. Si tamen motor cœli firmatus ad terram moueret terram ex medio, sequeretur quòd ipsum corrumperetur. Et huius ratio est. Quoniam, si motor cœli mouet terram ex medio, contingit maiorem motum esse aliquem quàm sit motus quo natum est cœlum moueri. Cœlum enim natum est moueri terra quiescente, motus autem, quo mouetur terra, ignis, & cœlum maior est illo. Quare motor cæli natus est facere maiorem motum quàm cælum natum sit moueri. Hoc autem accidēte dissoluetur proportio motus ad mobile determinata. quare motus & mobile corrumperentur: quia motor cæli sicut est causa motus cæli, ita & esse. si igitur motor cæli in mouendo sit maioris virtutis, vt suppositum est, quàm terra in quiescendo dissoluetur cælum & motus cæli. Secundo ibi,

Sin uero tales quidem non fuerint, illas autem esse cō tigerit, infinitum enim non contingit: quoniam neq; infinitum esse contingit corpus: cōtinget sanè dissolui cælū. quid enim prohibet hoc accidere posse, siquidem non est impossibile, non est autem impossibile nisi contrariū fuerit necessarium. uerum de huiusmodi dubitatione, alius sanè erit sermo.

Si vero non sunt quidem, contingunt autem: esse infinitum enim non contingit, propter ea quòd non contingit corpus infinitum esse, cōtingit itaq; dissolui cœlum. Quid enim prohibet hoc accidere: si quidem non impossibile. Non impossibile autem, nisi oppositum necessarium sit. sed de hoc quidem dubio alter sermo.

Remouet responsionem quæ posset dari. Posset enim quis dicere q̄ motor cæli, cum firmat ad terrā, potest ipsam mouere ex medio, nunq̄ tñ mouebit ipsam, & ideo non sequitur q̄ cælū vnquam corrumpatur. Et ipse dicit, q̄, si aliquis dicat sic q̄ motor cæli non mouebit terram: & q̄ non erit maior motus quàm sit: quamuis contingat

Dubium.

Impossibile multipliciter dicitur, ex Secūdo de Aīa tex. 96 & 103.

Cælū ipossibile corrumpi, simplr & p se loquēdo de impossibili.

N. LEON.

Remouet tacita rñsio ad obiectionē factā supra.

etiam esse ita (terra enim infinita non est ita vt moueri non possit) sequetur q̄ quamuis nō corrumpatur motus eius q̄ cōtingat ipsum corrumpi. Vel quid prohibet ipsum corruptum esse si non est impossibile ipsam corrumpi. Non est autem impossibile, si oppositum, s. ipsam esse non est necessarium. Et iterum possibili posito in esse, q̄d sequitur nō est impossibile. Sed de hac dubitatione, vtrū cælum & motus quandoq̄ corrumpatur aut non, alias considerandum est: puta Primo de Cælo, & Octauo Physicorum. similiter de dissolutione dubitationis propositæ consequenter erit sermo. Apparebit enim ex dissolutione principalis dubitationis.

LECTIO. III.

Ex propositę dubitationis solutione, deducitur, Quæ sint ea in quorum motu motorem alicui rei inniti necesse sit, quæ vero nō, tam animatis, q̄ inanimatis & in aliis etiam motibus à loco li quid dicendum sit, aperitur.

N. LEON. *Vtrum autē oporteat extra id, quod mouetur, immotum quiddam esse & quiescens quod nulla illius existat pars, an secus? & hoc utrum ita se habeat in ipso uniuerso est necessarium?*

VTrum autem oportet aliquid immobile esse quod quiescens extra id quod mouetur, & nulla pars illius existens aut non? Et hoc vtrū & in omni sic existere necessariū sit?

Postq̄ Philosophus dissoluit dubitationem quantum ad secundam partem ipsius, soluit nunc quantum ad primam & principalem. Et diuiditur in duas. Primo enim resumit eam vniuersalius q̄ prius proposuerit, In secunda soluit cum dicit. ¶ Forte enim. ¶ Primo reperit dubitationem vniuersalius, dicens q̄ resumendo prius quæsitum, quærimus vtrum extra illud quod mouetur, oporte t esse aliquod quiescens, ad quod appulsum moueatur. & hoc quantū ad animata quæ sunt huiusmodi. Et quærimus etiam vtrum in primo moto, quod est cælū, oporteat esse aliquod tale quiescens corporeum, ad quod motor eius firmetur in motu eius. et hoc est quod dicit quātum ad primam partem dubitationis. Secunda ibi.

N. LEON. *Fortasse.n. uideri poterit inconueniens esse si motionis principium intus sit. Quamobrem ita existimantibus uideri poterit recte ab Homero fuisse dictum.*

Sed nobis nunq̄ cælo deducere ab alto
Ad terram dabitur, summumq; sciumq; tonantem:
Non si peruigili studio, multoq; labore.
Dijq; deæq; omnes pariter trahere inde uelitis.
Quod.n. omnino immobile est à nullo moueri contingit.

Forte enim vtiq; videbitur inconueniens esse, si principium motus intra. Propter quod videbitur vtiq; sic existimantibus, bene dictū esse apud Homerum.

Sed non vtique trahetis de cœlo in terram
Iouē supremum omniū: neq; si valde laboretis
Omnes apprehendere Dij, omneſq; Deæ.
Omnino.n. īmobile à nullo cōtingit moueri.

Soluit. Et primo quantum ad cœlum, secundo quantū ad animalia cum dicit. ¶ In animalibus autē. ¶ Circa primum. Primo facit quod dictum est, secundo concludit solutionem dubitationis incidentaliter motæ prius cum dicit. ¶ Vnde soluitur. ¶ In prima dicit. Cū quæritur, vtrū cœlum moueatur ab aliquo quod sit intra, forte inconueniens videretur & est. Quòd enim cœlū mouetur ab aliquo firmato ad aliquid corporeum eorum, quæ sunt intra cœlum, inconueniens: Quia omne quod cōtinetur est intra cœlum, dependet ex eo. si ergo motor cœli dependet ex aliquo quod sit intra cœlum, depēdebit ex suo mobili. quod est impossibile: quia manifestum est quòd impossibile est quòd motor in mouendo cœlum dependeat ex aliquo corpore intra cœlum. Deinde, quia omnis motor, qui mouendo firmatur ad aliquid aliud, habet aliquid prius eo in mouendo, scilicet illud cui firmatur: motore autem cœli nihil est prius: ergo non firmatur ad aliquod aliud in mouendo. Et cum etiam motor cœli est immobilis, ideo conuenienter videtur dictum secūdum istā existimationem quod dictum est ab Homero, dicente quòd, si omnes Dij & Deę: hoc est, omnes virtutes maiores & minores laborent apprehēdere Iouem, hoc est primum motorem, non poterunt ipsum mouere de cœlo ad terram. Et intendit secundum quòd videtur quòd quantumcunq; multiplicentur virtutes aliorum non poterunt ipsum mouere. et causam subiūgit. Quia illud, quod omnino est immobile, à nullo contigit moueri. Primus autem motor cœli omnino immobilis est per se, & per accidens, vt probatum est Octauo Physicorum: ergo à nulla virtute quantumcunq; multiplicetur potest moueri. Si autem firmetur ad terram in mouendo cœlum aliqualiter moueretur à terra, vel saltem dependeret in motu ex ea. Secundo ibi.

N. LEO *Vnde etiā iam dicta soluitur difficultas, an contingit cæli compositionem dissolui, uel non contingit, siquidem ex immobili dependet principio.*

Vnde soluitur & olim dicta dubitatio, vtrū contingit, aut non contingit dissolui cœli constructio, si ex immobili ortum est principio.

Solutionem concludit cuiusdam quæstionis prius motæ incidentaliter scilicet in illa parte. ¶ Est autem. ¶ Et dicit quòd ex his quæ dicta sunt, manifestum est quòd non oportet dicere quòd cœlum corrumpatur propter rationem prædictam. quia illud quod immediate procedit à principio omnino immobili, nō potest corrumpi: sed cœlum procedit immediate à principio immobili: quare cœlum non potest corrumpi. Nec oportet quòd dicamus ipsum corrumpi per rationem quę dicebatur. Arguebatur enim ita, Si motor cœli sit maioris virtutis in mouendo, mouebit terram: sed, si terra moueatur, cœlum non mouebitur: & ita corrumpetur. Dicendum quòd non oportet si motor cœli sit maioris virtutis in mouendo q̄ terra in quiescendo, q̄ propter hoc moueat ipsam. Verū enim esset hoc, si motor cœli affigeretur ipsi terræ in mouēdo: sed non est ita vt probatum est. Deinde cum dicit.

In animalibus autem non modo ita immobile quiddam esse oportet, sed in ijs etiam quæ per locum mouentur quæcunq; se ipsa mouēt. illorum.n. aliud quidem moueri, aliud autē quiescere oportet, ad quod immissum motum mouebitur, ut si aliqua partium moueat, innititur enim altera ceu ad quiescentem alteram.

In animalibus autem non solum sic immobile oportet existere: sed & in ipsis quæ mouentur secundum locum, quecunq; mouent ipsa seipsa. Oportet enim ipsius hoc quidem quiescere, hoc autem moueri: ad quod appulsum quod mouetur mouebitur: velut siqua moueatur partium: appellitur enim altera, vt ad manens alteram.

Dissoluit dubitationem prædictam quantum ad animalia. Et dicit quòd istud non solum necessarium est in animalibus, scilicet ad hoc quod moueantur quòd sit aliquod affixum extra, immo oportet in animali quod mouetur, vnam partem quiescere si alia mouetur. Quæcunq; ergo animalia mouent seipsa, necesse est, q̄ si aliqua partium moueatur, alteram quiescere, cui alia appellitur vt ad naues, sicut ostensum est prius.

De is

N.LEON. *De ijs uero, quæ carent anima quæcunq; mouẽtur dubitare quispiã poterit, utrũ omnia in se habeãt & quiescens, & mouens: & ad quippiam extra quiescẽtium necessario innitantur.*

De inanimatis autem quecunq; mouentur dubitabit vtiq; aliquis, vtrum omnia habeant inseipsis & quiescens, & mouens, & aliquid aliud extrinsecorum quiescentium, cui appelli & hæc quoq; necesse sit.

Mouet dubitationem circa motus inanimatorum. Et diuiditur in duas partes. In prima mouet quæstionẽ circa inanimata, scilicet vtrum inanimata indigeãt in motu suo aliquo affixo quod sit pars eorũ: & aliquo extrinseco quod non sit pars eorum, secundo mouet dubitationẽ de alijs motibus à motu locali inanimatis. ibi {Vtrum autem in mouẽte.} circa primum duo facit. Primo mouet dubitationem, secundo soluit. ibi {Aut impossibile.} in prima dicit. Circa inanimata, quæ mouentur, dubitabit aliquis, vtrũ in motu suo locali indigeãt altquo fixo & quiescente in ipsis, quod non sit pars eorum, cui mouens ipsa affigatur: & vtrũ in ipsis sit aliqua pars quiescẽs, sicut est in animalibꝰ. Et dicit philosophus. {Quæcunq; mouentur} propter terram, quæ nõ mouetur, vel saltem partes, quæ sunt circa centrum. Secundo ibi.

N.LEON. *An impossibile ut ignis uel terra, uel aliqd aliud quod anima caret. Sed à quibus primis hæc mouentur: Inanima nanq; omnia ab alio mouẽtur: omniũ autem ita motorum principium sunt quæ se ipsa mouent. Verũ de eiusmodi in animalibus quidem dictum est, hæc nãq; omnia & in se ipsis habere quiescẽs necesse est, & extra ad quod innitantur. si autem aliquid est superius & primum mouens, non est manifestũ: & de huiusmodi principio alius est sermo: omnia uero, quæ mouentꝰ, ad ea quæ extra sunt innisa mouentur, & cum spirant, & cum exspirant: nihil enim refert magnum proijcere pondus, an paruum: quod sanè faciunt, qui despuunt, & qui tussiunt, & qui spirãt, & qui exspirant.*

Aut impossibile: puta ignem, aut terrã, aut inanimatorum aliquid, sed à quibus primis mouentur hæc: omnia enim ab alio mouentꝰ inanimata, principium autem omnium sic motorum, ipsa seipsa mouentia. Talium autem de animalibus quidem dictum est. Talia enim omnia necesse & in ipsis habere quiescens & extra, ad quod propulsentur. Si autem aliquid est superius & primũ mouens, immanifestũ & alius sermo erit de tali principio. Alia aũt quecunq; mouentur, omnia ad exteriora appulsa mouẽtur & respirantia & expirantia. Nihil. n. differt magnam proijcere grauitatem aut paruam. quod quidẽ faciunt spuentes & tussientes, & inspirantes & expirantes.

Soluit dubitationem. Et dicit ꝙ impossibile est ꝙ inanimata, sicut ignis, aut terra, habeant in se aliquid quiescens: quia non habent in se principium sui motus. quoniam manifestum est ꝙ inanimata tota sunt continua & eiusdem naturæ in toto & parte: nec est aliqua pars contigua alij. In continuis autem impossibile est vnam partem moueri alia non mota, nisi soluatur continuitas. Et ideo inanimata non habent aliquid quiescens in seipsis, similiter nec extra se. Et ratio huius est: quia ratio, quare aiata habent in seipsis aliquod quiescens, est quia habent

A in se principium actiuum sui motꝰ: oportet aũt principiũ motus esse immobile: ideo habẽt in se aliquod quiescens. talia autem non habent in se principium sui motus. Iterum habent intra se animalia, cum mouentur, aliquod fixum & quiescens, quia ipsa mouentur motu pulsus & tractus: qui sunt quasi violenti. In motu autem pulsus, impellit aliquid à se vel ab aliquo fixo & in motu tractus trahunt aliquid à se vel aliud: ideo oportet ꝙ sit aliquid fixum ex se, à quo trahunt. Talis autem non est motus huiusmodi corporum: & ideo non indigent aliquo fixo extra se, ad quod firmentur in motu suo: quia mouentur ab extrinseco vt ab ipso generante: & tamen omnia ista reducuntur ad motum ex se, quia omne motum ab alio reducitur ad motum ex se & talia sunt ipsa animata. Et huiusmodi mota ex se habent aliquod fixum. Sed de animalibus quidem, quæ sunt de numero talium quæ mouentur ex se, dictum est, ꝙ necessarium est omnia talia habere in seipsis aliquod quiescens. Iterum necessarium
B est ꝙ habeãt extra aliquod fixum, ad quod propulsa moueantur: & si moueantur reducuntur ad aliquã causam superiorem immobilẽ. Sed vtrũ sit aliqua causa superior immobilis, immanifestum est nunc ex tractatu isto. alibi enim dictum est de hoc. Sed istud manifestum est ꝙ omnia animalia quæcunq; mouentur, habẽt aliquod fixum extra ad quod appulsa mouẽtur: & istud verum est in respirantibus & exspirantibus: nec refert siue proñciãt magnam molem, seu paruã: sicut sunt spuentia & tussientia. Semp enim in talibus oportet esse aliquid fixum. Si enim moueat pedem aliquis, quiescit tybia: si pedem & tybiã, quiescit aliud: si totum aggregatũ ex omnibus istis, quiescit vertebrum: & tunc impellit magnam grauitatem. Si militer si spuat, aliquid intus quiescet.

2. Phy. t. c. 52. 12. Me. te. cõ. 35. & 41.

N.LEON. *Vtrum autem in eo solum quod seipsum per locũ mouet quippiam quiescere oportet, an etiam in ijs quæ ex se*
C *ipsis alterantur, & augescunt? nanq; de prima generatione & corruptione, alius est sermo. si enim est is, quem dicimus, primus motus, generationis & corruptionis profecto is erit causa: necnon aliarum fortasse omnium motionum. Quemadmodum autẽ in uniuerso, ita in ipso animali prima erit ista hæc motio postq; fuerit absolutum.*

Vtrum autem solum in mouente seipsum ſm locum oporteat aliquid manere: aut etiam in alterato ipso & augmentato. De generatione autem ea, quæ à principio & corruptione, altera ratio. Si enim est quem quidem dicimus primus motus, generationis & corruptionis hæc causa quidem vtiq; erit & aliorum forte motuum omnium. Quemadmodum autem in
D vniuerso & in animali motus primus iste, cum fuerit perfectum.

Mouet dubitationem de alijs motibus à motu locali in animatis. Et primo mouet dubitationem, secundo soluit eam. ibi {Quare & augmentationis.} In prima dicit quòd dubitabit aliquis, vtrum in animali, quod mouet seipsum motu locali, solum isto motu requiratur aliquod fixum & stans, & non in alijs. aut requiratur in alijs motibus, sicut in motu alterationis & augmentationis. De generatione vero & corruptione, quæ fit à principio intrinseco altera ratio est: quia secundum generationẽ, quę est à principio intrinseco, acquirit esse: & ideo non potest esse ꝙ tali motu aliquis seipsum moueat. Cuiꝰ ratio est, quia oportet mouens esse in actu, secundũ enim hoc mouet & agit vnumquodq;, ſm ꝙ est in actu: quod generat aũt cum generatur, non est in actu ſm ꝙ hmõi, sed tm̃ in via generationis: & ideo non potest esse ꝙ motu generationis aliquid moueat seipsum. Si autem generatio sit pri

mus motus, erit causa aliorum: quia primū in vnoquoq; genere est causa aliorum. Similiter etiā in vniuerso, si generatio esset primus motus, in cœlo esset causa motus localis. Non est autem: quia generatio est finis motus alterationis: qui præsupponit motum localem. Et ideo generatio non potest esse primus motus in cœlo, tamen motus, sicut motus localis primus in vniuerso: ita generatio in animali cum generatur, primus motus est, primus dico via generationis, via tamen perfectionis, motus localis est prior. Vel aliter potest exponi quòd sicut in toto generatio esset primus motus, si totum esset generatum: sic in animali, cùm generatur, generatio est primus motus. Secundo ibi.

N. LEON. *Quamobrem & augmenti siquidem sibijpsi erit causa, & alterationis sui, secus non est necessariū. Primæ aūt augumentationes & alterationes ab alio, & p alia fiūt.*

Quare & augmentationis ipse sibijpsi causa est, & alterationis, si qñ genitum fuerit. Si autē non, non necesse. Primæ aūt augmentationes & alterationes ab alio fiunt, & per alteras.

Soluit quæstionem. Et primo soluit quantum ad augmantationem & alterationem, secundo quantum ad generationem, ibi {Generationis autē.} Soluit autem sub conditione quantum ad augmētationem & alterationē. Et dicit, quòd, si animalia habent in se principiū suæ augmentationis, habent in se principium suæ alterationis. Et huius ratio est, quia augmentum fit aliquo aduenīente, quod conuertitur in substantiam membrorum, quod dicitur nutrimētum. & ideo, qa oportet ipsum digeri, hoc autem fit per alterationem: alteratio autem non fit nisi aliqua virtute existente: ergo, si habent in se principium suę alterationis & augmentationis, à se augmentātur & à se alterantur. Primæ tamen augmentationes & alterationes fiunt ab alijs causis, & alio principio, sicut apparet in embryone. Alteratio enim quæ fit in materia, ex qua generatur embryo non est à principio intrinseco, sed à principio extrinseco. Et verum est, q animalia mouētur istis motibus à se, quia habent principium istorum motuum in se: illud autem principium quiescens est. ideo in motu augmentationis & alterationis est aliquod fixum & stās: quod vel est virtus animæ, & augmentat inalterata & in augmentata, saltem illa alteratione, vel secundum illum gradum. Secundo ibi.

Si aialia habent in se principiuz suæ augmētationis habent in se principiuz suæ alterationis.

Generationis autem & corruptionis minime sibi ipsi quippiam causa esse potest. Præcurrere enim debet motor id, quod mouetur, & genitum generans: nihil autem seipso est prius. De Anima autē siue moueatur, siue non: & si mouetur quo moueatur modo, prius dictum est in ijs, in quibus de illa est pertractatum.

Generationis aut & corruptionis nequaquam possibile est causam esse sibijpsi rem ullam. præexistere enim oportet ei quod mouetur mouens, & ei quod generatur generans: nihil autem prius est ipsum seipso. De anima quidem siue moueatur siue non: et si mouetur quomodo mouetur, prius dictum est in determinatis de ipsa.

Soluit quæstionem quantum ad generatiooem. Et dicit q nihil potest moueri à seipso motu generationis. Et huius ratio est. Quia, sicut dictum est, generās, ex hoc generat, quia est mouens: est autem mouens ex hoc q est actu: quare generans oportet q sit actu. Quod autem generatur est in potentia, & est in fieri generationis: ergo nihil potest moueri isto motu à seipso. Tūc enim idem esset prius seipso, & posteri⁹, & causa suiipsius: quæ sunt impossibilia. Et, quia primum principium motus in animali est anima: crederet aliquis q ipse vellet dicere quomodo anima mouetur si moueatur. Et ideo dicit hoc remouens q sive anima moueatur siue non, & si mouetur, quomodo mouetur, dictum est in Libro de Anima, vbi dictum est de ipsa. Et ideo hic nihil de hoc determinatur.

Primū principiū motus in animali est a sima. Primo fu c. 16. & 18.

LECTIO. IIII.

Quorumcunq; animalium quæ nā sint in ipsis principia tum prima, tum instrumentalia motus, ac quietis ostenditur.

N. LEON. *Quoniam uero inanima omnia ab alijs mouētur, nā de primo quidem & perpetuo mobili, quo nā moueatur modo, quoue pacto moueat primum mouens, in primis Philosophiæ commentarijs determinatum est prius, reliquum autem est contemplari quomodo Anima corpus mouet, & quodnam animalium motionis sit principiū.*

QVoniam autem inanimata omnia mouentur ab altero: de primo autem moto & semper moto' secundum quem modum moueatur, & quomodo moueat primum mouens: determinatum est prius & in his quæ de Prima Philosophia: reliquū est consyderare quomodo anima moueat corpus, & quod principium motus animalis.

Postquam Philosophus declarauit q in animali, quod mouetur, oportet esse aliquod quiescēs intra & extra, ad quod appulsum mouetur, in parte ista declarat de principijs & modo motus, qui fit in animalib⁹. Et habet duas partes. Primo ponit intentum suum & causam intenti, secundo prosequitur. ibi {Videm⁹ autem.} Circa primū duo facit. Primo dat intentionem suam, secundo causam intēti cum dicit. {Aliorum enim.} In prima dicit, q, cū ita sit q inanimata moueantur ab aliquo, et motum ex se reducitur ad aliquod mouens immobile: motum autē ex se est cœlum & animata: qūo cœlum, quod est primum motum & semp motum ſm ipsum, mouetur: & quomodo primum mouens mouet cœlum dictū est. Alibi enim hoc dictum est in Octauo Phy. & Primo de Cœlo, quæ scientiæ dicūtur prima Philosophia. Dictum enim est ibi q mouetur perpetuo motu vniformiter & regulariter. Nunc vero reliquum est consyderare quomodo anima mouet corpus: & quid est principium, quo mouetur animal siue principale principiū siue instrumentale. De istis enim consyderabit, s. quid est principium motus: & qualiter motus procedat ab isto. Secundo ibi.

Tex. cū 2. col. 13. &. Quōdam ē principiū motꝰ ani mali.

N. LEON. *Animata enim præterquam ipsius uniuersi motionis, aliorum sanè motus sunt causæ, quæcunq; à se inuicē nō mouentur, quoniam se inuicē impellunt. quapropter omnes illorum motiones finem habent, nam & illæ animatorum sunt eiusmodi. Omnia enim animalia cū mouēr, tum mouentur alicuius gratia: quapropter id illis omniū motionum est finis, cuius uidelicet gratia.*

Aliorum enim, præter totius motum, quæ animata causa motus sunt, quæcunq; non mouentur abinuicem, propter id quod se mutuo offendūt. propter quod & finem habēt omnes ipsorum motus: etenim & qui animatorū. Omnia enim animalia & mouent & mouētur gratia alicuius. Quare hoc ē ipsis omnis terminus motus, quod est cuius gratia.

Dat causam intenti. Et dicit q de motu animalium dicendum est, quia ea, quæ animata sunt, sicut aīalia, sunt causa motus aliorū entiū, excepto tñ motu totius. aīalia n. quæ mouent ex se & sunt hic, non sunt causa motus cęli, sed potius econuerso. Sunt aūt causa aliorū in quā, quæcunq; nō moueant ab inuicē: hoc est naturaliter & ex se.

Quoꝝ tuus sunt ca

sicut

sicut ignis sursum, & terra deorsum, quorum motus, animal non est causa. Et dicit abinuicē, sicut est in motu proiectionis, tractionis, pulsionis. Et causa huius est, qa propter hoc cp talia inanimata mouētur ab animalibus, motus ipsorum finem habet, et rō huius est: quia motus animatorū finem habet. Omnia enim animalia mouentur et mouent propter finem: finis aūt iste est gratia cuius fiunt oēs motus animalis: fine aūt adepto, manifestū est cp cessat motus. Quare manifestum est cp motus animaliū terminatur qūcp: terminato autem motu animalium necesse est terminari motum inanimatorū, cuius animalia sunt causa. Et, quia motus inanimatorum fit ab animalibus, motus animalium fit ab anima: dicendum est qūo anima mouet, & corpus mouetur: & dicendum est de alijs principijs motus animalium, vt de instrumētalibus qualiter motus fiat per ista. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Animaduertimus autem cogitationem, fantasiam, sectionem, uoluntatem, & cupiditatem animal mouere: hæc autem omnia ad mentem referuntur, & appetitionem. Fantasia enim & sensus cum mente eundem habēt locum, cùm iudicandi habeant facultatem. Attamen ijs distant quæ in alijs dicte sunt differentijs. Voluntas uero & ira, & cupiditas omnia cum appetitione faciunt. Selectio autem communis est cogitationis & appetitionis.*

Videmus autem mouentia animal, intellectum, fantasiam, & electionē, & voluntatem, & concupiscentiam. Hæc autem omnia reducuntur in intellectū & appetitum. Etenim fantasia & sensus, intellectui eundem locum habent. iudicatiua enim omnia: differunt autem secundum dictas in alijs differentias. Voluntas autem, & ira, & cōcupiscentia, omnia appetitus: electio autem communis est intellectui & appetitui.

Prosequitur intentum suum. Et diuidit in partes duas. In prima determinat de causis & principijs motꝰ voluntarij, & qualiter fit ab illis principijs, secundo determinat de causis & principijs motus inuoluntarij, & qualiter fit ab illis principijs, ibi {Quō autem intelligēs.} Circa primum primo facit quod dictum est, secūdo comparat animal ad ciuitatem ad euidentiam dictorū. ibi} Existimandum autem. } Circa primum duo facit. Principiorū enim motus animalis, quoddam est principale, & aliud instrumentale. Primo ergo determinat de principijs & causis principalibus motus in animalibus, & qūo fit ab illis. In secunda determinat de principijs & causis instrūmentalibus, & qualiter fit ab istis, ibi {Quemadmodum autē automata.} Circa primum duo facit. Primo determinat de principijs principalibus motus voluntarij, quæ sunt, & quot sunt, secundo ostēdit qūo motus fit ab istis principijs. ibi {Qm autem intellectus.} Circa primum determinat de illis principijs, secundo infert quędam corollaria. ibi {Ita palam adhuc.} Prima in duas. Principiorum enim motꝰ voluntarij, quoddam est immobile, quædā sunt mouentia mota. Primo igitur determinat de mouēte primo immobili in eis. ibi {Quare mouet primū.} In prima dicit cp ea quæ mouent animal sunt ista, intellectus, fantasia, sensus, appetitus, voluntas, ira, cōcupiscentia, & electio: cum tamen omnia ista reducantur ad duo mouentia, s. in intellectum, & appetitum. Sunt enim quędam, quę mouēt per modum iudicantis sicut intellectus, sensus, fantasia. Verumtamen sensus exterior non mouet: quia non comprehendit rem sub ratione conuenientis. Non enim comprehendit intentiones induiduales sensibiles, sed hoc pertinet ad alium sensum, vt ad fantasiam: tamen sensus exterior principiū est huius, ideo Philosophus nominat hic sensum: fantasia autem mouet. et, quia fantasia communi nomine nominatur intellectus, ideo ista causa ad intellectum reducitur: quomodo autem intellectus & fantasia differūt & sensus, dictum est Libro de Anima. Sunt aūt alia, quæ mouent per modum inclinantis, seu principalis mouentis: sicut voluntas, & ira, & concupiscentia, & electio. omnia enim ista sunt quidā appetitus: appetitus aūt est quædam inclinatio: & electio est quidā appetitus: nō quicunq;, sed eius quod prius habitū est per deliberationem. Et hoc est quod intendit p hoc quod dicit, cp electio communis est appetitui & intellectui. Secundo ibi.

Tertio text. com. 51.

N. LEON. *Quapropter & ipsum quod ſeligi poteſt, non autem omne excogitabile ſeligibile eſt, ſed rerum agendarum finis. Quamobrem tale eſt bonorum id, quod mouet, ſed non omne pulchrum. ut enim huius gratia eſt aliud, & ut eſt finis, cùm alia alicuius gratia exiſtant, eatenus mouet. Oportet autem conſtituere id, quod apparet bonum, boni etiam locum obtinere. & ipſum iocundum, quandoquidem apparet bonum.*

Quare mouet primum, quod appetibile, & quod intelligibile: non tamen omne intelligibile, sed quod operabilium finis. Propter qđ tale est bonum, quod mouet: sed non omne quod bonum, inquantum enim gratia huius aliud: & in quantum est finis eorū, quę alterius alicuius gratia existunt, sic mouet. Oportet autem ponere & apparens bonum, boni locum habere & delectabile: apparēs enim est bonū.

Determinat de primo mouente immobili. Et dicit, ita dictum est cp intellectus & appetitus sunt mouentia, animalia autem mouentur ab appetibili & intelligibili, quę non mouentur ab alio: manifestum est cp prima mouentia animal sunt intelligibile & appetibile: sed nō omne intelligibile est principium motꝰ, sed intelligibile quod est finis operabilium. Et, quia intelligibile quod mouet est finis operabilium, propter hoc rationem boni habet: & debet esse aliquod bonum: tñ non omne bonum mouet: qa non bonum vniuersale, sed particulare bonum: sed bonū fm hoc mouet fm cp gratia ipsius aliquid fit & exibit, & fm cp est finis eorum quæ fiunt gratia alicuius mouet. & quia bonum rationem finis operabilium & operationū habet, non nisi sub ratione particulari (quia finem oportet proportionari eis quæ sunt ad finem) ideo non mouet nisi sub ratione particulari: quia finē oportet proportionari, non autem in vniuersali. Et, quia aliquis posset dicere cp bonum quod mouet, semper est bonum secundum veritatem, dicit cp istud ponendum est, cp bonum nō mouet nisi secundum cp apprehensum & secundum cp huiusmodi apparēs: & huius appetitus fertur in illud, quod apprehensum est sub ratione boni, & quia illud, quod non est bonum potest apprehendi sub ratione boni, & per cō sequens apparere bonum, bonum apparens ipsum potest mouere, similiter & delectabile. Oportet enim cp illud, quod mouet ad prosecutionem habeat rationem delectabilis: ideo delectabile mouet vt apparens. apparens enim aliquod bonum est apparens delectabile. Deinde cùm dicit.

Bonū vle nō mouet aīal sed particulare.

Bonum qđ mouet appetitū non semp ē bonū secūdū veritatē, sz sufficit cp sit bonum apprehēsum & apparēs.

N. LEON. *Quare palam eſt cp cōtingit quidem id quod ſemper mouetur à ſemp mouente, ſimiliter moueri ut ſingula animalia, contingit autē ut alio modo: & iccirco illud quidem ſemper mouetur. animalium autem motus terminū habet. Sempitemum autem pulchrum, & id quod uere & primo eſt bonum: neq; modo quidem eſt, modo uero non eſt, diuinius profecto bonorabiliuſq; eſt, quàm ut illo quicquam ſit prius.*

Ea, quę mouēt aīal motu volūtario, licet sint pluta, tñ reducuntur ad duo, s. ad intellectū & appetitum.

Itaq; palam quia est quidē vt simi iter quod semper mouetur à semper mouente: & animalium vnumquodq;, est autem & vt aliter: propter quod hæc quidem semper mouentur: animalium autem motus habet terminum. Sempiternum autem bonum, & quod vere & primo bonum. Porro non aliquādo quidem bonum esse aliqñ autem non, diuinius & honorabilius est inq; nunc aliter se habere, ac prius.

Primū corollarium.

Infert tria corollaria. & diuiditur in tres ſm hoc: secunda ibi. {Quòd quidem igitur.} tertia ibi {Manifestum est.} Primo igitur infert primum, dicens q;, quia bonū, quod est finis operabilium, apparens, mouet in actu, manifestum est q; prima mota ex se, s. diuina corpora: quę tñ mouentur à semp mouente vnumquodq; ipsorum ſm intentionem Philosophi: & vniformiter in rōne animati & intellecti, semp contingit uniformiter moueri. ecōtra aūt quædam alia esse hic, quæ aliter & non vniformiter mouentur. & ideo cœlum semper mouetur vniformiter. Motus aūt animalium, quæ sunt hic, habet terminū. Si enim motor & mobile sīt se habeant & in se & adinuicem. semp necesse est mobile semper & vniformiter moueri. Si aūt dissimiliter aut in se aut adinuicem se habeant: vterq; vel alterum, aut non semper, aut non vniformiter mouetur, quod mouetur. Et hoc ex se manifestum est. Primum aūt mouens simpliciter in rōne amati est bonū ęternum semper existens: & est vnuoce, i. q essentiam suam bonū & non per aliquid additum, & primum bonum omnino ex quo per essentiam suam est bonum, siquidem est primū principium, & non est bonum aliter & aliter se habēs: in se transmutabile existens: esset enim aliquid prius eo. Et iterum hoc diuinius & honorabilius omnibus posterioribus oportet æqualiter. i. vniformiter se habere ad alterū. s. ad mobile. Siquidem illud inalterabile est: ergo semper & vniformiter hoc mouet & illud mouetur. Bonum aūt, cuius gratia mouētur animalia, aut nō similiter se habet in se, siquidem sit bonum transmutabile aut non in comparatione ad animalia. Et enim, cum sint transmutabilia, cognitionem & appetitum habent transmutabilem: & ideo aut non semper apprehendunt & appetunt idem bonum aut non similiter. igitur aut non semper mouentur vno motu, aut non vniformiter. Secundo ibi.

Rō vniformitatis & sempiternitatis motꝰ.

N. LEON.

Primum igitur immotum mouet: appetitio autem, et id quod appetibile est, mota mouent: ultimum aūt eorū quæ mouentur, q; aliud moueat nulla est necessitas.

Primum igit non motum mouet. Appetitus autem & appetitiuum motum, mouet. Vltimū autem motorū, non necesse est mouere aliqd.

Secūdū corollariū.

Concludit secundum corollarium. Et dicit q; manifestum est q; primum mouens animal, s. appetibile, nō mouetur, sed est immobile. Appetitus vero siue appetitiuū mouet, s. animal & mouetur ab appetibili. Sed vltimum non necesse est moueri ab aliquo. Tertio ibi.

N. LEON.

Manifestum etiam ex ijs est q; rationabiliter localis motus ultimus est factorū in ijs quæ fiunt. mouetur enim & ingreditur animal appetitione uel electione, alteratione tamen facta aliqua per sensum, aut fantasiam.

Manifestum autem ex his, & quia rationabiliter latio, vltima factorum in his quę fiunt. Mouetur enim & procedit aīal aut appetitu aut electione alterato aliquo ſm sensum vel fantasiā.

Tertiū corollarium.

Cōcludit tertium corollarium. Et dicit q; manifestum est ex his quæ dicta sunt q; in animalibus motus localis posterior est omnibus motibus, quæ fiunt in eis: dico posterior via generationis. Et istud manifestū est, quia mouetur & procedit animal p appetitum vel electionem aliqua alteratione in partibus corporis, vel per sensum vel per fantasiam. Cum enim sensus alteratur, peruenit alteratio vsq; ad fantasiam: fantasia autem alterata mouetur intellectus, & sequitur appetitus vel voluntas: quo existente alteratur alia pars corporis, quæ primo mouetur, & tunc mouetur animal. Et sic manifestum est q; motus localis est finis alterationis. Quare manifestū est q; motꝰ localis vltimus est via generationis omnium motuū, qui fiunt in animali: prior tñ ſm substantiam & perfectionē.

Motꝰ lo in aialib prior fe dum sub tiam & p fectionem

LECTIO. V.

Quo pacto animal per intrinseca principia, & principales causas moueatur, intellectum scilicet practicum, & speculatiuum, aperitur.

Quomodo autem intelligens alias quidem operatur, alias uero non operatur, & mouetur interdum, interdum non mouetur, eodem sanè modo contingere uidetur quo ea quæ immota sunt cogitatione ratiocinationeq; compræhenduntur.

N. LEO.

QVoniam intellectus quandoq; quidem operatur, quandoq; autem non operat: & mouet quandoq;, quandoq; autem non mouet: videtur similiter accidere & de mobilibus intelligentibus, & syllogizantibus.

Postquam Philosophus determinauit de principijs & causis principalibus motus animalium, concludit qualiter motus procedat ex talibus principijs. & diuiditur in duo. Duo enim sunt principia motꝰ animalium. Vnum, est intellectus: & aliud est appetitus. Primo ostendit qualiter intellectus practicus mouet, secundo qualiter appetitus speculatiuus. ibi {Vltima quidem.} Primo declarat modum, secūdum quem mouet intellectus practicus per habitudinem ad intellectum speculatiuum, & diuidit in duas. Primo comparat intellectum practicum ad speculatiuum secundum conuenientiam, secundo ſm differentiam. ibi {Sed ibi quidem theorema.} In prima ergo dicit, q;, quia ita ē q; intellectus practicus aliqñ operatur & aliquando non operatur, sicut speculatiuus aliquando intelligit & aliquando non: operatio intellectus practici & speculatiui videntur esse similes. Attenditur autem similitudo quātum ad hoc, q; sicut in speculabilibus oportet deuenire ad aliquod vnum, sicut ad rationem entis, sic in operatione intellectus practici ad aliquod vnum, scilicet ad bonum: sicut enim intellectus speculatiuus in speculabilibus, omnia reducit ad ens: & ex ratione entis syllogizat, sic practicus omnia reducit ad bonum, & ex ratione boni syllogizat: &, sicut in speculabilibus est deuenire ad aliquod complexum, ad quod alia reducuntur, scilicet de eodem non verificatur simul esse & non esse: ita in agibilibus est deuenire ad vnum complexum, ad quod alia reducuntur: sicut finis est appetendus. Et, sicut intellectus speculatiuus, cum arguit, primo accipit vnam propositionem vniuersalem, postmodum & aliam sub illa: & ex illis concludit, sic practicus primo accipit vnā propositionem indeterminatam: & sub ista accipit vnā particularem: & ex illis cōcludit. Et ideo dixit Philosophus q; similiter se habet intellectus speculatiuus sicut practicus, & econuerso. Secundo ibi.

Intellꝰ cticiꝰ culatiuꝰ tudo tius ad lectū ax prīcipi culabi fines agē liū sīlare se sunt.

N.

N. LEO

Verum in illis quidem contemplatio est finis: cū enim duas intellexerit propositiones, conclusionem sanè intellexit & coniunxit: hic autem ex duabus propositionibus conclusio fit operatio.

Sed ibi quidem theorema finis. (cum enim duas propositiones intellexerit, conclusionem intellexit, & composuit.) Hic autem ex duabus propositionibus conclusio quæ fit, operatio.

Comparat

Comparat intellectum practicum ad speculatiuum secundum differentiam: ex quo aliqualiter apparebit modus, quomodo mouet intellectus practicus. & primo ponit differentiam, secundo manifestat, ibi{Vt puta.} In prima dicit, ꝙ, quamuis sit cõuenientia inter intellectum practicum & speculatiuum quantum ad dicta, tamen differentia est, quia intellectus speculatiui finis est consyderatio siue cognitio. Cum enim intellectus speculatiuus acceperit duas propositiones, & eas ordinat secundum debitum modum & figuram, statim intulit conclusionem: & cognitio cõclusionis finis est ratiocinationis. Sed finis intellectus practici est operatio. cum enim intellectus practicus accipit duas propositiones, non concludit conclusionem, sed opꝰ. Et hoc est quod dicit Philosophus in Secundo Meta. quòd finis speculatiui est veritas, practici finis, est opus. Secundo ibi.

Diffa inter intellectũ practicũ et speculatiuum.

Te. cõ. 3.

N. LEON.

Verbi gratia cùm nouerit quoniã omni deambulandum est homini: ipse autem est homo: illico deambulat, si autem ꝙ nulli nunc incedendum est homini: ipse autẽ homo: cõfestim quiescit. & utrunq; facit nisi à quopiam prohibeatur, aut cogatur. commoda res est mihi faciẽda: domus commoda est: domum confestim facit.

Vt puta cũ intellexerit ꝙ omni homini ambulandum: ipse autem homo: ambulat confestim. si autẽ quod nulli nunc ambulandum homini: ipse autem homo: statim quiescit. Et hæc ambo facit si nõ aliquid prohibeat aut compellat, vt faciendum mihi bonum: domus autẽ bonum homini: facit domum statim.

Manifestat istud ꝙ dictum est per exemplum. & diuiditur in duas. In prima ostendit, quare intellectus practicus aliquando vtitur duabus propositionibus, secundo ostendit qualiter supponit vnam quandoq;, sicut manifestam inferens operationẽ ex alia sola expressa. ibi{Quẽadmodum autem.} Adhuc prima in duas: in prima ostẽdit qualiter intellectus vtitur duabus propositionibus, in secunda ostẽdit, vnde sumatur ratio illarum. ibi{Propositiones autem.} In prima cõsyderandum ꝙ, sicut in speculatiuis speculatiuus deuenit in conclusionem per vnũ syllogismum, aliquãdo per duos, ita practicus intellectus aliquando venit in conclusionem suam per vnum syllogismum, aliquando ꝑ duos. & ideo diuiditur in duas. Primo ostendit qualiter venit in cõclusionem per vnum, secundo qualiter venit per duos, ibi{Tegumẽto.} In prima dicit. Ita dictum est, ꝙ practicus vtitur duabꝰ propositionibus, sicut cũ intellexerit ꝙ omni homini est ambulandum: & ipse est homo; statim ambulat. Non ergo concluditur conclusio, ꝙ isti est ambulandum, sed sumptis duabus propositionibus concluditur ipsa operatio, ambulat ergo. Si autem intelligat ꝙ nulli homini est ambulandum: et ipse est homo: statim quiescit. & istud accidit si non aliquid impediat, vel extra ipsum, aut in ipso, vt si intelligat ꝙ faciendum est sibi bonum: & domus est bonum: statim facit domum. Secundo ibi.

Practicus & speculatiuus cõuenit in mõ venie di cõclusiões suas ꝑsyllos.

N. LEON.

Integumento corporis indigeo: tunica est corporis integumentum: tunica indigeo. quo indigeo id mihi faciendum: tunica indigeo: tunica est mihi facienda. Et ea conclusio, tunica mihi faciẽda, operatio est. operatur autem à principio, si tunica esse debet, necessariũ est esse primũ: si autem illud, & aliud: & id illico operatur. Quòd quidem operatio sit conclusio, manifestum.

Tegumento indigeo: vestimẽtum autem tegumentum: vestimento indigeo. Quo indigeo faciendum: vestimento indigeo: vestimentum faciendum. & conclusio, vestimentum faciendum, operatio est. Operatur autem à principio si vestimentum erit, necesse hoc primum: si autem hoc, hoc, & operatur statim. Quòd quidem igitur operatio conclusio, manifestum est.

Ostendit qualiter intellectus practicus deuenit in conclusionem per duos syllogismos, & dicit, ꝙ aliqñ contingit ꝙ intellectus practicus nõ potest venire ad conclusionem per vnum syllogismum, sed per duos: & tunc facit duos syllogismos, verbi gratia. Tegumento indigeo: vestimentum est tegumentum: ergo vestimento indigeo. Tunc vlterius arguit. Quo indigeo, faciendum est: vestimento indigeo: concludit, vestimentum faciẽdum est, & sequitur operatio. Et sic ꝓcedit ab eo, quod primo intendit vsq; ad illud, ex quo incipit operatio, vt v. g. Si vestimentum erit, necesse est hoc esse primo, s. pannum; si pannus, oportet esse pecuniã, & ita procedendo vsq; ad illud ex quo incipit operatio. Et, si illud sit in potestate nostra, operamur. Et sic patet ꝙ cõclusio intẽta est operatio. Sic ergo apparet ꝙ siue sit vnꝰ syllogismus, siue duo, ꝙ semp in practicis conclusio est operatio. Deinde cum dicit.

Propositiones autem factitiæ ex duobus constant generibus, ex bono, s. & eo quod fieri potest.

N. LEON.

Propositiones autem factiuæ per duas species fiunt, per bonum & per possibile.

Ostendit à quo sumitur ratio propositionum propositarũ, & à quo determinatur. Et dicit ꝙ propositiones in syllogismo practico debent determinari per bonũ & possibile: & ista oportet consyderare *in omnibus* propositionibꝰ. Sicut enim in speculatiuis omnes propositiones determinantur per rationem entis: similiter in practicis omnia determinantur per bonum, quod est primum in genere, & ad illud reducuntur. Cum enim per ratiocinationẽ deuentum est ad aliquid, nisi illud sit bonum, cessat intellectus: si autem fuerit bonum, non tñ est possibile, cessat. Et ideo, si debeat sequi operatio, oportet ista duo ibi consyderari: & ꝙ sit bonum, & ꝙ sit possibile. Et est intelligendum, ꝙ in syllogismo practico conclusio immediata non est operatio: quia ratiocinatio est motus quidam rationis: oportet autem motum esse eiusdem speciei cũ termino ad quem: sed ratiocinatio practica non est de genere operationum: & ideo finis illius non debet esse operatio, sed cognitio alicuꝰ operabilis. Quod ẽt per aliud patet, quia operatio non fit nisi ꝓp appetitum eius quod debet fieri: appetitus aũt alicuius non nisi ꝓp cognitionem illius appetibilis: quare immediata cõclusio est cognitio, non autem operatio. sed propositis duabus propositionibus statim intellectus intelligit operationẽ, cuius est appetitus: & quia est appetitus, quia manifestũ est ꝙ sequitur talis conclusio: non exprimit intellectus conclusionẽ immediatam: quia euidens est. Deinde cùm dicit.

Cõclusio i syllo practico est operatio, qs sensus.

Quemadmodum autem qui interrogant, sic propositionum alteram, manifestã scilicet, cogitatio ꝑuadet quã infistens consyderat: ut si homini deambulare est bonum, quòd ipse sit homo non immoratur.

Quemadmodum autem interrogantiũ quidam sic alteram propositionẽ eam quæ est manifesta, neq; intellectus insistens consyderat aliquid. Puta si ambulare bonum homini: quod ipse homo: non iam immoratur.

Ostendit qualiter aliqñ supponit vnam propositionẽ sicut manifestã: & alteram solã exprimit. Et habet duas partes. Primo proponit intẽtum, secundo ꝓbat, ibi{Propter qđ.} In prima dicit, ꝙ sicut in speculabilibꝰ interrogantes non accipiunt duas ꝓpositiones sed vnam, & alteram, quę est manifesta supponũr, ita ꝙ intellectus nõ insistit circa illam: sic est in practicis, ꝙ intellectus practicus

vnam exprimit vel consyderat actu: & aliam, quia manifesta est, dimittit: sicut, si intelligat quòd ambulare sit bonum homini, circa hanc, quòd ipse sit homo, non immoratur, quia manifestum est: sed statim concludit conclusionem. Secundo ibi.

NILEON. *Iccirco quæcunq; alia nulla ratiocinatione agimus, celeriter agimus. Quando enim aut sensu operatur ad id cuius gratia, aut fantasia, aut intellectu, quod appetit cõfestim facit. Interrogationis nanq; uel notionis loco appetitionis fit operatio. Bibẽdum esse mihi dictat cupiditas: hoc autem esse poculentum sensus uel fantasia, uel mens affirmat: confestim bibitur. Ita sanè ad motum & operationem animalia excitantur.*

Propter quod & quæcunq; non ratiocinantes operamur, velociter operamur. Cum enim operatus fuerit aut sensu ad id quod cuius gratia, aut fantasia aut intellectu, quod appetit, statim facit. Pro interrogatione enim aut intelligentia, appetitus fit operatio. Potandum mihi est concupiscentia dicit: istud autẽ potabile, sensus dicit aut phantasia aut intellectus, statim bibit. Sic quidem igitur ad moueri & operari animalia impetum faciunt.

Declarat istud ex quadam similitudine. Et dicit, q̃, qa in syllogismo practico non accipitur vna propositio sed supponitur, multotiens fit error. Sicut enim in speculabilibus, cum nõ accipiatur minor propositio vel maior, qa creditur esse manifeste vera, multotiẽs fit error, sic in practicis fit error: quia illa propositio non accipitur, quæ supponitur sicut manifesta. Vnde quæcunq; operamur non deliberantes cito operamur. Cum enim deuenit homo, vel per sensum, vel per intellectum, vel per fantasiam ad aliquid, quod operandum est propter illud gratia cuius fiunt alia, in quod fertur appetitus, statim operatur. Vt si concupiscentia dicat q̃ potandum est: si sensus vel intellectus dicat, hoc est potabile: quamuis nõ secundum certitudinem deliberet, statim bibit non consyderando de altero, vtrum hoc sit faciendum. Ex appetitu autem concludit conclusionem et infert operationem. Sit autem nõ est faciendum: sed oportet eum deliberare & inquirere vtrum illud sit tale quale dicit appetitus, aliter contingeret error. Sic ergo animalia faciunt impetum ad motũ & operationem. Deinde cùm dicit.

Quõ i syllogismo practico fiat error.

NILEON. *Cùm ultima motionis causa sit appetitio: quæ tamen uel per sensum, uel per fantasiam & notionem efficitur. quicunq; autem quippiam facere appetunt, partim quidem cupiditate aut ira, partim uero appetitione, aut uoluntate faciunt & agunt.*

Vltima quidem causa ẽius, quod est moueri, appetitu existente: hoc autem facto, aut per sensum, aut per fantasiam & intelligẽtiam. Appetentium autem operari: hoc quidẽ propter concupiscentiam aut iram, hoc autem propter appetitum aut voluntatem, hæc quidem faciunt, hæc autem agunt.

Vltima & proxima cã ipsius motus aãlis ẽ appetitus.

Ostendit qualiter mouet appetitus, qui est causa proxima. Et dicit, q̃ vltima causa & proxima ipsius motus est appetitus: quia ratio non mouet nisi secundum q̃ determinata est per appetitum, vt dicitur in Decimo Ethi. & non quicunq; appetitus, sed existens in actu non in potentia: quia nihil agit nisi secundum q̃ est in actu. fit autẽ appetitus in actu, vel per sensum, vel per fantasiã, vel intellectum. Appetitus vero est principiũ operationis. Appetitus autem diuiditur in appetitum intellectualem &

Appetitꝰ diuisio in

E sensitiuum. Appetitus intellectualis dicitur volũtas vel electio, appetitus autem sensitiuus quidam est concupiscibilis & quidã irascibilis. Et ideo quædam fiunt p̃ concupiscentiam, quædam per iram, hęc autem per appetitũ intellectualem seu voluntatem: & quæ faciũt aliquid vel agunt propter appetitum, aut voluntatem, aut concupiscentiam vel iram faciunt & agunt.

intellectuũ & sensitiuum.

LECTIO. VI.

De causis motus animalium instrumẽtariis, quomodo videlicet primum mouens organice à primo & principali mouente moueatur, ex artificialibus ostenditur.

NILEON. *Quemadmodum autem spõtaneæ appellatæ machinæ parua motione facta mouentur laxatis sęq; mutuo impellentibus uertebris, & curriculus, qui à se quidem uectum recte mouet, ipse autẽ rursum circulo mouetur, quoniam inæquales habet rotas. minor enim ueluti centrum fit, ut in Cylindris, ita & animalia mouentur: instrumenta nanq; eiusmodi habent, cum neruorũ, tum ossium naturam: & hæc quidem tanq̃ ibi ligna & ferrũ, neruos aũt ut uertebras, quibus solutis & relaxatis, mouentur.*

F Quemadmodum autẽ automata mouentur modico motu facto, solutis streblis & pellentibus inuicem streblis: & currus, quẽ qui insidet mouet ipsum in rectum: & iterum circulo mouetur, eò quòd inæquales habeat rotas. Minor enim quasi centrum fit: quẽadmodum in cylindris, sic & animalia mouentur. Habent enim organa talia eam, quæ neruorum, naturam: & eam quæ ossium. Hæc quidẽ vt ibi lignum & ferrum. Nerui autẽ vt strebłæ, quibus solutis & remissis mouentur.

G Postquam Philosophus determinauit de principijs & causis principalibus motus voluntarij, nunc determinat de principijs & causis motꝰ organicis, quę sunt partes animalis. Inter istas autem est deuenire ad vnam, quę primo mouetur à primo mouẽte principali & quæ mouet alias. Et ideo diuidirur in duas. In prima determinat qualiter mouetur pars organica à primo mouẽte principali, secundo ostendit quæ est illa pars, quę primo mota est, & similiter qualiter mouet alias. ibi } Primum autem mouẽs. } Prima in duas. Et, quia artificialia sunt posteriora naturalibus q̃ naturalia, & posteriora natura sunt nobis magis nota & prius q̃ alia, declarat intentum suum per simile de artificialibus. Primo comparat artificialia ad animata secundum conuenientiã, quantum ad motum à principali mouente, secundo secundum differentiam. ibi { In automatis quidem igitur. } In prima consyderandum est q̃ artificialium, quædam habent principium sui motus immanifestum nobis, sicut automata, quæ quasi videntur ex se

H esse mota. alia habent principium sui motus manifestũ nobis, sicut currus. His vilis dicit Philosophꝰ, q̃ sicut automata, i. ea artificialia quæ videntur in se habere principium sui motus. Automata enim dicuntur quasi per seipsa mota: sicut horologiũ modico motu mouetur solutis strebilis, i. vinculis à primo mouente: & vna strebila aliã pellente & trahente inuicem per virtutem eius, sicut currus ab eo, q̃ insidet equo mouetur: puta ab auriga p̃ hoc q̃ mouet equum, & equus trahit lignum ad quod est ligatus: lignum autem ligatum est ad axem currus, axe autẽ tracto per equum, mouentur modioli secundum circulũ: & per consequens rotæ maiores, quæ sunt in extremitatibus colligatę ad modiolos per radios, sicut in cylindris, i. in horologijs, parua rota mota, mouetur maior: ita q̃ in tali motu est cõsyderare illum, qui insidet super equum, sicut principalis motor: & equum, & lignum, ad quod ligatus est: & chordas cum quibus ligatus est, & axem & modiolos & rotas. Est autem modiolus parua rota, quæ

est

In anima lis sūt partes proportionales eisq; cōcurrūt ad motuz currus.

est sicut cētrum. Sic ē de motu animalis. Mouetur enim animal facta extēsione & retractione neruorum. Sunt. n. in animali partes proportionales eis, quæ concurrunt ad motū currus. Est enim in animali aliquid, quod proportionatur ei qui insidet. ſanima: & est quod proportionatur equo, qui trahit, qui mouet & mouetur. & hęc ē pars prima organica, quæ mouetur, & habet virtutē mouendi alias partes. Ligno, ad quod equus ligatur, proportionantur ossa. Vincula autem, quibus ligatur equus, proportionantur nerui. Sicut enim extensis chordis, siue vinculis mouetur currus, sic neruis extensis & retractis, mouetur animal & quiescit. Secundo ibi.

N. LEON. *Verumtamen in spontaneis quidem illis & curriculis non est alteratio, quoniam si fierent etiam minores interni orbes, & rursus maiores, nihilominus idem circulo moueretur: in animali autē idem potest & maius & minus fieri: figuras q; permutare auctis partibus ob caliditatē, et rursus cōtractis propter frigiditatē, & omnino alteratis.*

In automatis quidem & curribus non est alteratio, etiam si fiant minores quæ intra rotę: et iterum maiores: & si circulo idē moueatur. In animali aūt potest idem & maius & minus fieri & figuræ permutari, augmentatis partibus propter calorem & spiritum, & rursus cōtractis, & alteratis propter frigiditatem.

Assignat differentiam inter motum istorum quæ mouentur per artem, & motum animalis. ex quo apparent modi motus, organice moti primo à moūcte principali. Et habet duas partes. Primo ponit differentiam, secundo assignat causam differentiæ ex altera parte. ibi{ Alterāt autem.} In prima dicit, ꝙ quamuis motus animalis proportionetur motui currus: & eorū artificialium, quæ videntur in se habere principiū sui motus, sicut horologiū, tamen differt. quia auriga & currus non mouent per alterationē. Et dato ꝙ minor rota, sicut modiolus, fieret maior, nō tamen hoc esset per alterationem: sic quamuis idē modiolus factus maior vel minor, circulariter moueret. Non sic autem est de motu animalis. Immo in animali fit eadem pars maior & minor: & permutatur eius figura facta extensione vel retractione in partibus. Fit autem ista retractio & extensio partibus alteratis diuersimode p̄ calorem & spiritum. cum enim spiritus diffunditur & dilatatur, membrum mouetur fm extensionem: cum autem retrahitur spiritus, retrahitur membrū. Fit autem huiusmodi retractio à frigido. Et per hunc modum fit motus brachij. cum enim spiritus exrenditur, brachium extenditur: cùm retrahitur, & brachium retrahitur.

N. LEON. *Alterant autem imaginationes & sensus, & cogitationes. sensus enim statim alterationes quædā sunt: imaginatio autem & cogitatio rerum habent potestatem. Cogitata enim species calidi siue frigidi, siue suauis, aut formidabilis, quodammodo id existit, qualis unaquæq; est res, & iccirco sola cogitatione perhorrescūt & expauescunt. Oīa aūt ista perturbationes sunt & alterationes.*

Alterant autem fantasiæ & sensus & meditationes. Sensus enim statim sunt alteratiōes quę dam: fantasia autem & intelligentia habent rerum virtutem. Aliquo enim modo species intellecta calidi aut frigidi, aut delectabilis aut tristabilis, talis existit qualis & rerum vnaquæq;. Propter quod tremunt & timent intelligentes solum. Hæc autem omnia passiones & alterationes sunt.

Declarat istam secundam partem differentiæ. & diuiditur in duas. Primo declarat quæ sit causa alteratiōis ad caliditatem & frigiditatē, secundo declarat qualiter istis concurrentibus mouetur animal. ibi{ His autem.} Prima in duas, secundum ꝙ dupliciter probat: secunda ibi {Principium siquidem igitur.} Adhuc prima in duas. Primo ostendit ꝙ sensus, fantasia, & intellectus alterant corpus ad caliditatem & frigiditatem. secundo, quia species existens in sensu vel fantasia vniuersali vel intellectu videtur habere modicam virtutem in alterādo, declarat qualiter modico motu facto fit alteratio in partib⁹ remotis. ibi{ Quòd autē modica.} Adhuc prima in duas. Primo facit quod dictum est, secundo concludit ꝙ alteratis partibus, partes fiūt maiores. ibi{ Alteratis autem.} In prima dicit, ꝙ principia alterādi corpus ad caliditatem et frigiditatem sunt sensus, fantasia, & intellect⁹ in actu. Cū enim fit sensus in actu, statim est alteratio. fit enim sensus in actu à sensibili in actu: vnde sensus in actu nō est aliud ꝙ motus sensibilis secundum actum in sensum. Et ita manifestum est, ꝙ sensus in actu retinet virtutem sensibilīū. si igitur sensibile, immutans sensus, fuerit calidum vel frigidum, talis in virtute est sensus, & habet virtutem alterandi corpus: quia habet rerum virtutem. & ratio huius est. Quia fantasia in actu talis est virtute, quales res sensibiles extra sunt in virtute in actu: quia fantasia fit aliqd simile sensui. Similiter intellectus fit aliqualiter similis rebus: ita ꝙ hoc videtur esse verum vniuersaliter, ꝙ quando aliqua sunt ordinata essentialiter, ita ꝙ vnum agit in virtute alterius, secundum retinet virtutem primi. Sicut videmus in mistis. Vnde dicit Seneca, ꝙ sapor pabuli remanet in lacte: & vis vini remanet in aceto. Similiter virtus hominis remanet in semine: & virtus causæ primę remanet in secunda causa. Et ideo, si res agat in sensum, fantasiam, & intellectum, sensus, fantasia, & intellectus retinebit virtutem rerum. Et propter hoc dicit Philosophus ꝙ species calidi & frigidi, delectabilis & tristabilis talis existit qualis vnaquæq; rerum. Et propter hoc aliquādo cōtingit ꝙ ad solam apprehensionem alicuius extimabilis statim tremunt homines & timēt, dato ꝙ nihil videāt de timibili, sed ꝙ intelligant. Cum enim aliquis percipit aliquod timibile, statim fit reuocatio caloris & spirit⁹ ad interiora: & remanent partes exteriores in frigiditatę, & ideo tremunt & timent, & talia sunt quædam passiones & alterationes. Secundo ibi.

Prīa alterādi corp⁹ ad caliditatē & frigiditatē sunt sensus, fantasia, & intellect⁹ in actu.

Seneca ꝙ sapor pabuli remanet i lacte & vis vini remanet i aceto.

Cā timoris.

Cùm autem in corpore alterantur, aliæ quidem maiores fiunt, aliæ uero minores. N. LEON.

Alteratis autem in corpore, hęc quidem maiora, hæc autem minora fiunt.

Cōcludit, ꝙ alteratis partibus, fiunt maiores & minores. Et dicit, ꝙ alteratis partib⁹, quę sunt in corpore, quędam fiunt maiores, si alteratio sit ad caliditatem, quasi p̄ quandam rarefactionem: si ad frigiditatem fiūt minores per condensationem. Iterum, cùm vna pars alteratur & extenditur, alia retrahitur. Deinde cùm dicit.

Quòd autem parua mutatio in ipso facta principio multiplices & magnas in extremo faciat differentias nō est obscurum: ut temone paululum translato, magna prorę fit transpositio. caliditate quinetiā uel frigiditate, uel alia eiusmodi affectione cùm in corde facta fuerit alteratio, etiam si in exigua & non sensili illius particula, multam sanè in corpore differentiam, cum ruboribus & palloribus, tum horroribus & tremoribus, aliisq; huiusmodi contrarijs. N. LEON.

Quòd aūt mòdica permutatio facta in principio, multas & magnas faciat differentias deinceps, nō immanifestum, velut gubernaculo secundum aliquid modicum transpositio, magna

pro

prorae fit transpositio. Adhuc autem cum ſm caliditatem aut frigiditatem, aut ſecundum aliã talem paſſionem cum fiat alteratio circa cor: & ſi in hoc ſecundum magnitudinem in inſenſibili parte, multam facit corporis differẽtiam in ruboribus & palloribus, & tremoribus, & timoribus & horum contrarijs.

Declarat qualiter modica facta alteratione in principio fit magna diuerſitas in conſequentibus partibus. Et iſtud manifeſtum eſt ad ſenſum. videmus enim ꝙ gubernaculo nauis modice translato ſecundum potentiam, magna fit trãſpoſitio nauis, vel ad dexteram partem vel ad ſiniſtrã. Et cauſa huius eſt: quia gubernaculum ſe habet in ratione principij: & ea, quæ ſunt poſt principium, virtute ſunt in principio: & ideo regimen partium nauis & totius nauis in gubernaculi regimine eſt. Propter quod modico tranſpoſito gubernaculo, tota nauis tranſponit:

Cor ẽ principium in animali. cor autẽ eſt principium in animali: ergo modica facta alteratione in corde vel circa cor ad caliditatem vel frigiditatem, magna & multa fiet diuerſitas in partibus exterioribus, quia partes exteriores vel alterantur ad ruborem, pallorem, vel tremorem, vel timorem, vel ad contraria iſtorum. ſi enim fiat alteratio circa cor ad frigiditatem reuocatur calor & ſpiritus ab exterioribus ad interiora & remanent partes exteriores infrigidatę: & tunc fit pallor, & quandoqꝫ tremor vel timor: ſi autem fiat alteratio ad caliditatem mittuntur ſpiritus & calor ad exteriora & fit rubor. Deinde cum dicit.

N. LEON' *Principium igitur (ut dictum eſt) motionis in agendi genere id ſanè eſt, quod conſectandum, aut declinandum eſt: calor autem aut frigus eorum cogitationem & imaginationem neceſſario conſequuntur. Triſtificum nanq; declinandum, iocundum autem conſectandum. Verum iſtuc in exiguis valde eſt obſcurum. Sunt autem triſtifica & iocunda fere omnia cum frigiditate & caliditate, quod profecto ex affectionibus eſt manifeſtum. confidentiæ enim & pauores, & uenerei motus, reliquaq; in corpore triſtifica & iocunda, alia quidem in partibus cum caliditate aut frigiditate ſunt, alia uero ẽ uniuerſo corpe.*

Principium quidem igitur (quẽadmodum dictum eſt) motꝰ in operabilibus, proſequibile & fugibile. Ex neceſſitate autẽ conſequitur meditationem & fantaſiam ipſorũ, caliditas & frigiditas. Triſtabile enim fugibile, delectabile autem proſeqbile. Sed latet circa modica accidens hoc. Sũt autem triſtabilia & delectabilia omnia ferè cum frigiditate aliqua & caliditate. hoc autem palam ex paſſionibus. audaciæ enim & timores, & ad venerea motus, & alia corporalia triſtabilia & delectabilia: hæc quidem ſecũdum partem cum caliditate aut frigiditate ſunt, hæc autem ſecundum totum corpus.

Ponit ſecundam rationem ad probandum ꝙ fantaſia & ſenſus & intellectus habeant virtutẽ alterãdi corpus. & diuiditur in duas. In prima facit quod dictũ eſt, ſecundo concludit alteram partem eius, quod prius probauit. ibi {Quare rationabiliter.} Prima in duas. Primo oſtendit ꝙ fantaſia, ſenſus, & intellectus alterant corpus, ſecundo dicit ꝙ hoc idem faciũt memoriæ & ſpes. ibi {Memorię autem et ſpes.} In prima dicit, ꝙ principium in operabilibus eſt appetibile et fugibile: ita ꝙ duo ſunt principia motus, appetibile & fugibile. Appetibile inclinat ad proſecutionem: ipſum fugibile inclinat ad fugam. quæ neceſſe eſt meditari antequam moueantur. Meditationem autem & fantaſiã ipſorum neceſſario ſequitur caliditas & frigiditas. illud enim, quod eſt appetibile, eſt delectabile: ſecundum vero fugibile, triſtabile. Sed quod fantaſiam ipſorum & meditationẽ ſequatur caliditas & frigiditas, non immanifeſtum eſt circa modicas paſſiones. quando enim delectabile & triſtabile faciunt diuerſas paſſiones, patet ꝙ alterant ad caliditatem et frigiditatem. Quòd autem apprehenſionem delectabilis & triſtabilis ſequatur caliditas & frigiditas, manifeſtum eſt. quia delectabilia & triſtabilia omnia ferè ſunt cũ caliditate & frigiditate. Dicit enim ferè, propter delectabilia intelligibilia, quæ p ſe non neceſſario ſunt cum caliditate & frigiditate. Quòd autem delectabilia & triſtabilia ſint cum caliditate & frigiditate patet, ex paſſionibus enim audacię & timores & concupiſcentiæ ad venerea: & ſimiliter cætera delectabilia & triſtabilia ſunt in caliditate ſecundum totũ corpus: quæ dã ſm partem, ſicut timiditas. cum enim apprehenditur triſtabile ſub ratione triſtabilis, tũc infrigidatur ſpiritus, & fit alteratio ad frigiditatem: cum autẽ apprehenditur delectabile ſub ratione delectabilis, calefit ſpiritus & fit alteratio ad caliditatem. Totum autem fit in virtute calidi et frigidi, quorum ſpecies ſunt in intellectu vel in fantaſia. Secundo ibi.

Delectabilia & triſtabilia omnia ferè ſunt cũ caliditate & frigiditate.

Memoriæ autem & ſpes tanq; ſimulacris utentes ijs ipſis aliàs quidem minus, aliàs uero magis eorũ ſunt cauſæ. N. LEON.

Memoriæ autem & ſpes, quaſi idolis vtẽtes his, aliquando autem minus, aliquando autem magis cauſæ eorundem ſunt.

Oſtendit ꝙ idem faciunt ſpes & memoriæ. & dicit, ꝙ ſpes & memoriæ: quia ſpeciebus delectabilium & triſtabilium coniunguntur, habent alterare corpus ad caliditatem & frigiditatem. & cauſæ per quas hoc faciũt eædem ſunt cũ illis, propter quas ſpecies calidi intellecta, vel apprehenſa habent virtutem alterandi corpus. manifeſtum eſt autem hoc, quia memoria eſt certa acceptio alicuius ſub ratione prius comprehenſi. Propter quod memoria habet virtutem eius, quod prius fuit apprehenſum: quia habet ſpeciem illius. ſed ſpecies calidi virtutem habet calefaciẽdi & alterãdi corpus, quare & memoria habet virtutem alterandi corpus. Siꝫ ſpes virtutem habet alterãdi corpus: qa ſpes ẽ expectatio futuri magni boni: et hoc nõ eſt niſi cum apprehenſione illius: & ideo eſt cum delectatione: delectatio autem eſt cum caliditate. Quare ſpes alterare habet corpus: & ſimiliter memoria, & aliquando minus & aliquãdo magis. manifeſtum eſt enim, ꝙ quanto paſſum eſt magis diſpoſitum ad receptionem actionis agentis, tanto facilius recipit: & quanto virtus eſt maior, tanto fortius alteratur. contingit autem aliquãdo vnum magis eſſe diſpoſitum ad triſtitiam, ſicut melancholicis: aliqñ ad delectationẽ & gaudium. Item contingit ꝙ ſpecies fit fortius impreſſa in vno q̃ in alio: & tunc cõtingit tales magis alterare & fortius. Deinde cum dicit.

Spes & memorię hñt alterare corpus ad caſitatẽ & frigiditatem.

Quapropter recta ratione conſtructa ſunt quæ intrinſecus iacent, & ad initia inſtrumentalium partium, ut cõmutent, & ex compactis mollia fiant: & ex mollibus cõpacta, & ex ſe uiciſſim cum lenia, tum aſpera. N. LEON.

Quare rationabiliter iam condita ſunt quæ intus, & quæ extra principia organicarum partium permutant ex condenſatis humida: & ex humidis compacta, & mollia, & dura ex inuicẽ.

Concludit, quòd partes quędam corporis alteratione facta extenduntur, quædam cõtrahuntur. & dicit, quòd, cùm fiat aliquando alteratio ad caliditatem, cuius eſt extendere: quandoque ad frigiditatem, cuius eſt condenſare, rationabiliter ſunt diſpoſitæ partes, quæ ſunt intus: & partes ſimiliter organicæ, & de facili à diſpoſitione ad diſpoſitionem

Caſitatis ẽ extẽdere, frigiditatis aũt cõdenſare.

Primũ in opabilibꝰ eſt appetibile & fugibile.

ſpoſitionem permutẽtur, ita ꝙ condenſantur & rareſiũt, & fiunt dura & mollia ex inuicem.

N. LEON. *Quæ cum hoc contingant modo: & cum actiuum et patibile talem habeãt naturam, qualem ſæpe diximus, quando certe contigerit, ut aliud quidẽ patibile ſit, aliud uero actuoſum, neutriq; deſit aliquid, quod ad eorum definitionem requiratur, cõfeſtim aliud quidem agit, aliud uero patitur.*

His autem accidentibus ſm modum hunc: & adhuc paſſiuo & factiuo talem habẽtibus naturam, qualem in multis locis diximus: quãdo contingit vt ſit hoc quidem factiuum, hoc autẽ paſſiuum, & nihil deficiat ipſorum, vtrunq; eorum quæ in ratione ſunt, cõfeſtim hoc quidem facit, hoc autem patitur.

Declarat qualiter iſtis concurrentibus mouetur animal. Et primo facit hoc, ſecundo concludit corollarium. ibi{Propter hoc.} In prima dicit, ꝙ accidẽtibus his quę dicta ſunt: & ſecundum modum qui dictus eſt. et iterum actiuo & paſſiuo exiſtentibus talibus, quæ dicta ſunt in aliis, puta ꝙ factiuum ſit in diſpoſitione, in qua natũ eſt facere: & paſſiuum in illa, in qua natum eſt pati, & nil deficiat de ratione actiui & paſſiui, de neceſſitate hoc agit, et hoc patitur: & mouebitur animal ſecũdum totum, vel ſecundum partem. Secundo ibi.

N. LEON. *Quamobrem ſimul (ut ita dicatur) intelligit ꝙ incedendum eſt, & incedit, niſi quippiam obſtiterit. Et organicas quidem partes cõuenienter affectiones præparant, Appetitio autem affectiones: porro appetitionem imaginatio: hæc autẽ uel cogitatione, uel ſenſu efficitur. ſimul uero & celeriter, quoniam patibile & actiuum eorum de numero ſunt, quæ ad ſe inuicem mutuam habẽt naturã.*

Propter hoc autem ſimul (vt eſt dicere) intelligit quia ambulandum, & ambulat, ſi non aliquid impediat alterũ. Organicas enim partes præparant idoneæ paſſiones. appetitus aũt paſſiones. appetitum autem fantaſia: hæc autẽ fit aut per intellectum aut per ſenſum. Simul autẽ & cito, quia paſſiuum & factiuum eorum, quæ adinuicem ſecundum naturam.

Infert corollarium. & dicit ꝙ, quia præſente actiuo & paſſiuo, neceſſario fit actio & paſſio, accidit & cum aliqs intelligit, ꝙ ambulandum eſt, conſequente voluntate ſtatim (vt eſt dicere) ambulat, ſi non fit impedimentum. Et dicit (vt eſt dicere) quia nõ ſtatim mouetur ſemper: quia contingit aliquid deficere vel ex parte animæ, vel ex parte organorum quandoq;. Propter quid autem mouetur manifeſtum eſt: quia paſſiones idoneæ, ſ. callidum & frigidum præparant partes organicas: & appetitus paſſiones, appetitum autem fantaſia, fantaſia autem fit per ſenſum, vel per intellectum. Simul autem & cito intelligit, quia ambulandum eſt & mouetur: quia actiuum & paſſiuum iſtorum, quæ adinuicem ſunt ordinata ſecũdum naturam, præſentia ſunt, & in diſpoſitone, in qua hoc natũ eſt agere, & illud pati natum eſt.

LECTIO. VII.

Mouens primum ac principale in animalibus quod ſit, & in qua corporis parte ſitum habeat declaratur.

N. LEON. *Primum autem mouens animal in aliquo eſſe principio neceſſe eſt.*

PRimum autem mouens animal, neceſſe eſt eſſe in aliquo principio.

Poſtquam Philoſophus declarauit qualiter primũ mouens organice mouetur à principali mouẽte, in parte iſta oſtendit in qua parte exiſtens primum mouens principale, mouet primum organice motũ. Et diuiditur in duas. In prima oſtendit Philoſophus in qua parte primum mouens, ſ. virtus animæ, ſit ſituatũ. In ſecunda quid & quale eſt primum mouens organice. ibi{Secundum rationẽ adhuc.} Prima in duas. Primo proponit ꝙ eſt in aliqua parte, ſecundo inquirit quæ eſt illa pars. ibi{Iunctura.} De prmo dicit, ꝙ primum mouens animal, puta virtꝰ ſeu potentia animæ immediate, qa eſt mouens organice corporeũ, neceſſe eſt eſſe in aliqua parte corporis: qa eſt virtus in corpe, et ſiſt cum moro primo corporeo: qa mouẽs & motum proximum oportet eſſe ſimul. Secũdo ibi.

N. LEON. *Quod autem flexus alterius quidem initium eſt, alterius uero finis iam dictum eſt. quamobrem contingit qui dem ut uno, cõtingit autem ut duobus naturam illo uti. Cum enim alicũdo mouetur, aliud quidem extremorum punctorum quieſcere, aliud uero moueri neceſſe eſt, quandoquidem ꝙ ad quieſcẽs quippiam inniti debeat motor, dictum eſt prius.*

Iunctura autem ꝙ huius quidem eſt principium, huius autem terminatio dictum eſt. Propter quod & ut vno, & vt duobus vtitur natura ipſa. Cum enim moueatur hinc: neceſſe hoc quidem quieſcere ſignorum extremorum, hoc autem moueri. Quod enim ad quieſcens oportet appelli quod mouetur, dictum eſt prius.

Inquirit in qua parte ſit: & primo declarat qualẽ oportet eſſe partem, in qua eſt virtus animæ motiua, ſecundo cum dicit. Quoniam autem contingit.} declarat ꝙ non eſt in extremis partibus, nec etiam in iuncturis: tertio cũ dicit. {Quoniam ſimiliter habet.} declarat in qua parte exiſtit determinate: &, quia virtꝰ motiua magis videtur in iunctura eſſe, primo declarat quomodo ipſa iunctura ſe habet ad motum, ſecundo cũm dicit. {Mouetur quidẽ igitur.} dicit qualis eſt pars, in qua eſt prima virtus motiua. De prima dicit, ꝙ ſuperius dictum eſt in principio, ꝙ iunctura eſt principiũ vnius, & terminus alterius partis: & ideo natura vtitur iunctura aliquando vt vno, aliquãdo vero vt duobus. quando enim tota pars mouet, in qua eſt iunctura, vel quieſcit, tunc natura vtitur eo vt vno: cum aũt vna pars quieſcit, & alia mouetur, tũc vtit ipſa vt duobus: qũ vna pars mouetur neceſſarium eſt ꝙ altera quieſcat. quia dictum eſt ꝙ omne quod mouetur oportet appelli alicui quieſcenti. Secundo ibi. Lec. 3.

N. LEON. *Mouetur igitur & non mouet extrema brachij pars: eius autem, qui in cubito eſt flexus, hoc quidẽ mouetur, quod ſanè in toto eſt commoto, neceſſe autem eſt etiam non motum eſſe quiddam, quod ſanè dicimus potẽtia quidẽ unum eſſe punctum, actu autẽ duo fieri. Quamobrem, ſi animal eſſet brachium, hic ſanè primũ animæ eſſet mouens.*

Mouetur quidem igitur & non mouet extremum brachij. Eius autem quę in cubito eſt iuncturæ, hoc quidem mouet & mouetur, quod in ipſo toto moto. Neceſſe autem eſſe aliquid immobile quod vtiq; dicimus potẽtia quidẽ vnũ eſſe ſignum: operatione autem fieri duo. Quare, ſi animal eſſet brachium: hic vtiq; alicubi eſſet principium animæ mouens.

Oſtendit qualis eſt hęc pars in qua eſt primũ mouens & quaſi inferens ex prędictis, dicit, ꝙ extremum brachij non mouet, ſed mouetur: quia extremum brachij non eſt primum alterius, ſicut iunctura, ſed eſt terminus: & ideo

non

non mouet, ſed iunctura, quæ in cubito eſt aliquid eius quod mouet, & aliquid quod mouetur. Et cõ ſimiliter eſt in toto animali quod mouet: & oportet ꝙ ſit aliquid quie ſcens, quod eſt vnum potentia ſeu virtute, operatione autem duo. quia illud vnum in ſe eſt principium motus & quietis, et ſic eſt duo operatione. Et ex his manifeſtũ eſt ꝙ, ſi totum brachium eſſet animal, ꝙ in eo eſſet anima mouens: & ſic apparet ꝙ primam partem, in qua eſt primũ mouens, oportet eſſe vnam ſubiecto, plures ſecundũ operationem. Deinde cùm dicit.

N. LEON. Et *quoniam contingit ad manum quippiã ita ſe habere in anime, ut ſi quis baculum in manu moueret, manifeſtum ſanè eſt in neutro extremorum conſiſtere animã, neq; in extrema rei motæ parte, neq; in altero principio.*

Quoniam autem contingit vt ad manũ habere aliquid ſic inanimatorum: puta ſi moueat baculũ in manu, manifeſtum quia nõ vtiq; erit in neutro extremorum anima. Neq; in extremo eius quod mouet, neq; in altero principio.

Oſtendit ꝙ talis pars non eſt iunctura nec aliqua prs extrema. Et circa hoc primo proponit intentionem ſuã: ſecundo probat cum dicit. {Etenim lignum.} In prima dicit ꝙ contingit aliquid inanimatorum ſic ſe habere ad manum, ſicut manus ad iunctũrã manus: ut ſi manus moueat baculum, ſicut iam iunctura manus mouet manum, ſed in neutro extremorum baculi eſt anima: nec enim eſt in principio, in quo tangit manum, nec in alio: ita anima mouẽs nõ eſt in extrema parte manus, nec in alia, in qua tangit carpon iuncturam. Secundo ibi.

N. LEON. *Lignum enim & principium & finem habet ad manum. Itaq; hanc ob cauſam ſi nõ ineſt baculo mouẽs animæ principium, neq; in ipſa manu. eodem enim ſe habet modo extremum manus ad ipſius carpi iunctũrã, ut hæc ipſa pars ad cubitum.*

Etenim lignum habet & principium & finẽ ad manum. Itaq; propter hoc, & ſi non in baculo mouens ab anima principium ineſt, neq; in manu. ſimiliter enim habet & extremum manus ad carpo, & hæc pars ad cubitum.

Probat *intentum ſuum.* & habet duas partes. Primo probat, ſecundo remouet dubium deducendo rationem ſuam vlterius. ibi {Nihil enim differunt.} In primo dicit ꝙ ſicut baculus ſe habet ad manum, ſic & manus ad cubitum: quia ſicut baculus principium habet & finem ad manum, ita manus ſimiliter ad carpon & cubitum: & ſicut baculus mouetur à virtute exiſtente in manu, ita manus mouetur à virtute exiſtente in carpo & cubito: ſed manifeſtum eſt ꝙ virtus baculum mouens non eſt in aliqua extremitate baculi, nec in cõiunctione manus ad baculum, ſed magis in manu. Quare nec ſimiliter virtꝰ mouens primo manũ, eſt in aliqua extremitate manꝰ, nec in iunctura proxima, ſed in aliquo priori. Secundo ibi.

N. LEON. *Nihil enim differunt quæ ſunt annexa, ab his quæ nõ ſunt. ſit nanq; ut ſeparabilis pars ipſe baculus: neceſſe igitur eſt in nullo eſſe principio quod alterius eſt finis: neq; ſi quippiam eſt aliud illo extimum magis, ut extremi baculi in manu principium: huius autem in carpi iunctura. Quod, ſi neq; in manu quoniam ſuperius adhuc principium, neq; certe hic. adhuc enim quieſcente cubito totũ mouetur, quod infra eſt continuum.*

Nihil enim differũt quæ ſunt adnata, ab his quæ non. ſit enim quemadmodum auferibilis pars, baculus: neceſſe ẽ igitur in nullo eſſe principio, quod eſt alterius terminatio: neq; ſi quid eſt alterum ab illo magis extra, velut extremitatis baculi, in manu principium: huius aũt, in carpo. Si aũt neq; in manu: qa ſuperius adhuc principium: neq; hic. Adhuc enim manẽte cubito, mouetur totũ quod deorſum continuũ.

Remouet dubium deducendo rationem vlterius. Aliquis enim poſſet dicere ꝙ non eſt ſimile. quia manus eſt pars adnata ipſi carpo: ſed baculus non eſt adnata manui. Hoc remouens Ariſt. dicit ꝙ quãtum ad propoſitũ, illa quæ ſunt adnata non differunt ab his, quæ nõ ſunt adnata. baculus enim eſt ſicut pars auferibilis à manu. manus autem eſt pars non auferibilis ſecundum naturam à carpo. & ſicut carpo continuatur naturaliter manui motæ, ſic manus quandam contiguitatem habet ad baculũ motum in actu. Cũ igitur in nullo extremo baculi ſit virtus mouens ipſum, manifeſtũ eſt ꝙ ſimiliter virtus partem aliquam mouens, nõ eſt in principio aliquo alterius partis, ad quod terminatur pars illa. puta virtus motiua manus non eſt in extremo brachij, ad quod terminatur. Sicut igitur ſi ſit aliquid extrinſecum ab homine, quod à manu moueatur, extremum habẽs in ipſa, ſicut baculus motus extremum habet in manu: virtus mouens ipſum non eſt in extremo manus ad baculum, ſed ſuperius magis. Similiter, ſi manus mota termineẽ ad carpo brachij, virtus mouens ipſam, non erit in ipſo carpo, ſicut nec mouens baculũ in extremo manus: ſed ſuperius magis in eodem: Ita ſe habet de extremo brachij reſpectu cubiti. contingit enim totum inferius ad cubitũ moueri virtute exiſtente in ſuperiori cubito. Deinde cùm dicit.

N. LEON. *Quoniam autem eodem ſe habet modo cum à dextris, tum à ſiniſtris, & ſimul per contraria mouetur, ut nõ eo ꝙ quieſcat dextrum, moueatur ſiniſtrum, neq; rurſus quia hoc, illud: ſemper autem in ſuperiori utrorumq; eſt principiũ: neceſſe profecto eſt in medio mouentis eſſe principium animæ, utrorumque enim extremorum medium eſt ultimum.*

Qm̃ autem ſimiliter habet à ſiniſtris & à dextris, & ſimul contrarijs mouentur: vt non ſit in quieſcendo ſemper dextrum, moueri ſiniſtrũ: neq; in eo ꝙ hoc, illud: ſemper autem in ſuperiori, amborum principium: neceſſe eſt in medio principium eſſe animæ mouentis. Amborum enim extremorum medium, vltimum.

Declarat in qua parte exiſtit. Et primo oſtẽdit ꝙ principium mouens eſt in medio ſuperioris & inferioris, dextri & ſiniſtri, & poſterioris & anterioris. Secundo ꝙ illa pars eſt diſſimilis. ibi {Medium autem corporis.} Tertio ꝙ non conſiſtit in tota illa parte, ſed in medio eius. ibi {Sed adhuc contingit.} Adhuc prima in duas ſecundũ ꝙ probat intentum ſuum per duas rationes, ſecundo ibi {Et rationabiliter.} Adhuc duo facit. Primo oſtẽdit ꝙ virtus illa mouens eſt in medio dextri & ſiniſtri, ſecundo ꝙ in medio ſuperioris & inferioris. ibi {Similiter autem habet.} In prima intendit ꝙ, quando aliqua duo ſimul mouentur, vel ſimili motu, vel contrarijs, oportet principium motꝰ illorum eſſe in aliquo priori ad illa duo: quia mouens eſt prius moto & diuerſum ab eo. Contingit aũt dextrum & ſiniſtrum ſimul moueri motibus contrarijs, & hoc ſimul, & non eſt ſemper: ita ꝙ cùm ſiniſtrum moueatur, dextrum quieſcat: nec dextrum moueatur & ſiniſtrum quieſcat, ſed ſimul mouentur: ergo neceſſe eſt principium mouẽs eſſe in aliquo priori: hoc autem eſt mediũ dextri & ſiniſtri. Quare principium animæ mouẽs eſt in medio. Quòd autem prius ſit medium, patet quia vltimũ dextri & ſiniſtri medium eſt eorum. Illud autem vltimũ eſt in quo eſt primum principium mouens: quare principium

Solutio q̃ſtionis tacte.

Mouẽs principale aliis ĩ qua parte determinata ſit corporis.

pium mouẽs est in medio. Et dicitur vltimum illud partium exterior⁊ diuisim sumptarum: quia mediũ comparatum ad vtrunq; extremorum rationẽ habet vtriusq; extremi. Est autẽ medium respectu dextri & sinistri simul sumptorum. Secundo ibi.

2. Phy. te. 60. 6. N. LEON.

Simili añt se habet modo hoc ad supernas infernasq; motiones, ut eas quæ sunt à capite ijs, quæ sunt à spina, in illis quæ habent spinam.

Similiter autem habet ad motus hoc &, ad eos qui sursum, & deorsum: puta eos qui à capite, ad eos, qui à spina, habentibus spinam.

Ostendit ꝙ primum principium motus sit in medio superioris & inferioris. Et dicit ꝙ istud qđ dictũ est, consimiliter se habet ad motus omnium partium, similiter ad motus superioris & inferioris: sicut est caput & spina in habentibus eam. Sed sicut dictum est, quando aliqua duo mouentur, oportet ꝙ primum principium mouens illorum sit in aliquo priori. Contingit autem superius & inferius moueri: ergo oportet ꝙ primum principiũ motus istorum sit in aliquo priori, hoc autem est medium: qa oportet ꝙ mouens sit coniunctum moto. Mouens autem vnum est: & istud non posset esse coniunctum superiori & inferiori nisi esset in medio. Quare manifestũ est ꝙ primum principiũ mouẽs in aĩali est in medio superioris & inferioris: & dextri & sinistri. Deinde cũ dicit.

N. LEON.

Et profecto recta hoc accidit rõne. sensitiuum enim hic esse asserimus: iccirco alterato per sensum loco, qui circa principium est & immutato, continuæ simul cum extensæ, tum contractæ transmutãtur partes, ut necessario hanc ob causam in animalibus eueniat motus.

Et rationabiliter hoc accidit. etenim sensitiuum hic dicimus esse. Quare alterato propter sensum loco qui circa principium, & permutato, habitæ simul permutantur extensæ & cõductæ partes, vt ex necessitate propter hoc fiat motus in animalibus.

Quare prius mouẽs in aĩali sit in medio.

Probat secunda ratione ꝙ primum mouens sit in medio. Et dicit ꝙ rationabiliter accidit ꝙ primum mouẽs sit in medio: quia sensitiuum primũ est in medio: & propter alterationem factam ab illo fit alteratio in partibus consequenter se habentibus, pp quam alterationem partes permutantur secundum extensionem & simul ducuntur, & propter hoc necessario fit motus in alijs partibus. Si igitur sensitiuum primum est in medio: primum autẽ principiũ mouẽs est vbi est sensitiuum primũ: quia motus fit pp alterationẽ factam ab illo: manifestũ est ꝙ primum principiũ mouens est in medio. Deinde cũ dicit.

N. LEON.

Mediam autem corporis partem potestate quidem vnam, actu uero plura effici necesse est. simul etenim mouentur à principio membra, & altero quiescẽte, mouetur alterũ, uerbi gratia in A B C, ipsum B, mouetur: mouet autem A, sed profecto aliquid quiescere oportet si aliud quidem debet moueri, aliud uero mouere: unum igitur potestate existens A, actu sanè duo erit: quamobrem non esse punctum, sed magnitudinem quandam necesse est.

Mediam autem corporis partem potentia quidem vnam, operatione autẽ necesse est fieri plures. etenim simul mouentur membra à principio: et altero quiescente, alterum mouetur. Dico autem puta in A B G, ipsum B mouetur: mouet autẽ A. Sed adhuc oportet quidem aliquid quiescere, si futurum sit, hoc quidem moueri, hoc autem mouere. vnũ igitur A potentia est ipsum: A operatione autem duo erit. Quare necesse non punctum, sed magnitudinem aliquam esse.

Ostendit ꝙ illa pars media, in qua est primum principium mouens est diuisibilis, & ꝙ non est in toto, sed in medio eius est. & dicit ꝙ pars illa media, in qua est primum principium mouens, est vna subiecto, plures autẽ secundum operationem, & hoc manifestum est. contingit enim membra, i. partes ipsius simul moueri: & contingit alteram partem moueri altera quiescente: vt si ponamus A B G corporis esse partes, A G vnam partem eius, & G B aliam: contingit A B G B, totam magnitudinem, & G B partes extremas moueri diuisim. s. vnam, quiescente altera. simul etiam cõtingit ambas moueri puta G & B, A mouente ipsius. Oportet autem cũ aliquid mouetur esse primum principium mouens in aliquo superiori: cum igitur B mouetur oportet in ipso A esse illud à quo mouentur B: & cum G quiescet, oportet ꝙ in A sit aliquid à quo quiescit. Quare A est aliquid vnum subiecto, duo autem secundum operationem. Necesse est igitur A cum in ipso sit aliquid quod mouet & aliquid quod quiescit, ipsum A non esse aliquid indiuisibile sicut punctum, sed diuisibile secundum magnitudinem aliquam. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Verum enimuero contingit C, simul cum B, moueri: quamobrem utraq; principia, quæ sunt in A mota, mouere necesse est. Quiddam igitur oportet esse præter hæc, aliud, quod moueat non motum: innitẽtur ergo extrema & principia ad se inuicem in A, motorum: ut si qui dorsa contra se appellentes moueant crura: uerum quod utrũq; mouet necesse est esse, & hoc sanè est anima, aliud quidẽ ab eiusmodi magnitudine existens, in ea añt collocata.

Sed adhuc contingit & G simul cum B moueri. Itaq; necesse est ambo principia ea quæ in A mouentur mouere. Oportet igitur aliqd aliud esse præter hæc, mouens & non motum. Appellentur quidem igitur extrema & principia eorum quę in A mouentur, quemadmodũ vtiq; si qui dorsa contra tenentes, moueãt crura. sed mouẽs ambo necesse est esse vnum: hoc autem est anima, alterum quidem existens à magnitudine tali, in hac autem existens.

Ostendit ꝙ virtus mouens nõ consistit in tota illa parte, sed est in contactu ipsorum: accidit enim vtranq; partem ipsius A, partis scilicet medię moueri insimul. Cum enim A, sit diuisibile, si diuidatur in G A, & A B contingit G A quam vocat G & A B, quam vocat. B simul moueri, & necesse est ipsam simul moueri ab aliquo mouente immobile illo motu. huius autem mouens immobile prius est & diuersum à partibus, quæ mouentur: oportet igitur in A præter G & B esse aliquod diuersum prius qđ est mediũ vtriusq;. s. B & G: copulabit igitur vtrinlibet extremorum mobilium, qũæ sunt in A toto à seinuicem: sicut duo contra seinuicem dorsa tenentes mouentur secundum crura, quasi per virtutem existẽtem in contactu, in quo quidem contactu partium videtur esse primum mouẽs, quod est virtus animæ motiua. quare pars animæ motiua existit in magnitudine, sicut virtus quædam ipsius, diuersa tamen ab ipsa secũdum rationem, erit in ipso contactu duarum partium primarum adinuicem.

LETIO. VIII.

Præter principale mouens in animalibus ꝙ oporteat esse mouens organice, & quod sit, & in qua corpis sit parte ostendit.

N. LEON.

Per eam igitur rationem, quæ causam dicit motus, appetitio medium est, quod mouet motum: in animatis autem

tem

tem corporibus aliquid eiuſmodi corpus eſſe oportet. Quod igitur mouetur quidem, non eſt autē natum mouere, alienas pati poteſt uires.

SEcundum rationem igitur dicentem cauſam motus, appetitus eſt mediū quod mouet motum. In animatis autē corporibus oportet aliquid eſſe corpus tale. Quodquidem igitur mouetur, non natum autē mouere, poteſt pati ſecundum alienam virtutem.

Poſtquā philoſophus determinauit de mouente principali in animalibus, in iſta parte determinat de eo quod mouet ſicut inſtrumentum. Et diuidit in partes duas. In prima innuit ꝙ præter principale mouens in animalibus oportet eſſe mouēs aliquod organicum, quid mouet ſicut inſtrumentum, vel organice. In ſecunda oſtendit qd eſt illud. Ibi{ Mouens autem neceſſariū. } In prima dicit ꝙ mouens in animalibus, ſecūdum formam & rationem, quę dicit cauſam motus per ſe, ſed nō primo, eſt appetitus non mouens principale & primo, ſed eſt mouēs motum. Mouetur enim ab appetibili, quod eſt mouens per ſe, & primo non motum: & mouet partes organicas ad motum. Præter autem iſtud mouens oportet ponere in animalibus aliquid corporeum organicum motum, mouens alias partes organicas: & aliquam, quæ mouetur non nata mouere. Pars autem illa, quæ mouetur, & nō nata eſt mouere, eſt quæ patitur vel nata eſt pati à virtute alterius partis & nihil agere in aliam: & talem partem neceſſe eſt in corpore eſſe. ſicut eſt extrema pars manus quæ mouetur ab alia parte, & non habet virtutem mouendi aliquā partē aliā corporis per ſe. Secūdo ibi.

N. LEON. *Ipſum autem mouens potentiam habere quandam & robur neceſſe eſt. Omnia autem uidentur animalia, cum ſpiritum habere connatum, tum ab illo robur capere. Quæ autem connati ſpiritus ſit conſeruatio, in alijs dictum eſt locis,*

Mouens autem, neceſſarium habere quandam potentiam & virtutem. Omnia autē animalia ſpiritum habent quendā congenitū quo roborantur ac vigent. Quæ quidē igitur ſalutatio ſpiritus complantati, dictum eſt in alijs.

Declarat quid eſt mouēs organice, quod quidē eſt corporeum. Et intendit declarare ꝙ huiuſmodi mouens organice ſit ſpiritus. et diuiditur in partes duas, ſecundum ꝙ probat hoc per duas rationes. ſecūda ibi { videtur autem bene naturaliter. } Adhuc prima in tres. Primo ponit rationem ad probandū ꝙ ſpiritus eſt huiuſmodi mouens, ſecundo oſtendit in quo eſt ſpiritus huiuſmodi mouens. ibi{ Hoc autem ad principium. } tertio excuſat ſe à ſolutione cuiuſdam quæſtionis, quæ poſſet ſibi fieri. ibi { Vtrum autem. } In prima dicit ꝙ mouens primum organice in animalibus debet habere potētiam, per quam poſſit ab alio moueri & impelli: & virtutem, per quam poſſit mouere & impellere de facili. Sed manifeſtum eſt ꝙ omnia animalia à prima ſui generatione habent ſpiritum complantatū & proportionatum eis, qui habet potentiam, per quam de facili poteſt moueri: et habet virtutem, per quam poteſt mouere aliud & impellere. hoc autem contingit ſpiritui, quia ſubtiliſſimum eſt corporum mixtorum: ſubtiliſſimum autem de facili propellitur & citiſſime transfertur, quaſi per omnia potens penetrare: & ideo vehementiſſime impellit & mouet. Iſtud manifeſtum eſt ad ſenſum. Ventus enim, qui ſpiritus quidā dicitur, de facili impellitur ab aliquo: & virtutem habet impellendi alia. impellit enim aliquando illa quibus obuiat vehementiſſime. Quare rationabile eſt ꝙ ſpiritus complantatus in animalibus habeat potentiā, per quā poſſit

Cōditiōes primi mouētis organice.

moueri: & virtutem actiuam, per quam poſſit mouere. Si igitur tale oportet eſſe mouens organicum in animalibus, manifeſtum eſt ꝙ ſpiritus eſt mouens organicum in animalibus. Et, quia fecit mentionem de ſpiritu quē oportet ſaluare, et nōdixit qualiter ſaluatur: addit poſt, ꝙ qualiter ſpiritus complantatus ſaluetur, dictum eſt in libris alijs, ſcilicet in libro de Generatione animalium. videtur enim eſſe eadē ratio de ſaluatione ſpiritus & de alijs partibus. Vnde intelligendum eſt ꝙ in animalibus cōtinuē fit aliqua deperditio. calidum enim agens in humidum, aliquid reſoluit: &, cum continue agat in humidum, continue reſoluit: et ideo fit deperditio, propter quod oportet ſi debeant ſaluari ꝙ fiat reſtauratio per alimentum aduenies. quādo enim calidum tantum vel plus reſtauratur quām deperditum ſit, ſaluatur animal. Per iſtum igitur modum ſpiritus ſaluatur in animalibus. Cum enim cōtinue fiat aliqua deperditio ſpiritus per calidum, quādiu qđ deperdit poteſt reſtaurari, ſaluat. Secundo ibi,

Is autem ad animale principium ſimili ſe habere uidetur modo ut in flexionibus punctū quod mouet, & mouetur, ad ipſum immobile. Quoniam autē principium, alijs quidē eſt in corde, alijs uero in parte proportione reſpondente, ea propter connatus ſpiritus eo loci apparet.

Hoc autem ad principium animalis habere ſimiliter viſum eſt, quemadmodum in iunctūris ſignū mouens & motū, ad immobile. Quoniam autem principium his quidem in corde, his autem in proportionali: propter hoc & ſpiritus congenitus hic videtur exiſtens.

Declarat in quo primo inuenitur ſpiritus. Et dicit ꝙ, qui mouet in animalibus organice, videtur ſe habere ad principale mouens immobile, ſicut ſignū mouens in iunctura, mouet motū. mouet. n. partem corporis poſteriorem & mouetur. ſicut igitur huiuſmodi ſignum recipit à mouente immobili virtutem mouendi & motum, ſic ſpiritus recipit virtutem, per quam mouet & mouetur: & modum mouendi à mouente principali. Nunc eſt ita ꝙ principale mouēs eſt in corde, vel in proportionali. Et ratio huius eſt, quia ibi debet eſſe principale mouens, vbi terminantur alterationes & mutationes ſenſuum: hoc autem eſt cor, vel ſibi proportionale. Quare mouēs principale in corde erit, vel proportionali. ergo ſpiritus primo debet eſſe in corde. Cuius ratio eſt. quia primo mouens & primo motum debent eſſe proxima & ſimul: ſi ergo principale mouens eſt in corde & primo motum, ſ. ſpiritus: manifeſtum eſt ꝙ debet eſſe in corde in habentibus cor: vel in proportionali cordi in animalibus non habentibus cor. Tertio ibi.

Vtrum igitur ſemper idem ſit ſpiritus, an ſemper diuerſus efficiatur, alius eſt ſermo: idē de alijs et eſt partibus.

Vtrum quidem igitur idem ſit ſpiritus ſemper, aut fiat ſemper alius, alter eſt ſermo: idem enim eſt & de alijs partibus.

Excuſat ſe à ſolutione cuiuſdā quæſtionis. Dictum eſt enim ꝙ ſpiritus eſt mouens organice. Quęret aliqs vtrū iſte ſpiritus vnus & idem maneat in tota natura & vita. Et dicit ꝙ vtrum ſpiritus maneat vnus & idem in tota vita, alibi dictum eſt. Eadem enim ratio videtur eſſe de ſpiritu & de alijs partibus. Qualiter autem maneant partes alibi dictū eſt, ſcilicet in libro de Generatione animalium. Vnde intelligendum eſt ꝙ ſecundum quod dicit ibi Philoſophus, caro & os, & vnumquodq; naturaliū dicuntur & ſecundum formam & ſecundum materiam, & eadem eſt pars ſubiecto, quæ ſecundum materiam eſt & ſecundum formam: ſed ſecundum proprietates materiæ dicitur ſecundum materiam: & ſecundum proprietates formæ dicitur ſecundum formam. In tota autem duratione

ratione rei naturalis partes ſecundum formam manent: ſed partes ſecundum materiam non manent omnino, ſed fluunt. ſicut videmus in fluuio ꝙ partes fluuij manẽt ſecundum formam, ſed fluunt ſecundum materiam: niſi ꝙ diuerſitas eſt ꝙ in fluuio non manet aliquod idem ſecundum numerum, ſed ſecundum ſpẽm. Sed in animalibus ſemper aliquid manet ſecundum numerum: quia aqua, quæ aduenit non cedit in eandem ſubſtantiam numero cum aqua, quæ prius aduenit, ſed eſt extra ipſam: quamuis continua. In partibus autem eorum, quæ nutriuntur, illud quod aduenit, tranſmutatur in illud, cui aduenit & efficitur vnum numero cum illo: ita vt nihil vnius ſit extra aliquid alterius: & ideo manent eædẽ numero in actu toto tempore: quamuis aliquid reſoluatur ab eis & aliquid adueniat. Deinde cum dicit.

LEON

Videtur autẽ percõmode ſe habere ut mouere poſſit, & robur præſtare. motionum nãq; opera ſunt impulſus, & tractus: iccirco inſtrumentum tum augeri, tum contrahi poſſe oportet. talis autẽ ſpiritus eſt natura, & enim eandem ob cauſam ſine ui contracta, cum attractiua, tũ impulſoria eſt. grauitatemq; etiam ad ignea, & leuitatem ad contraria habet.

Videtur autem bene naturaliter habẽs hoc ad quod ſit motiuum & exibeat virtutem. opera autem motus, ſunt pulſio & tractio. Quare oportet organum augeri poſſe & breuiari. Talis autem eſt ſpiritus natura. Et.n. ſine violentia contrahitur, & tractiua & pulſiua propter eandem cauſam: & habet grauitatẽ ad ignea, & leuitatem ad contraria.

Ponit ſecundã rationem ad probandum ꝙ ſpiritus eſt mouens organice. & diuiditur in duas. In prima ponit rationem. In ſecunda declarat quoddã acceptum in ea. ibi ❴ Oportet autem quod futurum eſt. ❵ In prima dicit ꝙ mouens organice in animalibus, naturaliter debet eſſe tale, vt bene poſſit moueri à mouẽte prĩcipali, et ꝙ habeat virtutem mouendi animalia de facili & ſine violentia. Motus autem, quo mouentur animalia motu progreſſiuo, eſt motus pulſus & tractus. In motu aũt pulſus oportet ꝙ mouens impellat ſe ad aliud. in motu tractus oportet ꝙ aliud trahat ad ſe, vel ad alium. quare manifeſtũ eſt ꝙ in vtroq; motu oportet ꝙ mouens organice ſit coniunctum mouenti principali & mobili non mouenti. hoc autem non poteſt eſſe niſi mouens organice poſſit augeri, & minui. augeri per rarefactionẽ, minui per ingroſſationem. tale autem eſt ſpiritus. Spiritus enim poteſt trahi, et iterum impelli: contrahi & augeri ſine violentia propter eandem cauſam, quia habet grauitatem & leuitatem ſecundum ꝙ comparatur ad diuerſa. Secundum enim ꝙ comparatur ad ignea & leuia, grauitatem habet, inquantum in ipſo virtute manent corpora grauia & poteſt ingroſſare. Secundum autem ꝙ comparatur ad contraria vt ad grauia, leuitatem habet, quia leuia manent in ipſo virtute, & poteſt rarefieri. Quare manifeſtum eſt ꝙ ſpiritus poteſt augeri & minui: & ſic habet potentiam, per quam poteſt moueri & impelli ab alio: & virtutem per quã poteſt mouere de facili. Si igitur tale eſt mouẽs organicum, manifeſtum eſt ꝙ ſpiritus eſt mouens organicum in animalibus. Secundo ibi.

N. LEON.

Quod autẽ mouere debet nõ per alterationem huiuſmodi eſſe oportet: uincunt. n. ſe inuicem per exuperantiã naturalia corpora, leue quidẽ deorſum à grauiore ui deductũ, graue uero ſurſum à leuiore: Qua igitur moueat parte, commota tamen anima, & quam ob cauſam dictum eſt.

A Oportet aũt quod futurum eſt mouere, nõ alteratione tale eſſe. Obtinent. n. ſecundũ exceſſum naturalia corpora inuicem, leue deorſum à grauiori deiectum: graue autem ſurſum à leuiori. Qua quidem igitur mouet mota parte, anima, dictum eſt, et propter quam cauſam.

Manifeſtat quoddam dictum. Dictũ eſt. n. ꝙ ſpũs poteſt augeri & minui, quia habet grauitatẽ & leuitatem. Declarat quomodo habet iſta, & dicit ꝙ illud, quod mouet organice in animalibus debet eſſe tale, ſcilicet graue & leue non alteratione, ſ. ſolum: ſed compoſitione. Contingit enim ꝙ aliquid per alterationẽ eſt graue, vt ignis poteſt ingroſſari à frigido, & ſic grauitatẽ habet: ſed non vt ignis & naturaliter, ſed violenter. Similiter aer rarefieri, vt ſi caleſiat, poteſt etiam ſimiliter habere leuitatem. Similiter ſpiritus grauitatem poteſt habere per alterationem: vt ſi ingroſſeẽ & infrigidetur: et leuitatẽ ſi rarefiat. & caleſiat, ſed non ſolum grauitatem habet iſto modo, ſed habet hoc ex compoſitione. Si enim ſolum ſm alterationem grauitatem haberet & leuitatem non poſſit ſine violentia conſtringi & rarefieri. Videmus enim ꝙ illa, quæ ſolum alteratione ſunt grauia vel leuia continent ſe inuicem violenter: vt leue à grauiori detinetur deorſum. graue à leuiori ſurſum. Si ergo ſpiritus ſine violentia põt ingroſſari & rarefieri, & extendi, & remitti, manifeſtum eſt ꝙ nõ ſolum alteratione eſt & grauis & leuis, ſed compoſitione. Tũc recapitulat et dicit, ꝙ in qua parte anima exiſtens mouet corpus, & ꝓp quam cauſam dictum eſt.

Quõ ignis poſſit habere grauitatem.

LECTIO. IX.

Comparatio animalis in ſui ipſius motibus ad ciuitatem recte legibus inſtitutam.

N. LEON.

Et exiſtimandum profectõ eſt conſtare animal ut ciuitatem bene legibus inſtitutam. In hac etenim poſtquam ſemel ordo conſtiterit, nihil opus eſt ſecreto duce. quẽ ſingulis quæ geruntur intereſſe oporteat, ſed quiſquam ut mandatũ eſt quo ad ſe pertinet agit, & aliud poſt aliud conſuetudine efficitur. In animalibus autem hoc ipſum natura efficitur, & quoniam unumquodque ſit conſtitutorum ad ſua exequenda munia natum eſt, ut nihil opus ſit uniciuiq; animam intereſſe, ſed cum illa in certo corporis conſiſtat principio, alia quidem uiuere, quia ſunt annexa, proprium autem opus efficere per naturam.

C EXiſtimandum autẽ cõſtare animal quemadmodum ciuitatem bene legibus rectã. In ciuitate. n. quando ſemel ſtabilitus fuerit ordo, nihil opus eſt ſeparato Monarcha, quem oportet adeſſe per ſingula eorum, quæ fiunt, ſed ipſe quilibet facit quæ ipſius, vt ordinatum eſt: & fit hoc poſt hoc propter cõſuetudinem. In animalibus autem idem hoc propter naturam fit, & quia natum eſt vnumquodq; ſic conſtantium facere proprium opus, vt nihil opus ſiti vnoquoq; eſſe animã, ſed ea in quodã principio corporis exiſtẽte, alia quidem viuere eo ꝙ adnata ſunt, facere autem proprium opus propter naturam.

D Poſtq̃ Philoſophus determinauit de principijs & modo motus, qui fit in animalibus, in iſta comparat motus, qui fiunt in animali ab anima, motibus eorum, qui fiunt in ciuitate à monarcha, comparans animal ciuitati: et motus animalis motibus eorum in ciuitate: et animam, quę eſt cauſa motuum in animalibus, ad Monarcham ciuitatis, qui eſt cauſa motuum, qui ſunt in ipſa. Ad determinãdum illud, quod dixit prius, animam exiſtere in aliqua parte,

Comparat Philoſophus motũ, q fiũt i aiali ab aĩa, motibꝰ eoꝝ q ĩ ciuitate a monarca.

parte, & principaliter mouere totum corpus. et diuiditur in duas partes. In prima facit quod eſt dictum, In ſecunda recapitulat, ibi{ Quomodo quidē ergo.} In prima dicit q̄ exiſtimandum eſt qualiter animal, quod mouetur motu progreſſiuo, ſe habet ſicut ciuitas bene conſtituta & legibus ordinata. Sicut enim ciuitas compoſita eſt ex partibus habentibus ordinem adinuicem ad aliquod vnum: & ſic in ciuitate omnes partes recipiunt virtutem operandi & modum ab aliquo vno, & bonū ſuū ordinātē in bonum illius: ſic in animali omnes partes virtutem & modum operandi accipiunt ab aliquo vno: & bonum ſuum ordinant in bonum illius, Sic autem videmus in ciuitate q̄ quando ordo politiæ ſemel bene ſtabilitus eſt per legem vel conſuetudinem, non oportet q̄ in operatione cuiuslibet ciuis ſit ſemp̄ præſens Monarcha ſecūdum ſubſtantiā: ſed quilibet facit quæ ad ipſum pertinent, & ſecūdum quod ordinatum eſt, & vnum ſit poſt aliud propter conſuetudinem vel legem. Similiter in animalibus contingit. Cum enim conſtitutum eſt ſecūdum omnes ſuas partes, tūc quælibet pars naturaliter operatur ſecundum q̄ nata eſt operari: nec neceſſe eſt animam eſſe pr̄ſentē cuilibet parti corporis, ſed pr̄ſens eſt vni parti, aliæ autem natæ ſunt viuere eo q̄ coniunct̄æ ſunt vel adnat̄æ illi parti in qua eſt anima. operatur enim quælibet pars proprium opus propter naturam & non conſuetudinem. Sed eſt intelligēdum q̄, ſi anima conſydere tur ſecundum ſubſtantiam ſuam ſic eſt in toto corpore et in qualibet parte, ſicut actus & perfectio ſubſtātialis eorum, quamuis principaliter in vna parte, ſcilicet in corde vel proportionali ſibi: & ſic nō loquit̄ hic. Philoſophus de ipſa. ſi autem conſyderetur ſecūdum virtutē motiuā ſic eſt in principali animalis parte: & in illa exiſtens mouet alias mediātē ſpiritu. et ſic intelligendum eſt hoc q̄d dicit Philoſophus. (Sed in quodam principio exiſtente corporis, alia quidem viuere) & viuere exponatur per mouere. *Secundo ibi.*

Quo nam mō Aſia toto & in qualibet ālis parte dicat eſſe.

N. LEON.

Quonam igitur modo uoluntarijs motibus mouentur animalia, & quas ob cauſas, dictum eſt.

Quomodo igitur mouētur voluntarijs motib⁹ animalia, et propter quas cauſas, dictū eſt.

Recapitulat. Et dicit q̄ quomodo animalia mouētur motibus voluntarijs, et propter quas cauſas, dictum eſt.

LECTIO. X.

De motibus quarundam partium in ipſo animali, tum inuoluntariis, tum non voluntariis.

N. LEON.

Sed in uoluntarijs etiam quibuſdam motionibus quædam mouentur partes. plurimis autem non uoluntarijs. Inuoluntarios autem dico motus ut cordis & pudendorum. Apparēte nanq; ſæpenumero re aliqua, q̄q̄ mens nihil decernat, mouentur. Non uoluntarios uero ut ſomnum & uigiliam, & reſpirationem, & quicunq; alij eius generis ſunt motus. horū enim nullius ſimpliciter fantaſia aut appetitio domina eſt.

MOuentur aūt & aliquibus inuolūtarijs quædam partium: plurimis aūt non voluntarijs. Dico aūt inuoluntarios, vtputa eum qui cordis, & pudendorum. multotiens enim apparente aliquo, nō tamē iubente intellectu, mouētur. Non voluntarios autem, vtputa ſomnum, & vigiliam, & reſpirationem, & quicūq; alij tales ſunt. nullius enim horū domina ſimpliciter eſt neq; phantaſia, neq; appetitus.

Poſtquā Philoſophus determinauit de cauſis motus voluntarij, determinat de cauſis motus inuoluntarij. Et diuiditur in duas. In prima ponit intentum ſuum, In ſecūda probat, ibi{ Sed quoniam neceſſe.} In prima dicit q̄ ſicut animalia mouentur motibus voluntarijs, ſic contingit ipſa moueri motibus inuoluntarijs & motibus non voluntarijs: & pluribus non voluntarijs mouentur quā voluntarijs. Et exponit qui ſint motus voluntarij & non voluntarij, dicēs q̄ motus volūtarij ſunt motus, qui fiūt per ſenſum vel per *imaginationem*. *inuoluntarij* autem fiunt à natura: ſed non mediante appetitu animali vel intellectuali, ſed naturali magis, ſicut ſæpe contingit in corde & in genitalibus. Contingit enim apparēte aliquo delectabili vel triſtabili moueri cor & pudenda: & hoc contra imperium rationis, & intellectus: & huiuſmodi motus inuoluntarius eſt, quia fit contra imperium voluntatis. Motus vero non voluntarij ſunt ſicut ſomnus, & vigilia, & inſpiratio, & conſimiles. iſti enim ſunt non volūtarij, quia phantaſia, ſimpliciter non eſt domina alicuius iſtorū, ſimiliter nec appetitus. Et dicit ſimpliciter, quia phantaſia aliquo modo domina eſt. Et non dicuntur inuoluntarij, quia nō ſunt contra imperium rationis, et voluntatis. Secundo ibi.

Motus volūtarii & inuoluntarii ſint.

N. LEON.

Verum quoniam alterari animalia naturali alteratione neceſſe eſt: partibus autem alteratis alias quidem augeſcere, alias uero minui, ut iam moueantur & commutentur permutationes ſe mutuo ſequi natas: cauſæ autem motionum naturales: necnon ipſi præter rationem dictarum partium facti motus interueniente ſanè fiunt alteratione. Cogitatio nanq; ſanè, & imaginatio (ut dictum eſt prius) agentes adducunt affectiones: nam agentium ſpecies repræſentant.

Sed quoniam neceſſe alterari naturali alteratione animalia. alteratis autē partibus, hęc quidem augeri, hæc autem decrementum pati, vt iam moueantur, & permutentur natis haberi permutationibus inuicem. cauſæ autem motuum, caliditas & frigiditas, quæ deforis, & intus ſunt naturales. & præter rationem vtiq; facti motus dictarum partium alteratione incidente fiunt. Intellectus enim & phātaſia, vt dictum eſt prius, factiua paſſionum afferunt: ſpecies enim factiuorum afferunt.

Aſſignat cauſam huius motus inuoluntarij, & primo facit hoc, Secundo recapitulat, ibi{ De partibus quidem igitur.} Adhuc prima in duas. Primo aſſignat cauſam motus inuoluntarij, ſecundo modum huius motus. ibi{ Motus autem.} Adhuc circa primum duo facit, Primo aſſignat cauſam huius motus, ſecūdo declarat quare partes maxime mouentur iſto motu, ibi{ Maxime autem partium.} In prima dicit q̄ animalia mouētur motibus inuoluntarijs, quoniam neceſſe eſt animalia & partes animalium, cūm ſint corpora naturalia, alterari, quibuſdam alterationibus naturalibus ab intrinſeco, vel à continente. alteratis autem partibus animalis neceſſe eſt quaſdā dilatari & augeri, quaſdam diminui & reſtringi: & hoc ſecundum q̄ ſpiritus ingroſſat̄ vel rarefit, ita vt moueā̄tur abinuicem permutationibus, quibus nat̄æ ſunt moueri. Cauſa huiuſmodi alterationum & tranſmutationum ſunt caliditas & frigiditas continentis: & caliditas & frigiditas intrinſece & naturales. ſi enim continens fuerit calidum vel frigidum, calefacit vel frigefacit contentum. ſimiliter intrinſecum naturale & frigidum alterant corpus: & tunc contingit partes alterari non iubente intellectu. qua ratione mouentur quædam partes ſicut pudendam incidente tali alterante ab exteriori vel ab interiori incidit autem interius alterans per intellectum vel phantaſiam. intellectus enim & phantaſia afferunt huiuſmodi paſſionē vel tranſmutationem. Nam intellectus & phātaſia afferunt ſpecies rerum, ſpecies autem calidi virtutē habet

Quare lia mo motib luntar

Intelle fantaſ tutē b calefa vel in dandi.

habet calidi, quia effectus calidi virtutem habet calidi. Species autem calidi intellecta vel imaginata, effectus est calidi. ideo habet virtutem calefaciēdi. Similiter species frigidi virtutem habet infrigidādi corpus, cùm sit effectus ipsius. Secundo ibi.

LEON. *Id autem præcipue ille declarāt partes, qm̄ utraq; earum tanq̄ seiunctum est animal, cuius sanè rei causa est, quia vitalem continent humiditatem, cor quidem manifestum eā ob causam q̄ principia habet sensuum. genitale aūt membrū, qm̄ hmōi est signum: ex illo etenim tanq̄ animal quiddam, genitalis feminis virtus prodit.*

Maxime aūt partium hæ faciūt notabiliter, ꝓpterea q̄ velut aīal quoddā separatū sit vtraq; pars. huius aūt causa, quia habēt humiditatem vitalē. Cor quidem igitur manifestū ꝓp quam causam. principia enim habet sensuum. Pars aūt genitalis: qa talis est signū. Etenim exit ex ipsa velut aīal quoddā, nimirū spermatis virt⁹.

Cor & genitalia maxime mouentur motu inuolūtario.

Declarat qualiter quædam partes maxime mouentur isto motu inuolūtario. Et dicit q̄ inter omnes partes corporis illæ, quæ maxime notabiliter mouentur isto motu sunt cor, & genitalia. Et causa huius est, quia vtraq; pars est velut animal separatum habens humiditatem vitalē. Cor quidem, quia in corde est primum principium sensitiuum, & ad ipsum terminantur alterationes eorum. animal autem habet humiditatem vitalem, hoc est spiritum complātatum: & ideo cor, cùm sit velut animal, habet talem humiditatem, talis autem humiditas est mobilis de facili à natura, vt dictum est prius, propter quod de facili mouetur. Sic igitur apparet propter quid cor mouet isto motu, & propter quā causam similiter genitalis pars mouetur isto motu, quia est velut animal separatū: quia huiusmodi figurativum est animalis: qa ab huiusmodi parte exit sperma, quod habet virtutē animalis: & oportet quòd habeat humiditatem vitalem, quæ bene moueatur sicut dictum est. & ideo huiusmodi pars nata est moueri motu inuoluntario. Deinde cum dicit.

LEON. *Motiones autem principio quidem à partibus, partibus uero à principio ratione accidunt, & ad se inuicem hoc contendunt modo.*

Motus autē ad principia â partibus: & partibus à principio rationabiliter eueniunt: & ad seinuicem sic pertingunt.

Dat modum motus in animalib⁹. Et primo facit hoc, secundo soluit quæstionem quādam, quæ posset fieri. ibi {Quòd autem quandoq;.} In prima duo facit. Primo proponit intētum suum. Secundo manifestat. ibi {Oportet enim intelligere.} In prima dicit quòd rationabiliter motus fit à partibus ad principium: quādoq; à principio ad partes, quādoq; à parte ad partem: ita q̄ motus quandoq; incipit ab vna parte & tendit in aliam partem vel eandem. Secundo ibi.

LEON. *Oportet enim intelligere A, principium. motiones igit̄ pro cuiusq; descriptorum elementorum ratione ad principium ueniunt: & à principio moto & commutato, quādo qdē potestate ē multa, principiū quidē B ad B, quod aūt est C ad C, qd̄ uero est utrūq; ad utrūq;: à B aūt ad C, quod uero ab ipso B ad A pergit, ut ad principium, ab ipso autem A ad C, ut à principio.*

Oportet enim intelligere A principiū, motus, igitur fm vnūquodq; elementū inscriptorū ad principium pertingūt, & à principio moto & permutato: quoniā multa virtute ē. principium quidem ipsius B ad B, quod aūt ipsius G ad G quod aūt amborū ad ambo. Itē à B ad G, & à B quidem ad A venire, vt ad principiū. ab A autem ad G, vt à principio.



Cor.

Manifestat ꝓpositum suum in terminis. Et dicit sit A primum principiū motus, s. cor: B & G, sint duæ partes: vt puta sit B visus, & G auditus: ita q̄ describatur vnus triangulus, & A sit in cono ipsius B, & G in extremitatibus basis: tunc manifestū est q̄ motus ipsius B, & ipsius G, i. visus & auditus, ad principium pertingūt, s. ad A, i. ad cor. Alterationes enim sensuum exterior̄ terminātur ad cor. & ideo facta alteratione in sensum visus & audit⁹, pertingit vsq; ad cor hmōi alteratio. Sic̄ motus & transmutatio facta in corde pertingunt ad visum & auditum. cum enim cor alteratur, alterantur partes exteriores. Sic̄ contingit motum ab eodem venire in idem, vt visu ad visum, vel à G ad G, i. ab auditu ad auditum. cum enim alteratur visus huiusmodi alteratio peruenit ad cor: & alterato corde, iterum alteratur visus ad magis inspiciēdum vel minus. Similiter alterato auditu alteratur cor: quo alterato, iterum alteratur auditus, ad magis & minus audiendum. Iterum potest motus pertingere ab vno sensu ad alium sensum, vt à visu ad auditum: & hoc sic. Cum alteratur visus contingit alterari cor, corde alterato, alteratur auditus ad audiendum: & sic pertingit motus à visu ad auditum. Similiter potest fieri econuerso. cum auditus alteratur, alteratur cor: corde alterato alteratur visus ad videndum. Sic igitur apparet q̄ motus potest pertingere ab vno sensu ad alium, & econuerso: & ab vno sensu ad cor, & econuerso. & iterum ab eodem in idem potest fieri. Secundo ibi.

Alteratiō est sensuū exteriorū terminauī ad cor.

LEON. *Præterea alias quidem eadem cogitantibus fit motus, qui præter rationem est in membris, alias uero non: In causa autem est q̄ aliquando quidem patibilis subest materia, aliquando uero non tanta, aut non talis.*

Quòd aūt quādoq; quidē eadē intelligentibus fit motus, q̄ preter rationē in partibus, quādoq; autem nō, causa quidē ineſſe passiuā materiam, quandoq; autem non tantā, aut talem.

Soluit quæstionem quandam, quæ posset fieri, Cōtingit enim aliquando q̄ idem apprehēdentibus fit motus: contingit q̄nq; q̄ non. sicut enim aliq̄n aliquis præsente delectabili vel tristabili mouetur, aliquando ille idem, præsente illo delectabili vel tristabili, non mouetur: aliquando p̄sente delectabili, vnus mouetur alius non posset aliquis querere propter quam causam hoc est. Et soluit dicens, q̄ causa, propter quam eadem intelligentibus quandoq; fit motus, aliquando non, est: quia ad motum non solum requiritur appetitus, sed quod mouē, & dispo-

Solo q̄stionis tacite.

sitio eius, quod mouetur. & ideo secundum diuersitatem eius quod mouetur, sequitur diuersitas motus. Aliquando enim subiectum est dispositum ad motum, & tũc præsente delectabili mouetur animal: & secundum ꝙ magis est dispositum, magis & citius mouetur, ita ꝙ secundum maiorem, & minorem dispositionem sequitur maior motus vel minor. si autem non fuerit subiectum dispositum ad motum, non mouetur præsente delectabili. Contingit autem ꝙ vnus aliquando dispositus est ad motum & alter non: & tunc præsente eodem delectabili vnus mouebitur, alter non. iterum contingit ꝙ vnus & idem aliquãdo disponitur ad motum aliquando non, & ideo præsente eodem delectabili aliquando mouetur, aliquãdo non.

Deinde cum dicit.

N. LEON. *De partibus quidem singulorum animalium, & de anima, de sensu quinetiam & memoria, & somno, nec non de communi motu, causas diximus. Reliquum est de generatione pertractare.*

De partibus quidẽ igitur vniuscuiusq; animalium, & de anima, adhuc autem de sensu, & somno, & memoria, & cõi motu diximus causas. Reliquum autẽ est de generatione dicere.

Recapitulat. Et dicit ꝙ, quia dictũ est de partibus cuiuslibet animalis, sicut in libro de Animalibus. Et dictũ est de anima in libro de Anima, dictum est etiam de sensibus & sensibilibus ipsis & de memoria & reminiscentia: iterum dictum est de causis motus animalium, et hoc in vi'i, cõsequenter dicendũ est de generatione animaliũ.

Expositionis libri de Motu Animalium secundum Petrum de Aluernia finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS. DE LONGITVDINE ET BREVITATE VITAE.

Cum Petri de Aluernia præclarissima expositione.

SVMMA LIBRI.

Quænam animalium Breuis ac longioris esse vitæ dicantur: causæ itẽ cum apparẽtes, tum ueræ inuestigant, quæ cunctis viuentibus vitam breuem aut longã præbẽt.

LECTIO PRIMA.

De quo agendum sit, item animalium alia longæ, alia breuis esse vitæ, & qua de causa alia breuis alia longioris vitæ fieri, & cur rerum aliquæ facilis, aliquæ vero difficilis sint corruptionis.

N. LEON.

Vt autem animalium nonnulla quidẽ sunt longæua, alia uero breuioris vitæ: et omnino de vitæ extensione & breuitate, perscrutandæ sunt causæ.

De eo autem quod est hæc quidem esse longæ vitæ animalium, hæc autem breuis vitæ: & vniuersaliter de vitæ longitudine & breuitate, consyderandę sunt causę.

E Sicut scribitur Quarto & Sexto Metaphisicorũ, eiusdem scientiæ est consyderare subiectum & per se passiones illius subiecti, sicut & primi Philosophi est consyderare ens secundũ quòd ens, & passiones per se entis secundum quòd ens est. & ratio huius potest esse, quoniam scientia est habitus conclusionis syllogismi demonstratiui. Syllogismus autem demonstratiuus concludit passionem de subiecto per causam proximam & immediatam: & ideo scientiam oportet consyderare subiectum & passiones illius. In scientia autem naturali consyderatur ens mobile, ideo oportet consyderari in scientia naturali passiones entis mobilis secundum quòd mobile est. Corpus autem animatum est ens mobile: quia habet in se principium motus. ideo naturalis consyderare habet corpus animatum, & ea, quæ debentur corpori animato secundum quòd huiusmodi. modo passiones corporis animati diuersificantur secundum F diuersos gradus viuentium. aliæ enim sunt passiones animati vt animatum est, & aliæ animati secundum quòd sensitiuum: & aliæ secundum quòd animal huiusmodi. Gradus autem viuentium sunt quatuor. Quędam enim, viuentia sunt solum anima vegetatiua, quædam autem vegetatiua & sensitiua, immobilia, tamen secundum locum, sicut sunt conchilia maris, bruta imperfecta. Quædam sunt quæ viuunt vita vegetatiua & sensitiua, & mobilia sunt secundum locum, vt bruta perfecta. Quædam autem cum hoc sunt intellectualia, vt homines. & secundum hoc sunt diuersæ passiones corporis animati. Quædam enim sunt passiones corporis animati secundum quòd viuit vita vegetatiua: quædam secundum quòd viuit vegetatiua & sensitiua. Quædam secundum quòd participat motum secundum locum. Quædam est passio animati secũdum quòd participat rationem. Et est intelligere, quod secundum quòd huius non est de consyderatione naturalis: passiones enim corporis animati, secundum quòd mobile, est moueri: & de talibus consyderat Philosophus in libro de Motibus animalium, & in libro de Progressu. In libro enim de Motu animalium consyderat causas motus animalium: in libro de Progressu consyderat de partibus aptis ad motũ, mediantibus quibus animal mouetur. De passionibus vero, quæ sequuntur corpus animatum secundum animam sensitiuam, determinatur in libro de Sensu & Sensato, & de Somno & Vigilia, & de Memoria & Reminiscentia. Passiones vero, quæ sequuntur corpus animatum secundum quòd huiusmodi, sunt proprie mors & vita, & longitudo, & breuitas vitæ, & aliæ, quæ coordinantur ad istas. Secundum enim partem animæ vegetatiuam, primo viuunt animata, secundum quòd dicit Aristotelis Primo de Generatione animalium, quòd embryo prius vita plantę viuit quàm vita animalis: & tales passiones sunt sanitas & ægritudo. sanitas enim, bona est dispositio ad vitam, & ægritudo, mala dispositio. tales sunt similiter nutrimentum, & nutribile. De Morte & Vita determinatur in libro de Morte & Vita: in quo determinatur de Inspiratione & Respiratione, quæ sunt necessaria ad vitam, in quibusdam, & de Iuuentute & Senectute, quæ diuersificant vitam. & de istis insimul, quia ferè eadem causas habent. De sanitate autem & ægritudine in libro separato, similiter de nutrimento & nutribili: qui libri nondum peruenerunt ad nos. De causis vero Longitudinis & Breuitatis Vitæ, in isto libro consyderatur. Consyderat enim propter quam causam quædam sunt longioris vitæ, quædam autem breuioris. Diuiditur autem liber iste in procœmium, & excusationẽ, secunda ibi. {Sunt autem habentia.} Prima diuiditur in partes tres, In prima dat intentionem suam, In secunda dat modum procedendi, ibi {Principium autem cõsyderationis.} In tertia dat ordinem huius doctrinæ ad quasdã alias partes scientiæ Naturalis, ibi {De somno quidẽ igit.} In prima itelligendum

gendum est ꝙ, cum consyderatio effectus dependeat ex consyderatione causæ & principiorũ, ad consyderationem de longitudine & breuitate vitæ oportet consyderare de causis & principijs longitudinis & breuitatis vitæ. Ideo dicit ꝙ nobis consyderantibus longitudinem & breuitatem vitæ, consyderandum est propter quam causam quædã animalia sunt longioris vitæ: & propter quã causam quædam sunt breuioris, longioris, sicut elephas et homo: breuioris, sicut sunt animalia quorum periodꝰ non est nisi vnus mensis: & alia, quorum vnus dies notabilis tantum. Et vniuersaliter consyderandum est de causa lõgitudinis & breuitatis, vitæ: quod dicit propter plantas, quarum quædam sunt longioris vitæ, quædam breuioris, quarum causas assignabit. Secundo ibi.

Quæ sint animalia longioris & breuioris vitæ.

T. LEON. *Disquisitionis autem principium necessarium est primo ambigere de ipsis*

Principium autem consyderationis necessarium, primo ex eo quod est dubitare de ipsis.

Dat modũ consyderandi. Et diuiditur in duas partes. In prima dat modum consyderandi, In secunda dat causam huius. ibi {Non enim est palam.} In prima dicit ꝙ cùm in his, quæ sunt immanifesta procedẽdum sit ex manifestis & primo dubitando, volentibus cõsyderare causas longitudinis & breuitatis vitæ, primo procedendum est dubitando. Secundo ibi.

N. LEON. Non *enim palàm an eadem sit, uel alia causa animalibus, et stirpibus, quare hæc quidẽ longæua sunt, illa uero uitæ breuioris. nam in stirpium genere aliæ animam, nonnullæ diuturnam habent uitam.*

Non enim est palam, vtrum alterum aut idẽ causa omnibus animalibus & plãtis, eius quod est, hæc quidem esse longæ vitæ, hæc autẽ breuis, et plantarum has quidem pauci temporis, has autem multum durabilem habere vitam.

Assignat causam huius. Et diuiditur in duas, fm duas causas quas assignat, secunda ibi. {Adhuc autem vtrum eadem.} In prima dicit. In his, quæ sunt immanifesta nobis, rationabile est procedere dubitãdo. Sed immanifesta est nobis causa longitudinis & breuitatis vitæ in viuentibus: ergo in hac procedendum est primo dubitando. Minorem declarat dicens quòd rationabile est procedere dubitando: quia non est manifestum, vtrum propter eandem causam omnia quæ sunt longioris vitæ sint longioris vitæ. nec similiter est manifestum vtrum propter eandem causam, omnia quæ sunt breuioris vitæ sint breuioris vitæ. Similiter in plantis non est manifestum, vtrũ propter eandem causam hæc sunt breuioris vitæ, & alia longioris. Secundo ibi.

N. LEON. *Præterea, utrum de ijs, quæ natura constituuntur longæua sint secundum naturam sana, an disterminatum est id quod breuis ẽ uitæ à ualetudinario? an in quibusdam morborũ generibus, quæ ualetudinaria naturaliter sunt corpora, & illæ quæ breuis sunt uitæ uicissim cõmutant. in aliis aũt ualetudinarios nihil prohibet esse longæuos.*

Adhuc autem, vtrum eadem, quæ longe vitæ, & quæ secundum naturam sana, natura constantium, aut separata sunt, et quod breuis vitæ, & languorosum: aut secundum quosdã quidem languores appropinquant languorosa secundum naturam corpora, his quæ breuis vitæ, secundum quosdam autem nihil prohibet languorosos esse longe vitæ existentes.

Assignat causam aliam procedendi dubitando. & ponit esse declaratio Minoris perfecta, & dicit, ꝙ rationabile est procedere dubitando: quia immanifestum est, vtrũ eadem sint animalia sanatiua, & quæ sunt longioris vitæ, aut alia sunt sanatiua, & alia quæ longioris vitæ. & immanifestum similiter est, vtrum eadẽ sint animalia ægrotatiua, & quæ breuioris vitæ: aut sint aliqua ægrotatiua, quæ tamen sunt longioris vitæ. Deinde cum dicit.

N. LEON. *De Somno quidem & uigilia dictum est prius. De uita autem & morte posterius est dicendum: similiq; modo de morbo & sanitate quantum ad Naturalẽ pertinet Philosophiã. In præsentia autem de causis, ob quas alia quidem lõgæua sunt, ut diximus, alia uero breuioris sunt uitæ, consyderandum.*

De somno quidem igitur & vigilia dictum est prius. De vita autem & morte dicẽdum est posterius. Similiter autem de languore & sanitate, quantum adiacet Naturali Philosophiæ. Nunc autem de causa eius quod est, hoc quidẽ esse longæ vitæ, hoc autẽ breuis vitæ (sicut dictum est prius) consyderandum.

Dat ordinem istius partis ad quasdã alias partes scientiæ Naturalis. In libro enim de Somno & Vigilia: & Sensu & Sensato dixerat de istis passionibus dicendum esse, ideo dicit ꝙ de Somno & Vigilia dictum est prius in libro de Somno. De vita autem & morte dicẽdum est posterius: & similiter de sanitate & ęgritudine: & hoc quantum pertinet ad Naturalem. Et dico hoc: quia consyderare causas sanitatis & ęgritudinis in vniuersali pertinet ad Naturalem, sed in particulari pertinet ad Medicum. Nũc vero dicẽdum est de causis longitudinis & breuitatis vitæ, sicut prius dictum est. De inde cum dicit.

Ordo istius partis scientiæ Naturalis ad quasdã alias partes philosophiæ.

Particula prima textus huius.

N. LEON. *Hoc autem habent discrimen cum uniuersa quædam ad uniuersa genera, tum eorum quæ sub eadẽ sunt specie alia ad alia. Dico autem genere quidem differre hominẽ & equum. longioris nanq; uitæ hominũ est genus q̃ equorum specie aũt ipsos inter se homines. ex hominum nanq; numero sunt qui lõgioris sunt uitæ, alij uero breuioris dẽ uersi secundum uaria distantes loca. Quæ enim in calidis degunt locis nationes, longioris sunt uitæ: quæ uero in frigidis breuioris, & qui eadem etiam incolunt loca hoc eodem discrimine differunt.*

Sunt autem habentia differentiam hãc tota ad tota genera, & eorum, quæ sub vna specie, altera ad altera. Dico autem secundum genus quidem differre, vt hominem ad equum. longioris enim vitæ genus hominum, q̃ equorũ. secundum speciem autem, vt hominem ad hominem. sunt enim & homines hi quidem longæ vitæ, hi autem breuis vitæ, alteri fm altera loca distãtes. Quę quidem enim in calidis gentes, longioris vitæ, quæ autẽ in frigidis, breuioris vitæ. Et habitantium aũt eundem locũ, differunt similiter aliqui hac differentia adinuicẽ.

Prosequitur de causis longitudinis & breuitatis vitæ. Et diuidit in partes duas, In prima præmittit duas dñias viuentium in longitudine & breuitate vitæ animalium. In secunda inquirit de causis & principijs ipsorum. ibi {Oportet autem accipere.} In prima dat duas differentias animalium in longitudine & breuitate vitæ. Et dicit ꝙ animalia, in longitudine & breuitate vitæ diuersificantur: & hoc duabus dñijs. Quædã enim sunt animalia, quę fm totam suam speciẽ sunt longioris vitæ q̃ animalia alterius speciei, vt homo fm totum suum genus vel secun

Dñia animaliũ in lõgitudine & breuitate vitæ.

dum totam ſuam ſpeciem, longioris vitæ eſt q̃ equus. Appellat ibi genus ſpeciẽ. Alia ſunt animalia, quæ ſunt longioris vitæ q̃ quædam animalia eiuſdem ſpeciei: vt quidam homines ſunt longioris vitę q̃ alij. & hoc propter duas cauſas cõtingere poteſt. Quarum vna eſt diuerſitas cõplexionis, Alia autẽ diuerſitas regionis. Illi enim, qui morãtur in calida & humida regione, vel temperata ſunt longioris vitæ q̃ illi qui habitant in frigida. Item cõtingit q̃ homines, qui ſunt in vna regione, quidam ſunt longioris vitę, quidã breuioris. & cauſa huius eſt diuerſitas cõplexionis. Illi enim qui ſunt ſanguinei, lõgioris vitę: quia ſunt calidi & humidi. Vita autem ſtat per calidũ & humidum, econtra melancholici ſunt breuioris vitæ.

Secundo ibi.

N. LEON. *Sumere autem oportet quod nam ex ijs, quæ natura conſtant facile corruptionem incurrat: & quod nõ de facili id ipſum patiatur.*

Oportet autẽ accipere quid eſt facile corruptibile in natura conſtantibus: & quid quod non facile corruptibile. F

Inquirit de cauſis longitudinis & breuitatis vitæ. Et diuiditur in duas. In prima determinat de cauſis lõgitudinis & breuitatis vitæ dubitando, In ſecunda determinat ſm veritatẽ. ibi {Erunt autem.} Adhuc prima in duas. In prima inquirit cauſas corruptionis, In ſecunda mouet quandam dubitationem. ibi {Forte autem.} Prima diuiditur in duas. In prima prę̃mittit intentionem ſuam, In ſecunda proſequitur. ibi {Ignis.} In prima intelligendũ q̃ mors corruptio quædam eſt: ideo volentem conſyderare de cauſis longitudinis & breuitatis vitæ, oportet cõſyderare quid corruptibile, & quid facile corruptibile: et quid difficile corruptibile. Secundo ibi.

N. LEON. *Ignis enim, & aqua, & quæ cognata ſunt iſtis cũ nõ eadem poteſtate ſint prædita, generationis & interitus ſibi inuicem ſunt cauſæ. Quamobrem aliorum quodcũq̃ G cum ex ijs ipſis conſtent, eorundem naturæ participare rationem eſt conſonum.*

Ignis, & aqua, & his cognata, non habentia eandem virtutem, exiſtũt generationis & corruptionis cauſa alijs. Itaq; & quælibet aliorum quæ ſunt ex his conſtituta, participare horum naturam eſt rationabile.

Proſequitur. Et diuiditur in partes duas. In prima aſſignat cauſam corruptionis in his quæ ſm naturam ſunt. Secundo in his quæ ſunt ſecundum artem. ibi {Rationabile autem.} In prima dicit q̃ ignis, & aqua, & aer, & terra, cum non habeant eandem virtutem, quia ignis cõtrariatur aquæ in vtraq; qualitate: & aqua terræ iterum quia materiã habent, ipſa ſunt cauſa corruptionis in alijs, propter quod rationale eſt q̃ illa, quæ componuntur ex iſtis ſint corruptibilia. Vnde poſſet fieri talis ratio, Illa, quæ componuntur ex igne & alijs elementis, ſunt corruptibilia: ſed mixta ſunt hmõi: quare &c. Secundo ibi.

Elementa ſunt cã corruptionis.

N. LEON. *Quæcunq; videlicet ex multorum conſtructione conſtant, ut domus.*

Rationabile autem quæcunq; quidem compoſita ex multis ſunt, vt domus.

Oſtendit cauſam corruptionis in artificialibus. Et dicit q̃ rationabile eſt quæcunq; compoſita ſunt ex multis ſint corruptibilia: & non ſolum mixta, ſed & alia vt domus. Et ratio huius eſt, quia compoſitum ex aliquib⁹ reſoluitur in ea ex quibus componitur. Deinde cũ dicit.

N. LEON. *De alijs igitur alius ẽ ſermo. ſunt enim plerisq; rebus priuatæ quædam corruptiones, ut ſcientiæ & ſanitati & morbo. hæc etenim deſtruuntur non corruptis ijs quibus E inerant, ſed integris. ut ignorantiæ quidem corruptio reminiſcentia & diſciplina: ſcientiæ uero oblitio & deceptio. ex accidenti uero naturales conſequũtur corruptiones aliarum rerũ interitus: Deſtructis, n. animalibus ſcientia & ſanitas, quæ in illis erant, corrumpuntur.*

De alijs quidẽ igitur altera ratio. Sunt enim & propriæ corruptiones multis exiſtentiũ, vt ſcientia, ſanitas, & egritudo. Hæc enim corrũpuntur, etiam nõ corruptis ſuis ſuſceptiuis, ſed ſaluatis. vt ignorantiæ quidem corruptio, reminiſcẽtia, & eruditio: ſcientiæ autem obliuio & deceptio. Secundum accidens autem conſequũtur naturales aliorum corruptiones. Corruptis enim animalibus, corrumpũtur & ſcientia, & ſanitas quæ in animalibus.

Aſſignat cauſam corruptionis in ſimplicibus. Et diuiditur in partes duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda infert corollarium, ſecunda ibi. {Propter quod de anima.} In prima dicit q̃ in alijs à mixtis eſt alia cauſa generationis & corruptionis. Sunt enim aliquæ formæ, quę habent aliam corruptionem q̃ ſit corruptio eorum, in quibus ſunt. ſicut ignorantia corrumpitur dupliciter non corrupto ſubiecto in quo eſt, vno modo per eruditionem, alio modo per reminiſcentiam. Similiter ſcientia & ſanitas, & egritudo corrumpũtur ſaluatis ſubieſtis in quibus ſunt, Scientia quidem per obliuionem, vt quando deletur ſpecies in anima. Alio modo per ignorantiam diſpoſitionis. Alio modo corrumpũtur per accidens per corruptionem eorum in quibus ſunt. corrupto enim animali corrumpitur ſanitas, quæ eſt in eo, vel egritudo, vel ſcientia. Et in hoc tangit Ariſt. duplicem modum corruptionis talium formarum: quorum vnus eſt à contrario, alius eſt per corruptionem ſubiectorum, in quibus ſunt. Quæ ſit cã corruptiõis in ſimplicibus. G

Secundo ibi.

N. LEON. *Quamobrem de anima ratiocinari quiſpiam ex ijs poterit. Si enim eſt non natura, ſed ut ſcientia in anima, ſic anima in corpore, illius profecto alius erit interitus præter eum quo corpore corrupto deſtruitur. ſed cùm talis exiſtere non appareat, ad corporis communionem alio ſanè ſe habebit modo.*

Propter quod et de aĩa rõcinabit̃ q̃s vtiq; dubitabit ex his. Si. n. eſt nõ à natura, ſed quẽadmodum ſciẽtia in aĩa, ſic & anima in corpore, erit vtiq; ipſius & alia corruptio præter corruptionẽ, qua corrumpitur corrupto corpore. Itaq; quoniam non videtur talis exiſtens: & aliter vtiq; habebit ad corporis coniunctionem.

Infert corollariũ. Quia dixerat q̃ ſanitas, quæ forma quædam eſt, aliam habet corruptionẽ à corruptione, qua corrũpitur corrupto corpore: dicit q̃, cum anima ſit forma quædam, rationabiliter dubitabit aliq̃s. Si enim anima nõ ſit natura ſubſiſtens, ſed ſit ſic in corpe, ſicut ſcientia in anima, erit ipſius alia corruptio q̃ illa, qua corrumpitur corrupto corpore. Reſpondet q̃ manifeſtum eſt q̃ anima aliter ſe habet ad corpus q̃ ſcientia ad animam. Intelligendum autem quòd aut Philoſoph⁹ loquitur de anima ſenſitiua & vegetatiua, aut de intellectiua: ſi primo modo, manifeſtum eſt quòd corrumpitur corrupto corpore: & non aliter corrumpitur. ideo alio modo ſe habet anima ad corpus, quàm ſcientia ad animam: quia ſcientia ſe habet ad animam non ſicut actus primus, ſed ſicut actus ſecundus. ideo ſcientia poteſt habere aliam corruptionem & generationem præter generationem & corruptionem corporis. ideo, ſi loquitur de anima H

Dubium.

Reſpõſio.

Scia ſe hẽt ad aiam ſicut actꝰ ſecundus actꝰ ſe cundus aĩa ad corpus, ſicut actus primꝰ,

vegetatiua

vegetatiua & ſenſitiua, rationabiliter loquitur, ſi loquatur de intellectu non poteſt eſſe verũ: quia ille ſimpliciter eſt incorruptibilis: nec ipſe loquitur de intellectu, quia dixit. {Si enim non exiſtens natura} intellectus autem aliqua natura eſt ſecundum ſe. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Sed forte quiſpiã merito dubitare poterit an alicubi corrumpi nequeat id quod corruptibile eſt, ut ignis ſurſum, ubi non eſt contrarium.*

Forte autem vtiq; quis dubitabit rationabiliter, vtrum eſt, vbi incorruptibile erit, qđ corruptibile eſt, vt ignis ſurſum, vbi nõ eſt cõtrariũ.

Poſtquàm declarauit quæ ſunt cauſæ corruptionis in mixtis & in ſimplicibus, In parte iſta mouet quandam dubitationẽ & eam diſſoluit. Et diuiditur in partes tres. In prima mouet dubitationem, In ſecunda arguit ad partem vnam. ibi {Corrumpuntur enim.} In tertia ſoluit. ibi} Aut hoc ſic.} In prima dicit quòd circa ea quę dicta

Dubitatio. B ſunt dubitabit aliquis, & hoc rationabiliter, vtrum contingat eſſe aliquem locum, in quo quod eſt corruptibile ſecundum naturam ſuam, non poſſet corrumpi propter ſimilem diſpoſitionem: ſicut ignis, qui de natura ſua corruptibilis eſt, poſitus in concauo orbis lunæ ſit ibi incorruptibilis, vbi non videtur habere contrarium. Et ratio dubitationis poteſt eſſe, quia ſi nihil corrũpitur niſi à contrario, ſi corpus corruptibile ſecundum naturam ſuam in aliquo loco non habeat contrarium, videtur ꝙ in illo non poſſit corrumpi. Secundo ibi.

Intereunt enim ex accidenti quæ cõtrarijs inexiſtunt,

N. LEON. *quoniam illa intereunt. deſtruuntur nanq; contraria ex ſe inuicem. Ex accidenti aũt nullum in ſubſtantijs contrariorum interimitur, qm̃ de nullo ſubſtãtia prædicatur ſubiecto, quamobrem id, cui nihil eſt contrarium, & ubi nõ eſt cõtrariũ, interire non poteſt. quid enim erit interimẽs, ſiquidem à contrarijs interire contingit ſolum. huic autẽ nihil eſt contrarium, uel omnino uel eo loci.*

Corrumpuntur enim quæ quidẽ inexiſtũt cõtrarijs, ſecundum accidens: eo ꝙ illa corrumpuntur. interimuntur enim contraria abinuicem. Secundum accidens autem, nihil contrariorũ in ſubſtantijs corrumpitur, propter de nullo ſubiecto predicari ſubſtantiã. Quare cui non eſt contrarium, & vbi non eſt, impoſſibile vtiq; erit corrumpi. Quid enim erit & corrumpens? ſi à cõtrarijs quidẽ corrumpi accidit ſolũ: hoc autem nõ exiſtit: aut totaliter, aut hic.

Arguit ad vnam partem dubitationis. Et primo aſſumit ꝙ quæcunq; inſunt contrarijs, ipſa corrumpuntur ſecundum accidens: contraria autem quæ habent materiã vnam & formas contrarias per ſe corrũpuntur: & ideo per corruptionem contrariorum corrumpuntur, quæ cõtrarijs inſunt. Illud autem quod eſt ſubiectum duorum contrariorum, per accidens non corrumpitur: quia quod corrumpitur habet ſubiectum, quod eſt in potẽtia ad aliquid. Primum ſubiectum non habet ſubiectum. Et ideo primum ſubiectum duorum contrartorum non corrum-

Quid ſit corrũpi p ſe & per accidens. pitur ſecundum accidens. Dico autem ſecũdum accidẽs, ita ꝙ corruptio nõ intrat ſubſtantiã eius: ſed ſicut dicimꝰ materiam corrumpi, inquantum aliquid in ipſa corrumpitur. Ex his accipit hoc ꝙ contraria ſecundum ſe corrũpuntur, illa autem quæ inſunt ipſis ſecundum accidens. Quod ergo non habet contrarium, & vbi non habet, nõ corrumpitur, aut ibi non poteſt corrumpi: quia oportet eſſe corrumpens. ibi autem non eſt corrumpẽs, cum corruptio ſolum fiat à contrario: & ibi non fit contrarium. ſed ignis in ſuperiori loco nõ habet contrariũ: ergo ignis

A vel ſimpliciter erit incorruptibilis, aut in ſuperiori loco eſt incorruptibilis. Tertio ibi.

An iſtuc partim quidem uerum eſt, partim autem non uerum. N. LEON.

Aut hoc, ſic quidem verum eſt, ſic aũt non.

Soluit dubitationẽ. Et diuiditur in partes duas. In prima proponit ſolutionem ſuam, In ſecũda manifeſtat. ibi {Impoſſibile enim materiam.} In prima dicit ꝙ corpus corruptibile, ſecundum naturam ſuam eſſe incorruptibile in aliquo loco propter ſimilem diſpoſitionẽ, vno modo verum eſt, alio modo non, falſum quidem eſt eſſe incorruptibile ſimpliciter, verum eſt autem eſſe incorruptibile, ſcilicet nõ de facili corruptibile. Incorruptibile enim dicitur, dum aut omnino eſt non corruptibile, aut ꝙ non de facili. Secundo ibi.

Solo dubitationis ſuæ propoſitæ.

Fieri enim non poteſt ut illi, quod materiam habet, N. LEON.

non inſit quodammodo cõtrarium, ubiq; enim calidum

B *& rectum ineſſe contingit. Quodcunq; autem calidum, uel rectum, uel album eſſe nõ eſt poſſibile, paſſiones nanq; erunt ſeiugatæ.*

Impoſſibile enim materiam habenti nõ exiſtere aliqualiter contrarium. Omnino quidem enim ineſſe calidum aut rectum cõtingit. Omne autem eſſe aut calidum, aut rectũ, aut albũ impoſſibile. Erunt enim paſſiones ſeparatę.

Manifeſtat ſuam ſolutionem. Et diuiditur in duas. In prima parte declarat ꝙ illud quod eſt corruptibile ſm naturam ſuam non poteſt eſſe incorruptibile ſimpliciter, In ſecunda oſtendit qũo poteſt eſſe incorruptibile, i. non de facili corruptibile. ibi {Propter quod & tranſpoſita.} In prima primo facit quod dictum eſt, In ſecunda infert corollarium. ibi {Propter quod omnia.} In prima duo fa-

C cit. Primo probat ꝙ omne habens materiam habet contrarium neceſſario. Secundo ex hoc cõcludit ꝙ omne corruptibile de neceſſitate corrumpetur. ibi {Si igitur qñ.} In primo dicit ꝙ impoſſibile eſt id, quod habet materiã non habere aliquo modo contrarium, & ratio huius eſt, quia contrarium neceſſario ineſt alicui naturæ ſubiectæ. natura autem ſubiecta in potentia eſt ad duo contraria. Iterum poſſibile eſt id contrarium ineſſe naturę ſubiectę ſm quamlibet eius partem, vt poſſibile eſt aliquid eſſe calidum omnino vel rectum. ſed impoſſibile eſt oẽ ens eſſe calidum aut rectum. nihil enim eſſet frigidum aut curuũ, hoc eſt contrarium eis: &, ſi nihil eſſet eis contrarium nõ tranſmutarentur, niſi tranſmutaretur à formis oppoſitis ſeparatis à materia, hoc autem eſt impoſſibile, quia, cum iſtę paſſiones calidum & humidum, immediate tranſmutentur à formis & accidẽtibus, quæ ſunt immediata principia alterationis, ſequit̃ ꝙ paſſiones ſiue accidẽtia erunt

Impoſſe eſt id qđ hẽt materiã nõ hre aliquo mõ contrarium.

D ſeparata à materia, quod eſt impoſſibile: ergo impoſſibile eſt omne ens eſſe calidum aut rectum: ergo oportet aliquid aliud eſſe frigidum aut curuum. Quare manifeſtum eſt quòd omne habens materiam contrarium habet.

Secundo ibi.

Si igitur quando ſimul fuerint actuoſum & patibile, ſem N. LEON.

per alterum quidem agit, alterum uero patitur, profecto

fieri non poteſt, quin mutatio conſequatur.

Si igitur quando ſimul fuerint factiuum & paſſiuum, hoc quidem ſemper facit, hoc autẽ patitur, impoſſibile eſt non tranſmutari.

Probat ꝙ omne corruptibile de neceſſitate corrumpetur. Et habet duas partes. In prima, ſuppoſita iſta concluſione, ꝙ oẽ habens materiã habet contrarium, probat ꝙ oẽ habens materiam eſt corruptibile. Secundo qđ corruptibile, vbicunq; ponat̃, neceſſario corrumpet̃. ibi {Si autem oẽ.} Prima in duas, ſecundum ꝙ dupliciter pro-

bat. secũda ibi. {Adhuc.} In prima dicit, adhuc dictum est ꝙ omne habens materiam habet contrarium, consequens autem est contrarium approximari cõtrario. actiuis autem & passiuis contrarijs approximatis, impossibile est ea non agere, sed contraria agẽtia sine patiẽtia impossibile est nõ permutari. quare manifestum est ꝙ corruptibile dẽ necessitate corrumpetur. Secundo ibi.

N. LEON. *Præterea si necesse est excrementum facere: excrementum autem est contrarium: ex contrario enim semper est mutatio, excrementa autem reliquiæ sunt prioris.*

Adhuc, si necesse superfluum facere: superfluum autem contrarium: ex contrario enim semper permutatio. Superfluum autem reliquiæ prioris.

Arguit hoc idem secundo. Et dicit ꝙ idem rationabiliter apparet si supponamus quõd superfluum agit in minus. at hoc rationabile est, quia superfluum aliquo modo contrarium est minori, vel diminuto. contrarium autem natum est permutare contrarium: ergo manifestum est ꝙ corruptibile necessario corrumpetur: quia corruptibile superfluum, habet contrarium. Et subdit ꝙ ista ratio non est alia à prima, sed est aliquid prioris rationis: quoniam superfluum est quod accipiebatur in prima ratione & super quo fundabatur. Et hoc intendit per istam literã. {Superfluũ autẽ reliquiæ prioris.} Deinde cũ dicit.

N. LEON. *Si autem omne actu contrarium expellatur, hic etiã incorruptibile erit, an istuc minime, sed à circumiecto corrumpitur aere. Verum siquidem id sufficiet ex prædictis ita sit sanè: sin minus, ponere debemus ꝙ ineſt quiddam actu contrarium, & excrementum generatur. Quamobrem minor flamma per accidens absumitur à multa: quoniam alimentum, quod illa in multo consumit tempore, fumum scilicet, id multa flamma celeriter.*

Si autem omne expellit quod actu cõtrariũ, & si hic corruptibile vtiq; erit, aut nõ, sed à cõtinente corrumpitur: si quidem sufficiens ex dictis. Si autem non, supponere oportet quia in est aliquid actu contrarium: & superfluum fit. Propter quod & minor flamma comburitur à multa secundũ accidens: quia alimentũ, quod illa in multo tempore consumit fumum, hoc flamma multa cito.

Cõtrarium secundum actũ, corruptiuũ & expulsiuũ est sui cõtrarij,

Probat ꝙ corruptibile, vbicunq; ponatur, necessario corrumpetur. & dicit quòd contrarium secundum actũ. corruptiuum & expulsiuum est sui contrarij. Si enim fuerit contrarium formaliter approximatum cõtrario, agit & corrumpit suum contrarium: & si corruptibile ponatur in aliquo loco, vbicunq; ponatur corrumpetur à suo contrario. Si autem præsens non fuerit contrarium formaliter, ita ꝙ in loco aliquo non habeat contrarium formaliter, corrumpetur tamen à continente: si quidem fuerit continens ei contrarium virtute, et fuerit sufficiens ad corruptionem. Et hoc manifestum est ex dictis. Actiua enim & passiua approximata impossibile est non agere. ideo, si continens fuerit virtute contrarium corruptibili, corrumpet ipsum. Si autem continens non fuerit virtute contrarium, oportet supponere quod adsit formaliter aliquid excellens seu contrarium: & sic superfluũ est, & id quod est excellens in virtute ipsum corruptibile, iã corrumpet ipsum: vel aliter ꝙ econtrario, quod oportet ponere quod sit superfluum: & in aliquo modo contrarium. propter quod minor flamma à maiori corrumpetur secundum accidens: quia humidum vel fumus minoris flammæ, quod erat nutrimentum eius in magno tempore, et cõsumebatur in multo, consumitur in paruo à maiori flãma. humido aũt corrupto, qđ erat nutrimẽtũ minoris flãmæ corrũpitur illa flãma. Deinde cũ dicit.

N. LEON. *Quapropter omnia ppetuo sunt immotu & generantur uel ĩtereũt: ipsumq; cõtinẽs suffragat, aut refragat.*

Propter quod omnia semper in motu sunt & fiunt, aut corrumpuntur. Cõtinens autem, aut cooperatur aut contra operatur.

Quare oia materialia sint in cõtinuo motu & transmutatione.

Infert ex dictis vnũ eorollariũ. Et dicit ꝙ quia necessariũ est vbicũq; ponat corruptibile, oportet adesse cõtrariũ vel formaliter vel virtute, qđ corrũpit vel expellit illud, hinc est quod oia materialia sunt in cõtinuo motu et transmutatione. Et de viuẽtibus manifestũ est hoc. cum enim sint ex cõtrarijs, quæ in ipsis sunt aliquo modo vt virtute, saltẽ sunt aliquo mõ actiua & passiua. ideo manifestum est ꝙ ipsa sunt cum continuo motu. similiter aũt de alijs, q̃uis nõ sit ita manifestum. Cõtinens vero aliqñ cooperat cõtento, aliqñ cõtra opatur. si. n. continẽs fuerit similis dispositionis nõ corrũpit contentũ, sed potius saluat. si aũt fuerit cõtrarię dispositionis, debilitat & transmutat ad aliam dispositionẽ, & per consequens corrumpit ipsum. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Et hãc ob causam translata pleraq; diuturniora fiunt, etiam si natura breuioris essent ævi: perpetua uero minime quibuscunq; sunt contraria. statim enim materia contrarium habet. quare si quidem ipsius ubi, per locum mutantur: si uero quanti per augmentum, & diminutionẽ. si autem passionis, alterantur.*

Propter quod & trãspositа, durabiliora quidem fiunt & paucioris durationis natura. Eterna autẽ nusquam, quibuscunq; contraria erũt. Confestim enim materia contrarium habet. Quare siquidem ipsius vbi fm locum trãsmutatur, si autem quanti, secundum augmentum & decrementum, si autem passionis alteratur.

Cõtinẽs cooperaſ rei vel contra operaſ.

Declarat quomodo verum est ꝙ illud, quod est corruptibile fm naturam suam sit incorruptibile. Et est intelligendum ꝙ corruptibile duobus modis dicitur. Vno. n. modo dicitur incorruptibile, qđ nullo modo est corruptibile. Alio modo dicit incorruptibile, qđ de facili nõ est corruptibile. & ideo dicit, ꝙ, cum continens cooperetur rei vel cõtra operetur, si transferatur res de regione ad regionẽ, erit maioris durationis vel paucioris. si. n. transferatur ad regionem cõsimilis dispositionis, fortificatur & cõseruatur à continente, si autem transferatur per cõtrarium, debilitatur & alteratur & corrumpitur. Vt si homo sit calidus temperate & transferatur ad regionem calidam excellẽter, exterminatur calidũ naturale hominis, & disponitur ad corruptionem, & cito corrumpitur. similiter si transferatur ad regionem frigidam excellenter extinguitur calidum à frigiditate regionis. si autẽ ad aliã consimilem transferatur, difficilius corrumpetur: sed nõ propter hoc ęternus erit. nullum enim quod contrarium habet ęternũ est: quia corruptibile materiam habet, qđ aũt materiam habet necessario contrarium habet: tale aũt corrũpetur. Et ideo, si cõtrarium habet aliquid fm vbi, corruptibile est fm vbi. si vero contrariũ habet fm quantum, transmutabile est fm augmentum et decremẽtum: si vero cõtrariũ habet secũdum qualitatẽ, alterabile est.

LECTIO. III.

Non ex multis, quæ videri possent, assumendas esse causas longitudinis & breuitatis vitæ, sed ex aliis, quas veras eẽ causas constat: quæq; exactissime declarantur, in animalibus scilicet.

N. LEON. *Sunt autẽ neq; maxima minus corruptibilia, equus nanq; homine breuioris est uitæ. neque rursum pusilla, pleraque enim insectorum annuum uitæ spatium non*

excedunt

excedunt. Sed neq; ſtirpes omnino animalibus, nonnullæ enim ſtirpium ſunt annuæ. Neq; rurſum ſanguine prædita. apis nanq; diuturnior quibuſdam ſanguine prædi-tis. Neq; rurſum carentia ſanguine, mollia nanq; ſangui-ne quidem carent, annuum uero perdurant ſpacium. Neq; ea quæ in terris degunt. etenim annuæ quædam ſunt ſtir-pes, necnon terreſtria animalia. Neq; ea quæ in mari, ibi-nim cum oſtreacea, tum mollia breuioris ſunt uitæ.

ERunt autem neq; maxima in corruptibi-biliora. equus enim homine breuioris vi-tæ. Neq; parua: epeteia enim multa entomo-rum. Neq; plantæ totaliter animalibus. Epe-teia enim quædam plantarum. Neq; ſanguinẽ habentia. apis enim durabilior quorũdam ſan guinem habentium. Neq; exanguia. malachia enim epeteia quidem, exanguia autem. Neq; in terra. Etenim plantę epeteia ſunt, & anima lia greſſibilia. Neq; quæ ī mari. etenim ibi quæ breuis vitæ, & oſtreacea & malachia ſunt.

Determinat de cauſis longitudinis & breuitatis vitæ. & diuiditur in duas. In prima remouet quædam, quæ vi debantur eſſe cauſa longitudinis vitę, In ſecũda aſſignat cauſam ipſius. ibi {Cauſa autem.} Prima in duas. In pri-ma remouet quædam, quæ videnť eſſe cauſa lõgitudinis vitæ, In ſecũda enumerat quędam, quæ in pluribus ſunt cauſa longæ vitæ. ibi {Omnino autem.} In prima dicit q̃ magnitudo vniuerſaliter nõ eſt cauſa longioris vitæ, quia videmus q̃ equus maior eſt q̃ homo: & tamen eſt breuioris vitæ q̃ homo. Iterũ nec paruitas eſt cauſa lon-gæ vitæ: quia multa animalia quæ diuiſa, ſunt Epeteia. i, per annum vnum ſeu per parum tempus durantia. Item plantę vniuerſaliter non ſunt longioris vitæ q̃ animalia. Sunt enim quędam plantę epeteia. i, durantia per vnum annum, ſicut ſunt iſta terræ naſcentia. Iterum nec haben-tia ſanguinem ſunt longioris vitæ q̃ nõ habentia ſangui-nem. apes enim longioris vitæ ſunt q̃ quędam animalia quę ſanguinem habent. Item, nec animalia ſanguinẽ non habentia longioris vitæ ſunt q̃ aliqua habentia ſangui-nem: quia malacia, quæ ſunt animalia mollis teſtæ, non durant niſi per annum, aut aliquod breue tempus. Item, nec illa quæ ſupra terram viuunt ſunt longioris vitæ q̃ quæ in mari: quia plantæ & quędam animalia greſſibilia non durant niſi per annum, aut paruum tempus. Iterum nec illa, quæ in mari viuunt ſunt longioris vitæ q̃ quę in terra: quia oſtrocodema, quæ ſunt animalia duræ teſtæ, & malacia, quæ ſunt animalia mollis teſtæ, breuis vi-tæ ſunt: quia non viuunt niſi per annum, aut aliud pa-ruum tempus.

Hic remo-uentur ſex-ptẽ quæ vi-dentur cã lon gitudinis & breuitatis vitæ.

Omnino autem uitæ diuturnitas in ipſis præcipue eſt ſtirpibus, Vt in palma, & Cupreſſu: mox in animalibus ſanguine præditis magis q̃ illo carentibus, & terreſtribus magis q̃ aquatilibus. quo circa ſi iſthæc copulentur, in ſanguine certe præditis, & terreſtribus animalium repe-riuntur diuturniora, ut homo eſt & elephas. At qui ma-iora etiam (ut de pluribus dicatur) minoribus ſunt diu-turniora, nanq; & aliis, quæ longiſſimæ ſunt uitæ, accidit magnitudo, quemadmodum ſupradictis.

N. LEON.

Omnino autem longiſſimæ vitæ in plantis ſunt, vt palma & cupreſſus. Et in ſanguinẽ ha-bentibus animalibus, magis q̃ in exanguibus. Et in greſſibilibus magis q̃ in aquatilib⁹. Qua-re & combinantibus in ſanguinẽ habentibus, & greſſibilibus, quæ longiſſimę vitæ animaliũ ſunt, vt homo & elephas, et vtiq; quæ quidem maiora (vt ad plus dixerim) minoribus longio-ris vitæ. Et enim aliis accidit his quæ longio-ris vitæ magnitudo ſic dictis.

Quinq; ſũt q̃ vt in plu-ribꝰ ſunt lõ gæ vitæ.

Enumerat quædam, quæ vt in pluribus ſunt longæ vi-tæ. Et dicit q̃ inter plantas, palma & cupreſſus ſunt lon-gioris vitæ, viuit enim palma per quingentos annos. Et inter animalia, vt in pluribus, quę ſunt ſanguinem haben tia, ſunt longioris vitæ quàm animalia non habentia ſan guinem. Et greſſibilia, vt in pluribus, longioris vitæ ſunt quàm aquatilia. Et ideo, ſi coniungemus iſta duo, greſſi-bilia, & ſanguinem habentia, inueniemus quòd anima-lia, quæ ſunt greſſibilia & habentia ſanguinem ſunt lon-gioris vitæ, immo longiſſime viuunt animalia, ſicut ho-mo, & elephas. Iterum animalia, quæ ſunt maioris quan titatis, vt in pluribus longioris vitæ ſunt quàm illa, quæ ſunt minoris quantitatis. Nam aliis animalibus ab homi ne & elephante, quæcunq; ſunt longioris vitæ ineſt ma-gnitudo, ſicut homini, & elephanti.

N. LEON.

Horum autem omnium cauſam hinc quiſpiam con-templari poterit.

Cauſam autem de his omnibus, hinc vtiq; quis contemplabitur.

Poſtquam Philoſophus enumerauit ea quæ videntur eſſe cauſa longioris vitę, & declarauit illa nõ eſſe cauſam vniuerſaliter, in parte iſta aſſignat cauſam lõgitudinis & breuitatis vitæ primam & vniuerſalem. Et diuiditur in partes duas. Primo enim præmittit intentionem ſuam, ſe cundo manifeſtat ibi {Oportet enim accipere.} In pri-ma dicit, quia animalia ſanguinem habẽtia & greſſibilia ſunt longioris vitæ quàm oppoſita, vt in pluribus: & ſi-militer maiora minoribus, cauſam iſtorum poterit aliqs contemplari ex his quæ ſequuntur. Secundo ibi.

N. LEON.

Sumere enim oportet omne animal natura humi-dum eſſe & calidum: ipſumq; uiuere eiuſmodi eſſe, ſene ctam autem frigidam eſſe & ſiccam, nõ aliterq; id quod mortuum eſt eſſe apparet. Materia autem corporum iis, quæ exiſtũt iſthæc, calidũ, frigidũ, ſiccũ, humidum.

Oportet. n. accipere q̃ aĩal eſt natura humi dum & calidũ, & ipſum viuere tale. Senectus aũt frigida & ſicca, & quod mortuum. Vide-tur enim ſic. Materia aũt corporũ exiſtẽtibus, hæc ſunt, calidũ, & frigidũ, & ſiccũ, & humidũ.

Declarat. Et diuiditur in duas. Et primo declarat cau-ſam longitudinis & breuitatis vitæ in vniuerſali, ſecũdo in particulari. ibi {Propter quod contigit.} Prima in qua tuor. Quatuor enim ſunt, ex quib⁹ aggregatur cauſa lon gitudinis & breuitatis vitæ: & ſecũdum hoc diuiditur in partes quatuor. In prima ponit primum, In ſecũda ſecun dum. ibi {Neq; rurſum.} In tertia tertium. ibi {Non ſo-lum.} In quarta quartum. ibi {Eſt autẽ aliquibus.} Pri ma in duas, In prima præmittit duas ſuppoſitiones, In ſe cunda ex illis infert primã cauſam longitudinis vitæ. ibi {Neceſſe igitur ſeneſcentia.} In prima dicit q̃ ad decla randũ cauſam longitudinis vitæ, oportet accipere q̃ om ne animal eſt calidum & humidum. Quòd autem ſit cali dum, hinc apparet, omne enim viuẽs nutrimẽto indiget: vnde omnia viuentia nutrimẽtum recipiunt. Nutrimen-tum autem in principio eſt cõtrarium, in fine ſimile: ideo oportet ipſum alterari à principio aliquo intrinſeco. alte-rans aũt tranſmutans alimentum eſt calidũ. quare oẽ ani-mal & oẽ viuens caliditatẽ habet: calidum aũt ſine humi do ſtare non poteſt, qa ipſum humidũ eſt proprium ſub-iectum calidi, ideo oẽ viuens calidum & humidũ habet. In iſtis aũt conſiſtit ipſum viuere. Senectus vero frigida & ſicca eſt: qa ſenectus contrariatur iuuẽtuti, quæ calida et

Oẽ viuẽs hꝫ calm & hu midum.

humida eſt, mortua vero ſimiliter frigida & ſicca ſunt. E midum eſt de facili exiccabile: quæ autem habent humi-
moribūda enim frigida inueniunt & viuentia calida. Et dum de facili exiccabile, cito ſeneſcunt & corrumpūtur.
iſta manifeſta ſunt ad ſenſum. Vnde materia corporum Ideo, ſi aliqua debeant eſſe longioris vitæ oportet, ꝙ ha-
ſunt, calidum, humidum, frigidum, ſiccum. ex iſtis enim beant multum humidum. Sil'r oportet ꝙ calidum ſit mul-
exiſtētibus eſt corpus viuens ſecundum materiam. Iſta tum quia ſi humidū eſſet multū, & calidum paucū, ſuffo-
igitur duo ſunt, quę p̄mittit, ſ. ꝙ oē animal eſt calidum & caretur calidum. Item, ſi humidum paucum, & calidum
humidū: & ꝙ ſenectus eſt frigida & ſicca. Secūdo ibi. multum, cito conſumeretur humidum. et ideo oportet
ytraq; eſſe magna proportionaliter. Et propter hoc ma-
N. LEON. *Neceſſe igitur eſt ſeneſcentia exſiccari: quāobrem nō de facili exiccabile ipſum debet eſſe humidum.*

Neceſſe igitur ſeneſcētia deſiccarí. propter ꝙ oportet nō facile deſiccabile eſſe humidum.

Infert ex iſtis cauſam longitudinis vitæ. & diuiditur in duas. In prima facit quod dictum eſt, In ſecunda declarat per ſignum, ibi {propter hoc & pinguia,} In prima dicit ꝙ cum ſenū ſit frigidum & ſiccum neceſſario omnia ſeneſcentia infrigidantur & deſiccātur, in ętate enim priori calidum cōſumebat humidum. Et ideo neceſſariū eſt per proceſſum temporis calidum debilitari: quia consumendo & corrumpendo humidum p̄ accidens corrumpit ſeipſum. Quia igitur calidū exiccat, ſi aliquid debeat eſſe longæ vitæ oportet humidum non eſſe exiccabile cito. illa enim, quæ habent humidum de facili exiccabile, ſunt breuis vitæ: quæ autem non habent humidum de facili exiccabile ſunt longe vitæ. Secundo ibi.

Pria & vltis cā lōgitudinis & breuitatis vitæ.

N. LEON. *Et iccirco pinguia non putreſcunt, in cauſa autem eſt quoniā aeris ſunt. Porro aer ad alia ut ignis eſt: ignis uero non putreſcit.*

Et propter hoc pinguia imputribilia. Cauſa autem quòd aeris. aer autem ad alia, ignis: Ignis autem non fit putrefactus.

Declarat quod dixit per ſignum. Et dicit ꝙ illa, quæ habent humidum non de facili exiccabile, ſunt longæ vitæ. & propter hoc pinguia longæ vitæ ſunt. Et imputribilia longæ vitæ quidem vniuerſaliter ſunt, quia pinguedo G
partes conglutinat, quæ tenent ſe adinuicem. Et ideo nō ſunt de facili ſuperabiles: & propter hoc tale humidum non eſt de facili exiccabile. Item pinguia ſunt & imputribilia, quia talia habent aerem à dominio. Aer autem ſic ſe habet ad aquam & terram ſicut ignis ad omnia alia elementa, qui imputribilis eſt reſpectu ipſorum. ergo ſimiliter aer imputribilis eſt reſpectu terræ & aquæ: ideo illa, quę habent aerem à dominio difficili putribilia ſunt. Illa vero quæ habent aquam à domino, citius. Alia ratio poteſt eſſe. Quia putrefactio accidit cum exhalat humidum intrinſecum: quia cum humido ipſo tunc exhalat calidum. Cum autem totum humidum exhalatum eſt: & totum calidum ſimiliter. Et ideo illa. quæ habent humidum cito exiccabile & exhalabile cito putrefiunt. Illa vero, quæ non habent humidum cito exiccabile, ſed habēt humidū pingue, non de facili exhalabile, de difficili putre fiunt: & hoc pp viſcoſitatē p̄artiū, & tenacitatē. et ideo H
pinguia non ſunt de facili putribilia. Deinde cum dicit.

Putrefactio accidit cū exhalat humidū ītrinſecum.

N. LEON. *Neq; rurſum exiguum debet eſſe humidum, paucum enim facile eſt exiccabile. quamobrem magna animalia & ſtirpes (ut uniuerſaliter dicaſ) diuturniora ſunt, quēadmodum dictum eſt prius: rationi nanq; conſentaneum eſt maiora plus humoris habere.*

Neq; rurſum paucum oportet eſſe humidū: facile ſiccabile enim quod paucum. Propter quod & magna animalia & plantæ, vt vniuerſaliter eſt dicere longioris vitę, quemadmodū dictū eſt prius. Rationabile enim maiora plus habere humidi.

Tangit ſecundum, quod eſt cauſa longitudinis & breuitatis vitæ. Et dicit ꝙ non ſolum oportet humidum eſſe pingue, ſed oportet ipſum eſſe multum: quia paucum humidum de facili exiccabile: quæ autem habent humidum de facili exiccabile, cito ſeneſcunt & corrumpūtur. Ideo, ſi aliqua debeant eſſe longioris vitæ oportet, ꝙ habeant multum humidum. Sil'r oportet ꝙ calidum ſit multum quia ſi humidū eſſet multū, & calidum paucū, ſuffocaretur calidum. Item, ſi humidum paucum, & calidum multum, cito conſumeretur humidum. et ideo oportet ytraq; eſſe magna proportionaliter. Et propter hoc magna omnia animalia, & plantæ in pluribus, ſunt longioris vitæ, ſicut dictū eſt prius: quia rationabile eſt ꝙ quę maiora ſunt, plus habeāt de humido. Et dicit (vt vniuerſaliter eſt dicere) quia ſermo ſuus non eſt vniuerſaliter verus. Modus enim Ariſt. eſt dicere quādo ſermo ſuus nō habet veritatem vſquequaq;. Deinde cum dicit.

Exicatū ducit ad nectutem.

In hac lectione particulariſat cunda tex. N. LEON.

Non tantum autē hanc ob cauſam diuturnioris ſunt vitæ, duæ nanq; reſtant cauſæ, quantū uidelicet, & qualē. Quare non ſolum humidi copiam eſſe oportet, uerum etiam calidi, ut neq; gelu facile ſtringaſ, neq; leui de cauſa exſiccetur. Et hanc ob rem longæuus magis eſt homo q̄ plęraq; maiora. Lōgioris enim ſunt vitæ quæ humidi copia ſuperantur, ſiquidem maiori ſecundum qualitatem proportione ſuperent, q̄ ſecundū quantitatē uincantur.

Non ſolum autem propter hoc, longioris vitæ. duę enim cauſæ, quod quantum, & quod quale. Quare oportet non ſolum multitudinē eſſe humidi, ſed hoc & calidum: vt neq; facile deſiccabile ſit, neq; cōgelabile. Et propter hoc homines longioris vitæ magis quibuſdam maioribus. Longioris enim vitæ deficiens multitudine humidi, ſi pluri ratione excedat ſecundum quale, quam deficiat ſecundum quantū.

Ponit tertium, quod videtur eſſe cauſa longitudinis vitæ, dicens ꝙ non ſolum ex hoc ꝙ plantæ & animalia habent multum humidum ſunt longæ vitæ: quia tūc omnia, quæ habent multum humidum, eſſent longæ, vitæ: quod falſum eſt: ſed etiā quia humidum, quod eſt ſubiectum vitæ, debet eſſe quantum, & quale, i. habere quantitatem: et quale, ideſt proportionē cum calido. Si enim humidum eſſet quantum, i. magnæ quantitatis: & non quale, ideſt non bene proportionatum, tunc calidum cōſumeretur cito & ſuffocaretur ab illo multo humido: vel illud humidum congelaretur, & calidum cito deficeret. Quod ſi eſſet calidum multū, & humidum paucum, humidum conſumeretur cito. omnino oportet ad hoc ꝙ aliquid ſit longæ vitæ, ꝙ humidum ſit quantum & quale: ideſt habens quantitatem proportionatam cum calido vt nō cito ſit congelabile, vel deficcabile. Et propter hoc contingit ꝙ homo ſit longioris vitæ, quām quædam animalia: quæ plus habent de humido. Quia & ſi homo nō plus habeat de humido ſecundum quantitatem, tamen plus excedit ſecundum proportionem, quām deficiat ſecundum quantitatem. Propter hoc homo longioris vitę eſt quām equus: vel etiam quām quædam animalia, quę excedunt ipſum ſm quantitatem. Deinde cum dicit.

Que habēt hūidū proportionatū coꝫ calido ſunt longæ vitæ.

Et profecto quibuſdam calidum eſt pingue, quod ſimul efficit, ut neq; facile exſiccef, neq; leui negocio frigeſcere poſſit. quibuſdam uero alium præſtat ſuccum. N. LEON.

Præterea quod non de facili corrumpi debet, minime excrementitium eſſe oportet: id nanq; interimit aut morbo, aut natura. contraria enim excrementi eſt uis, & confectrix: hæc quidem naturæ, illa uero partis alicuius.

Eſt autem aliquibus quidem calidum pingue, quod ſimul facit non facile ſiccabile, & nō facile infrigidabile. quædam autem alium habent

bent humorem. Ideò oportet futurum esse nõ leuiter corruptibile, neq; superfluũ. Interimitur enim quod tale, aut languore aut natura. Contraria aũt est superfluitatis virtus & corruptiua, hæc quidẽ naturæ, hęc autem particulę.

Tangit quartum, quod est causa longitudinis vitæ. Et dicit ꝙ quibusdã animalibus ineſt humidum pingue: & ex hoc duo accidunt. vnum est ꝙ tale humidum non fit de facili exiccabile, aliud est ꝙ non est de facili infrigidabile. Pingue enim aereum est: aer autem calidus est. calidum vero non est de facili congelabile. Ideo pingue non de facili est congelabile. Sed illa, quæ habent aquaticum humidum sunt breuioris vitę: quia tale humidum est grossum & frigidum, & de facili potest in frigidari & congelari, nec etiam pingue est congelabile propter causam prius assignatam. Sunt autem quædã animalia, quæ habent alium humorẽ, id est alienum, & superfluum humidũ. quod est causa facilis corruptionis: & propter hoc oportet id, quod est futurum corruptibile non de facili carere superfluo humido. talia enim corrumpuntur cito: qa calidum naturale suffocatur per huiusmodi superfluum, siue fuerit naturale, siue ęgritudinale. Hmõi autem humidum superfluũ, aut est diffusum in tota substantia, vel in aliqua particula, vel in membro. & vtroq; modo est causa facilis corruptionis, quamuis illud magis, qđ est diffusum per totam substãtiam. Et ideo, si debeat animal longe vitæ esse, oportet ꝙ humidum sit constans, non de facili exiccabile, neq; congelabile, nec superfluum. Sic igitur ex istis quatuor potest colligi causa lõgitudinis et breuitatis vitæ, scilicet ꝙ si aliquid debeat esse longe vitæ, oportet ꝙ habeat humidum non de facili exiccabile & multum: & ꝙ habeat bonã proportionem cum calido, & ꝙ non sit in eo aliquid superfluum: si autem deficiat in aliquo istorum, erit breuis vitæ. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quapropter quæ multo utuntur coitu, genitaleq; semen copiosius habent, celeriter senescunt, quoniam semẽ excrementum est, & exiens siccitatem affert. Et hanc ob causam mulus equo diuturnior, & asino, ex quibus procreatus est, necnon fœminæ maribus: siquidẽ salaces fuerint mares: iccirco passeres masculi breuioris sunt vitæ quàm fœminæ.*

Propter quod coitiua & multi spermatis, senescunt cito. Sperma. n. superfluũ, & amplius desiccat emissum. Et propter hoc est mulus lõgioris vitæ, equo & asino, ex quibus genitus est. Et femellę masculis, si coitiui sint masculi. propter quod & passeres masculi breuioris vitæ femellis.

Assignat causam longitudinis & breuitatis vitæ in particulari. & diuiditur in duas. In prima assignat causam longitudinis vitæ in animali, secundo in plantis, ibi {In plantis autem.} Adhuc prima diuiditur in duas. In prima assignat causam quare quędam animalia sunt longioris vitę: & hoc absolutæ. In secunda facit hoc in comparatione, ibi {Aquatilia autẽ.} Adhuc prima in duas. in prima assignat causam essentialem longitudinis & breuitatis vitæ. In secunda assignat causam accidẽtalem, ibi {Alimentũ aũt.} Prima in duas. In prima assignat causam breuitatis vitæ in aliquibus, secundo causam longitudinis, ibi {Natura autem.} prima in duas secundum ꝙ duas causas dat. secunda ibi {Adhuc autem quæcunque laborioſe.} In prima intelligendum est ꝙ sperma est superfluum tertiæ digestionis. contingit enim ꝙ calidũ quod digerit cibum, plus digerat quam sit necessarium ad nutritionem & augmentum: & id superfluum est semen, & est humidum: & mittitur ad vasa seminaria, & expellitur in coitu, & ex illo quandoq; generatur simile generanti, qa id semẽ, quasi de substãtia generantis erat, et quia statim erat natum conuerti in substantiam rei alẽ dę, contingit ꝙ, quando deficit tale humidum, ꝙ natura mittit humidum, quod erat necessarium ad nutritionẽ. Ideo dicit Arist. ꝙ animalia, quæ sunt coitiua multum et multi spermatis sunt breuioris vitæ ꝙ̃ alia, & citius senescunt. sperma enim superfluum est alimenti: & ideo cum tale superfluum non est: natura emittit humidum quod deberet esse nutrimentum. & ideo desiccantur talia multum, & propter hoc mulus longioris vitæ est ꝙ̃ equus & asinus, ex quibus est genitus: & vniuersaliter feminæ ꝙ̃ masculi, cũ tamen masculi coitiui sint multum, quia plus spermatizant masculi ꝙ̃ feminæ: & propterea passeres masculi sunt breuioris vitæ ꝙ̃ femellæ: qa plus emittũt de semine, & ideo citius exiccanẽ. Secũdo ibi.

Aĩalia multũ coitiua & mlti spermatis sunt breuioris vite & citius senescunt.

Quę habẽt aquaticum hũidũ sunt breuioris vitæ.

N. LEON. *Præterea quicunq; ex maribus erumnosi sunt, laboris gratia senescũt magis: exiccat enim labor: senectus autem ficca est.*

Adhuc autem quæcunq; laborioſa masculorum, propter laborem senescunt magis: desiccat enim labor: senectus autem ficca est.

Dat aliam causam breuitatis vitæ. & dicit, quòd masculi illi qui plus laborant, sunt breuioris vitæ. & causa huius est: quia propter laborem citius senescit. labor. n. exiccare habet, quia excitat calidum, et ipsum excitatũ incipit exhalare, & p̃ consequens humidũ trahit: & ideo propter laborem citius exiccantur: & per consequens senescũt citius, quia senectus est ficca, et vlterius corrumpuntur. Verum tamen est ꝙ exercitium & labor aliquibus competunt, vt illis qui habent humidum superfluũ, extraneum & paucum calidum. Etenim propter laborẽ calidum excitantur. Calidum autem excitatum consumit humidum superfluum. Sed hominib⁹ attenuatis, & qui non habent tale humidum, non competit propter dictam causam. Deinde cum dicit.

Masculi, q plꝰ laborãt sunt breuioris uitæ.

N. LEON. *Natura autem (ut vniuersaliter dicatur) mares fœminis sunt diuturnioris vitæ. huius autem rei causa est, quoniam mas fœmina calidius est animal.*

Natura autem, vt vniuersaliter dicatur, masculi femellis lõgioris vitæ. Causa autem, quia calidius animal masculinus est quàm femella.

Assignat causam lõgitudinis vitæ. Et diuidit in duas. In prima assignat causam longitudinis vitæ ex calido naturali. In secunda ex calido regionis. ibi {Eadem autẽ.} In prima dicit ꝙ masculi naturaliter, & vt vniuersaliter dr̃ longioris vitæ sunt ꝙ̃ femellæ: & causa est, qa masculus est calidior femella in eadem specie. Secundo ibi.

Masculi naturaliter: & vtvlr dr̃, lõgioris vitæ sunt ꝙ̃ fœmellæ.

N. LEON. *Eadem autem in tepidioribus locis protensioris sunt vitæ ꝙ in frigidis, eandem ob causam qua et maiora: Magnitudo autem potissimum est manifesta animalium natura frigidorum: iccirco serpentes & lacerti, & squamosa omnia calidis in locis magna proueniunt: & in rubro mari ostreacea. augumenti enim & vitæ causa humida est caliditas. In frigidis autem locis quod animalibus inest dilutius est humidum: iccirco facile congelascit.*

Eadem autem in calidis, longioris vitæ sunt quam in frigidis locis propter eãdem causam: propter quam quidem & maiora: & maxime notabilis magnitudo animalium frigidorum secundum naturã. Propter quod & serpentes, & lacertæ & pholidota magna in calidis locis: & in rubro mari ostracoderma. augmẽti enim calida humiditas, causa & vitę. In frigidis enim

locis

Epilogꝰ corũ q̃ sunt cã lõgitudinis & breuitatis vitæ.

Sperma est superfluũ digestiõis tertiæ.

locis, magis aqueum est humidū, quod in animalibus est: propter quod facile congelabile.

Assignat causam quare sunt in calidis regionibus longioris vitæ q̄ in frigidis. et diuiditur in duas partes. In prima facit hoc, In secunda infert corollarium, secunda ibi{ Quare hoc quidem. }In prima dicit q̄ eadem secundum speciē animalia longioris vitæ sunt in calidis regionibus q̄ in frigidis propter eandē causam, quæ dicta est, & propter istam eandem causam animalia frigida naturaliter maiora sunt in regionibus calidis q̄ in frigidis, ita q̄ magnitudo earum est valde notabilis. Et propter hoc serpentes & lacertę pholidota, quę sunt varij coloris, magnæ quātitatis sunt in locis calidis, et in mari rubro ostrocodema. et causa huius est, quia calidum humidum est causa vitæ, & augmenti. calidum enim principium vitæ est. Iterum calidi est extendere & dilatare humidum: & ideo causa augmenti est. et ideo in regionibus calidis temperate, & in mari rubro, propter calidam multitudinem inueniuntur serpentes magnæ & notabilis quantitatis: & in mari rubro ostrocodema. In locis vero frigidis, humidum, quod est in animalib⁹ est aquosum & grossum, & tale de facili cōgelabile. Et ideo animalia frigida in terribus locis paruæ quantitatis sunt, quia frigidi est constringere & nō dilatare. Contingit tamen in locis frigidis propter dispositionem loci inuenire magna animalia vt sunt illa quæ habitant iuxta mare propter caliditatem maris, & *in vallib⁹*. Valles enim calidę sunt respectu mōtium: & ideo videmus homines, qui morantur in talibus locis esse magnæ quantitatis. Et intelligendum est quod dictū est de calidis regionibus temperate: quæ enim sunt in calidis excellenter, sunt parua. Secundo ibi,

Calidi ē extendere & dilatare humidum.

N. LEON. *Quamobrē exigui sanguinis animalia, uel exanguia aut nōn generantur omnino in locis, qui ad septentriones sunt terrestria in terra, neq; aquatilia in mari: aut si generantur minora certe, & breuioris sunt uitæ. aufert enim augumentum gelatio.*

Quare hæc quidem non fiunt omnino animalium, quæ pauci sanguinis, aut sanguinem habentium, in his, quæ ad Arctum locis, neq; gressibilia in terra, neq; aquatilia in mari. hæc autem fiunt quidem: minora autem, & breuioris vitę, aufert enim congelatio augmentum.

Infert corollarium. Et dicit q̄, cum illa animalia, quæ generantur in locis calidis sunt magnæ quantitatis: & accidit quòd omnino non sunt animalia, quæ parum habent de sanguine, vt animalia, quæ habent sanguinem. s. frigidum in septemtrionalibus locis, nec gressibilia in terra, nec aquatilia in mari sunt: aut siquidem sint, quantitatis minimæ sunt: quia frigus excellens aufert & impedit augmentum, & sunt breuioris vitæ. Et ista satis apparēt ex dictis. Deinde cum dicit,

Frig⁹ excellens aufert & impedit augmētū.

N. LEON. *Alimentum autem nisi assumāt animalia & stirpes intereunt: seipsum nanq; eliquat, ut enim multa flāma minorem exurit & conficit, quoniam alimentum absumit, ita naturale calidum, quod primo concoquendi uim obtinet, materiam in qua est absumit.*

Alimentum autem non sumentia, & plantæ & animalia, corrumpuntur, cōsumit. n. ipsum seipsum. Quemadmodū enim multa flamma comburit & corrumpit paucam, eo q̄ alimentum consumat, sic naturale calidum primo digestiuum, consumit materiam in qua est.

Ostendit causam breuitatis vitæ accidentalem. Et dicit q̄, cum viuentia alimentum recipiant, quæcunq; stāt per aliquod tempus continuum, ita q̄ alimentū nō recipiunt, aut corrumpuntur, aut sunt breuis vitæ: quia calidum, q̄ digerit nutrimentum, non inueniens nutrimentum quod digerat conuertit se supra suum humidum, & consumit humidum, quod est subiectum sibi: & per consequens consumit seipsum. sicut enim multa flamma corrumpit paruam, quia consumit humidum, quod erat nutrimētum minoris flammæ, et sic corrūpit se per accidēs: sic calidum naturale, quod digestiuum nutrimenti consumit subiectum, in quo est: ad cuius corruptionem sequitur corruptio ipsius, & per consequens totius aggregati.

Deinde cum dicit.

N. LEON. *Aquatilia autē terrestribus minus lōgæua, non q̄ simpliciter humida sint, sed q̄ aquosa. huiusmodi uero humidum facile corrumpitur, quoniam frigidum est, & ex facili congelatur.*

Aquatilia aūt gressibilibus minus longę vitæ, non quia humida simpliciter, sed quia aquosa. Tale autem humidum facile corruptibile: quia frigidum, & congelabile de facili.

Aquatilia sunt breuioris vitę gressibilibus.

Assignat Philosophus causam lōgitudinis vitæ in quibusdam animalibus in comparatione. Et diuiditur in partes duas. In prima probat q̄ aquatilia sunt breuioris vitæ gressibilibus, In secunda q̄ sanguinem habentia sunt longioris vitæ q̄ exanguia. {ibi exanguia. }In prima dicit q̄ aquatilia sunt breuioris vitæ gressibilibus. Sed non quia sunt humida sunt breuioris vitæ. tunc enim omnia animalia humida essent breuioris vitæ, quod falsum est. ideo non ex hoc q̄ humida sint, sunt breuioris vitæ, sed quia aquatilia sunt. Aquosa autem, quia habent humidum grossum cōgelabilia sunt & frigida: & talia de facili sunt corruptibilia & moribunda. Secundo ibi.

N. LEON. *Et quæcunq; sanguine carēt eandē ob causam, nisi magnitudine sibi suffragentur: non enim pinguitudinem, neq; dulcorem habent. In animalium nanq; genere pinguæ dulce est. & iccirco apes plerisq; maioribus animalibus diuturnioris sunt uitæ.*

Et exanguia propter idem, si non magnitudine recompensetur. neq; enim pinguedinem habēt, neq; dulce. In animali enim quod pingue, dulce. Propter quod apes longioris vitæ alteris maioribus animalibus.

Declarat propter quam causam exanguia sunt breuioris vitæ q̄ sanguinem habentia. Et dicit q̄ exanguia propter idem sunt breuioris vitæ q̄ sanguinē habētia: quia habent humidum aquosum. sunt enim sine sanguine, sanguis vero ē calidus et humidus: tale enim aer ē. Quia igitur carent sanguine, habent humidum aquosum: & talia sunt de facili corruptibilia. nisi fiat recompensatio humidi in magnitudine. Si enim humidum fuerit magnum eum tamen humidum fuerit proportionale, erunt longę vitæ: quia, quæ non habent sanguinem non habent nutrimentum dulce, neq; pingue. Si autē sunt animalia quę habent nutrimentum dulce, sicut sunt apes: talia sunt longioris vitæ quibusdam sanguinem habentibus. Et ideo apes, cum vtantur dulciori nutrimento, longioris vitæ sunt quibusdam animalibus maioribus sanguinem habentibus. Deinde cum dicit.

Sāguis ē calid⁹ & humidus.

Alia, quæ hāt nutrimētū dulce, sunt longioris vitę q̄busdā sanguinē habētibus.

N. LEON. *In stirpibus autem sunt quæ longissimæ sunt uitæ, & quidem magis q̄ in animalibus. primum quidē, quoniā minus sunt aquosæ: quamobrem non de facili congelantur, deinde pinguitudinem habent & lentorem: & cum siccæ sint & terreæ, non tamen facile siccitati obnoxium habent humidum.*

In plantis autem sunt, quæ longissime vitæ: & magis q̄ in animalibus. Primum quidem, qa

aquosa

aquosa minus: quare nõ facile cõgelabilia. De inde habent viscositatem & frigiditatem & sic ca & terrestria existentia: non tamẽ habent facile siccabile humidum.

Assignat causam longitudinis vitæ in plantis. Et diuiditur in duas. In prima assignat causam longitudinis vitæ in plantis, comparando ad animalia secundum differentiam. In secunda secundum conuenientiam, ib i{ Accidit autem. } Adhuc prima in duas. In prima assignat causam essentialem & naturalem. In secunda accidentalem, ibi{ De hoc autem. } In prima dicit ꝙ in plãtis sunt quædam, quæ sunt longæ vitæ magis ꝙ in animalibus. Et ratio huius est: quia minus habẽt humidum aquosum & ideo minus congelabile & exiccabile. Iterum, quia habent viscositatem. Et hoc patet, quia inflammabilia sunt cito. Quæ autem sunt cito inflammabilia viscosa sunt: & iterum habent frigiditatem terrestria & ficca: sed non habent siccitatem mortiferam, sed reprimentem & domantem humidũ. Sed non propter hoc habent humidũ de facili exiccabile: qa aereũ est, nõ aquosum. Secundo ibi.

plãtis sũt quæ q̃ sunt longioris vitæ ꝙ in animalibus.

N. LEON.

Quod autem diuturnior arborum sit natura sumere causam oportet: peculiarem nanq; habent illam animalium respectu, exceptis tamen insectis.

De hoc autem ꝙ est naturam arborum esse durabile, oportet accipere causam. Habent. n. propriam ad animalia, propterq̃ ad entoma.

Assignat causam accidentalem. Et primo proponit intentum, secundo assignat causam. ibi{ Iuuenes. } In prima dicit ꝙ ex his, quę dicentur, oportet accipere causam propter quam quædam plantæ sunt longioris vitæ quibusdam animalibus. Habent enim propriã causam quare longioris vitæ sunt in comparatione ad animalia, preterq̃ ad entoma. Secundo ibi.

N. LEON.

Nouæ enim continuo fiunt stirpes, iccirco diuturnæ. semper enim alij quidem exeunt rami, alij uero senescũt, radicum quinetiam similis est modus, sed non simul omnium: sed aliquando quidem stirpes solum, & rami interierunt, alij autem suborti sunt. Cum autem sic se habuerint radices, aliæ sanè ex restanti fiunt: & hoc semper persenerat modo, aliæ quidem corruptæ, aliæ uero genitæ: et ideo protensæ sunt uitæ.

Iuuenes enim semper plantæ fiunt propter quod multi tẽporis. Semper enim alteræ germinationes, hæ autem senescunt, & radices similiter, sed non simul, sed aliquando quidem solus stipes & rami perierunt: alteri autem iuxta nati sunt. Cum autem sic fuerint radices, alię ex existente generantur, & sic semper manet: hoc quidem corruptum, hoc autẽ factum, propter quod longe vitæ.

Assignat causam huius. Et primo facit hoc, secũdo cõparat plantas ad animalia quantum ad hoc. ibi{ Assimilantur. } In prima dicit ꝙ causa quare plantæ quædam sunt longioris vitæ quibusdam animalibus est, quia reuiuiscunt semper: & propter hoc multum tempus durant germinationes, ita quòd modo germinat vnus ramꝰ, & alius exiccatur. Similiter modo germinat vna radix, alia exiccatur, sed non simul. Non enim simul semper radix germinat, & radix exiccatur: sed contingit ꝙ radix germinat: & stipes & rami exiccati sunt & corrupti: & alij iuxta illos nati sunt. Cum autem radices fuerint aliæ, & aliæ fit generatio radcis ex præexistentibus radicibus. Vel quod exponatur ex, ideſt post: vt sit sensus (ex existente generantur,) ideſt post radicem existentem generantur aliæ: & sic semper istud corrumpitur, illud autem generatur, Et propter hoc plantæ videntur esse longæ vitæ, & longioris quibusdam animalibus. Vtrum autem talis plantæ sit vna & eadem numero nunc & prius, dubium est. Sic autem est de plantis, vt de animalibus. In animalibus autem forte est vna pars, per cuius vnitatem animal est vnum: sicut cor. si enim cor vnum, & animal vnum: si non est vnum, animal non est vnum secundum numerum, immo aliud: & hoc dicit Arist. in lib. de Animalibus. Querit enim de monstris, vtrum sit vnum animal numero: vt si habeat duo capita vel vnum caput, & partes inferiores duplices: & dicit ꝙ si cor vel proportionale ei est vnum, animal est vnum, si non, non. Similiter dicendum est de plantis, ꝙ, si est vna pars in plantis, per cuius vnitatem dicitur planta vna, quę consistit in contactu trunci & radicis, quòd sit vna, & planta vna: si vero non, non est una. Secundo ibi.

Dubium.

Solutio.

N. LEON.

Similes autem sunt stirpes insectis, ut dictum est prius. diuisæ nanq; uiuunt, duoq; & multa de una efficiuntur.

Assimilantur autem plantæ entomis, sicut dictum est prius. Diuisæ enim viuunt, & duo & multa fiunt ex vna.

Comparat plantas ad entoma. Et primo secundum conuenientiã. Secundo secundũ differentiam. ibi{ Entoma autem. } In prima dicit quòd plantæ in hoc assimilantur entomis, quòd sicut entoma decisa viuunt, quia habent vnam animam, quæ actu est vna, sed virtute & potentia plures, similiter plantæ habent animam, quæ quidem actu est vna potentia autem plures. Secundo ibi.

Assimulatio plantæ entomis.

N. LEON.

Verum insecta ad uitæ usq; actum perueniunt, multũ uero temporis durare nequeunt. instrumẽtis enim carẽt, neq; illa quod in unoquoq; est principiũ efficere potest. id autem, quod est in stirpe, potest. ubiq; enim cum radicem, tum candicem potestate habet. quamobrem ex ea ea semper aliud quidem nouellum prouenit, Aliud uero senescẽs, ita ꝙ parui refert ut eo sint diuturnæ modo, quo sunt illæ quæ transferunt: in ipsa nanq; trãslatione ista hæc quodammodo accidere quispiam asseuerare potest. pars enim quædam est id, quod transfertur. Verum in translatione quidem separatis ita accidit partibus: ibi autem per continuum. causa uero, quoniam ubiq; potẽstate insit principium.

Entoma autem vsq; ad viuendum peruenerunt. multo autem non possunt tempore. Non enim habent organa, neq; facere potest ipsa principium in vnoquoq;. quod autem in planta, potest. vbiq; enim habet radicẽ & germen, potentia. propter quod ab hac semp prouenit hoc quidem nouum, hoc autẽ senescens, modico aliquo differẽtia in esse longę vitæ sic: quemadmodum quę asplantantur. Et enim in asplantatione modo aliquo dicet vtiq; quis eadem accidere. Particula enim quædam est quæ asplantatur. In asplantatione quidem igitur, separatis, accidit hoc: ibi autem per continuum. Causa autem, quia in est vbiq; principium, virtute existens.

Comparat plantas ad entoma secundum differentiã. Et dicit ꝙ q̃uis plantæ conueniunt cũ enthomis in hoc ꝙ sicut enthoma decisa viuunt, sic & plantæ. In hoc tamen differunt, ꝙ entoma licet decisa viuãt, tamen multo tempore viuere nõ possunt. Et ratio huius est, quia ad hoc ꝙ possent conseruari in esse oporteret ꝙ haberent organa diuersa, vt os & stomachũ. Nunc autem nõ habẽt, non enim

Entoma q̃re decisa, lõgo tpe viuere non possunt.

Non enim poſſunt habere in quacũq; parte principiũ quo recipiant nutrimentum: & ideo non poſſunt multo tempore viuere: poſſunt tamẽ per aliquod tempus, quia poſſunt eſſe per aliquod tempus abſq; hoc quòd recipiãt alimentũ. Sed plantæ deciſæ multo tempore viuere poſſunt, et ratio huius eſt, quia fere habent in qualibet parte potentia & virtute germen & radicem, habent enim in nodis. Ideo deciſa viuunt per multum tempus: quia poſſunt trahere alimentum: & quia habent germen poſſunt generare. Ita quòd modo generatur vnus ramus & alius corrumpit: & modica eſt differentia quantum ad eſſe inter iſta: vnde ſic accidit in iſtis, ſicut in aſplantatis. In aſplantatis enim mouetur vnus ramus de vno loco, et aſplantatur alibi. Sic in propoſito vnus ramus corrumpitur, & alius generatur. In hoc tamen eſt differentia, qa in aſplantatis accidit hoc in diuerſis: ſed in propoſito hoc accidit in vno & eodem indiuiduo. Cauſa autem quare ramus ſic poteſt aſplãtari, eſt, quia quaſi in qualibet parte, potẽtia & virtute exiſtit principiũ, ex quo poteſt acci pe alimentũ & alius ramus generari. Deinde cũ dicit,

Plãtę deciſa, lõgo tpe viuere non poſſunt.

NALON.

Accidit autem in animalibus & in ſtirpibus. In animalibus enim mares magna ex parte ſunt diuturnio/res. Horum uero ſummæ partes imæ ſunt maiores. Pomilionis nanq; ſpeciem magis refert mas q̃ fœmina: ſurſum autem eſt calidũ, frigidum uero deorſum. In ſtirpibus autem quæ grauioris ſunt capitis eæ nimirum lõgioris ſunt uitæ. tales uero ſunt quæ non ſunt annuæ, ſed arboroſæ. Surſum enim plantæ & ipſius caput eſt radix. Annuæ, autem infernæ cum augmentum, tum fructus capiunt.

Accidit autem idem in animalibus & plantis. In animalibus enim, longioris vitæ maſculi, vt in pluribus. Horum autem, ſuperiora maiora, quàm inferiora. Magis enim nanus maſculus quàm femella. In ſuperiori autem calidum, & frigidum in inferiori. Et plantarum quæ capitæ graues, longioris vitæ. Tales autem quæ non epeteia, ſed arboroſa, ſuperius enim plantæ & caput, radix eſt. epeteia autem, inferius: & fructus accipiunt & augmentum.

Aſſignat cauſam longitudinis vitę in plantis per comparationem ad alia ſecundum conuenientiam. Et primo facit hoc. Secundo excuſat ſe ab inſufficienti determinatione: & dat intentionẽ ſuam reſpectu partis ſequentis. ibi{Sed de hoc quidem.}In prima dicit q̃ idem accidit in animalibus & plantis, ſicut accidit in animalibus, q̃ maſculi vt in pluribus ſunt lõgioris vitæ q̃ femellæ. maſculus enim & femella inproprie inueniuntur in plantis.

Maſculus & femella im proprie dĩ in plãtis.

Maſculus enim proprie dicitur, qui põt generare in alio: femella, in qua aliquid poteſt generari ab alio. Sed ſic nõ accipiuntur maſculus & femina in plãtis: ſed quia habẽt quaſdam proprietates maſculorum & femellarũ. Maſculus. n. maioris virtutis eſt, vt in pluribus femella. & ideo in eadem ſpecie, plantæ quæ maioris virtutis ſunt in fructificando, dicuntur maſculi: quæ autem minoris, femellæ. Maſculus in animalibus habet partes ſuperiores groſſiores q̃ inferiores: femellæ vero ecotrario. & ratio huius eſt: quia maſculi calidiores ſunt femellis, calidi autem eſt mouere ad ſuperius: ideſt plus eleuatur de nutrimento in maſculis ad ſuperius q̃ in femellis. Sed femellæ ſunt frigide, frigidi vero eſt mouere ad inferius: ideo feminæ partes illas groſſiores habent q̃ maſculi: & ex hoc poteſt reddi cauſa cuiuſdam, quod accidit in caſu maſculi & femellæ. Si enim cadit maſculus: ſecundum partes ſuperiores primo cadit. & huius ratio eſt: qa partes illæ ſunt magis graues. Si vero cadit femella, primo cadit ſecundum partes inferiores. Et hoc eſt q̃ magis graues ſunt. Et iterum nanus magis eſt maſculus, q̃ femella. Non intendit autem q̃ ſemper nanus ſit maſculus proprie, ſed pro tanto magis nanus eſt q̃ femella, quia participat magis proprietatem nani maſculus q̃ femella: quia nanus partes ſuperiores groſſiores habet q̃ inferiores. ſimiliter eſt & in plantis q̃ quædam habent partes ſuperiores groſſiores q̃ inferiores: aliæ autem habent inferiores groſſiores: & illæ, quę habent ſuperiores groſſiores lõgioris vitæ ſunt. et arboroſæ magis ſuperius, pars enim ſuperior plantæ & caput, eſt radix. Tales autem multam caliditatem habentes, per radices trahunt alimentum & longe propellunt ad ſuperius et ideo arboroſa ſunt ſuperi⁹, & pp abundantiã ipſius calidi ſunt longe vitæ, femellæ autem breuis vitæ ſunt propter defectum calidi & fructus emittũr & augmentant magis circa partes inferiores: quia calidũ paucum exiſtens, non poteſt longe propellere nutrimentum. Secundo ibi.

Maſculi magis q̃ fem

N. LEON.

Cæterum de ijs ſanè ſeparatim in cõmentarijs de ſtirpibus pertractabitur. In præſentia autem aliorum animalium cum protenſionis, tum breuitatis uitæ dicta eſt cauſa. Reliquum igitur eſt contemplari de iuuentute: et ſenectute necnon de uita & morte, ijs nanq; determinatis, ea, quæ de animalibus eſt ratio, finem certe habebit.

Sed de hoc quidem ſecundum ſe, in his quę de plantis determinabitur. Nunc autẽ de alijs animalibus dicta eſt cauſa de magnitudine vitæ: & de vitæ breuitate. Reliquum autem nobis conſyderare de iuuentutæ & ſenectute: & vita & morte. His enim determinatis, finem vtiq; habebit quæ de animalibus methodus.

Excuſat ſe de inſufficientia. & dat intentionem ſuam reſpectu partis ſequentis. Et quia aliquis crederet q̃ deberet de plãtis determinare: dicit q̃ de hoc, ſcilicet de plãtis ſecundum ſe, quę eſt natura plantarũ, in libro de Plantis determinabitur: ſed ad præſens dictum eſt de cauſa lõgitudinis & breuitatis vitæ in animalibus. Sed adhuc relinquitur nobis conſyderare de iuuẽtute & ſenectute, de morte et vita, cum enim determinatum fuerit de iſtis ſufficienter, determinabitur de animalibus.

Rñdet tę obiẽ ni.

Explicit Liber de Longitudine & Breuitate Vitæ, cum expoſitione Fratris Petri de Aluernia.

ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE IVVENTVTE ET SENECTVTE, VITA ET MORTE, ET RESPIRATIONE.

Cum Petri de Aluernia præclarissima expositione.

SVMMA LIBRI.

De Iuuentute & Senectute, Vita, & Morte, Inspiratione & Respiratione, quibus animalium vita cõsistere ac diuersificari dicitur causis, & naturæ ipsorum modis tum ex propriatum ex aliorũ sententijs exquisite tractat.

LECTIO PRIMA.

Viuentium omnium vnam eandemq; numero esse partẽ, qua viuũt, ipso vero esse plures & diuersas: causasq; in medio esse.

DE *iuuentute autem & senectute: & de vita & morte, nunc est dicendum. Et forte posse erit simul spirationis explicare causas. quibusdã enim animaliũ ob hoc ipm cũ viuere tũ nõ viuere cõtingit.*

DE iuuentute autem & senectute, & vita & morte: nunc dicendum. Simul autem & de respiratione necessarium forte causas dicere. Quibusdã enim animalium propter hoc accidit viuere & non viuere.

SIcut dicit Philosophus Primo Phisycorũ, innata est nobis via ex nobis notioribus & prioribus, in notiora & priora naturæ. sumus enim secundum naturam rationales. rationis autem est deuenire in cognitionem ignoti, quæ non fit nisi per cognitionẽ alicuius prius magis noti: & cognitum non fit nisi ex cognitis. Hinc ergo innata nobis via est ex prioribus et notioribus nobis procedere in cognitionem ignoti. Sed nobis ignotiora, vt frequentius, sunt notiora naturæ: quia ignotiora nobis sunt magis entia: & talia sunt nota magis secũdum naturam: ergo innata est nobis via ex nobis notioribus procedere in notiora & priora naturę. Priora & notiora nobis sunt vniuersaliora magis. cuius ratio est. quia illud quod est propinquius ei, q̃ est nobis maxime notũ secũdum intellectum, est nobis prius & notius ſmintellectũ: & hoc patet p̃ definitionẽ prioris & notioris. maxime autem nobis est notum ens simpliciter sumptum, quod est maxime vniuersale: huic autem est propinquius magis vniuersale. ergo prius & notius est nobis secundum intellectũ: particularia autem, & minus vniuersalia, & magis determinata sunt notiora naturæ. Illud enim est notius secundum naturam, quod est magis ens actu, vt dicitur. Nono Metha. minus autem vniuersalia, & magis determinata, sunt magis entia in actu: & ideo minus vniuersalia sunt magis notiora & priora naturę. Procedendum est igitur nobis secundum naturam nostram ex vniuersalioribus magis, & indeterminatis ad minus vniuersalia & magis determinata. Et hunc processum tenuit Aristo. in omnibus suis consyderationibus ferè, maxime autem in scientia Naturali. Primo enim consyderauit ens mobile & de de principijs eius: & de his, quæ consequuntur ipsum secundum q̃ huiusmodi, puta in Libro Physicorum, qui apud Antiquos dicitur de naturali auditu. In ipso enim consyderauit de ente mobili & de principijs eius, & de his, quæ insunt ipsi secundum q̃ huiusmodi. deinde consyderauit de ente mobili sub ratione magis determinata. &, quia prima determinatio entis mobilis videtur fieri per motum localem simplicem, qui est primꝰ motuum, ideo secundo determinauit de ente mobili secundum q̃ est primo mobile motu simplici ad vbi, & de contrarijs eius, & principijs, et per se passionibus secũdum q̃ huiusmodi. Et hoc fecit in libro de Cælo & Mundo. post hæc autem fit determinatio entis mobilis per motum ad formam, simpliciter autem ens mobile ad formam proprie est generabile & corruptibile. & ideo tertio consyderauit de ente secundum q̃ est generabile & corruptibile in vniuersali. &, quia eiusdem scientiæ est consyderare aliquod genus: & primum in illo genere, ideo in eadem tertia parte consyderauit de generabilibus & corruptibilibus, quę sunt causa generationis & corruptionis in alijs. fecit autem hoc in libro de Generatione. Sequens autẽ determinatio entis mobilis fit per motum ad formã mixti, secundum quòd mixtum est. Sedest consyderandum q̃ de corpore mixto in vniuersali potest esse triplex consyderatio. est enim quoddam corpus mixtum, quod non vere mixtũ est ex quatuor elementis, sed in via ad mixtionem: vel magis ad mixtum, quod fit per hoc q̃ vnum elementum mouetur ad locum alterius: & alteratum ad naturam illius, constituitur medium quodammodo, vel generatur in loco eiusdem multum alteratum ad naturam ipsius. Et de tali corpore mixto, et de causis, et principijs eius, & de his quæ insunt ei secundum q̃ huius, fecit Philosophus cõsyderationem in tribus libris Primi Meteo. fere, in quibꝰ determinatur de metorologicis, à quibus liber ille denominat: quod dico propter finem Tertij, vbi consyderationem quandam facit de generatione mineralium in vniuersali, puta in illo capitulo, Quecũq; autem in ipsa terra incluſa. Aliud est mixtum vere ex quatuor elementis. & quia eiusdem est consyderare aliquam naturã vniuersalr, & primũ in illa natura, sicut ens vniuersaliter, & ens primum: sicut patet ex Quarto Metha. prima autem in genere mixtorum secundum naturam sunt mineralia, ideo in eadem parte consyderandum esset de mixtis in vniuersali, & mineralibus: sed non est à Philosopho traditum: vel si est, nobis non apparuit, cuius ab aliquibus traditum inueniatur. De mixtis autem in vniuersali non habemꝰ à Philosopho, nisi in quantum determinauit de ipsis secundo de Generatione, nec de mineralibus, nisi quantum breuiter: dixit in fine Tertij Meteororum. Sunt etiam quędam passiones & proprietates, quę sequuntur tam vere mixta, quàm quæ dicuntur admixta ratione qualitatum primorum corporum simplicium secundum quòd huiusmodi, vt pura generatio, corruptio, putrefactio, digestio, indigestio, liquatio, coagulatio, & species earum, de quibus Philosophus consyderationem facit in Quarto Mete. Propter quod Alex. dicit in commentario suo super eundem Quartum, q̃ melius continuatur lib. de generatione q̃ primis libris. Dicunt tamen aliqui quòd in eisdem fit cõsyderatio de mixtis in vniuersali, secundum q̃ mixta sunt. sed primum videtur rationabilius. Vlterius determinatio entis mobilis fit ad formam mixti animati, puta de corpore animato, & de his quæ insunt secũdum quòd animatum est, & de ente secundum q̃ mobile est ad huiusmodi formam mixti animati, puta de corpore animato. Et de his quæ insunt per se, hæc fit consyderatio in sequentibus libris. Ista autem cõsyderatio de corporibus animatis distinguitur in tres partes. In eam: quæ est de anima, & in eam, quæ est de cõmunibus passionibus animæ & corporis. Et in illã, quæ est de corporibus animatis. cuius ratio potest sumi ex hoc: quia sicut Philosophus dicit in primo de generatione partium animalis. Quando aliquod commune consequitur aliqua plura oportet seorsum consyderare illud cõe,

Triplex est cõsyderatio in vli de corpe mobili.

T. c. primo

Albertus.

Cap. 2.

M. LEON. Consueret de Iuuẽ. & Senec. Vita & Morte Inspiratiõe & Resp. in unũ ſprimi forte obliuio Arist. ignorãtia t q eos, nõ di miſitiſ vnde legit vos luit q̃ vnũ in ſiſ tradidit vt legen dũ patere poteſt. Te. cõ. 2.

Te. cõ. 20.

Arist. i oĩb' ſuis cõſyderationib' ſe recedi ex vſtoribus & magis inde terminatis ad minꝰ uniuerſalia & magis determinata.

commune, ne oporteat idem sepius repetere cõsyderãdo singulas partes illius: anima vero communiter ineſt omnibus corporibus animatis ſicut actus, ſimiliter et paſſiones predictæ conſequuntur omnia vel plura illorum, & ideo ſeorſum conſyderandum eſt de anima, & de paſſionibus eius. Sed intelligendum q̃ paſſionum conuenientiũ animæ & corpori, quædam ſunt, quæ ſufficienter cauſantur in corporibus animatis ab anima, quædam autem in hoc depẽdent ex aliqua cauſa, vel diſpoſitione corporis, vel aliquo exteriori. & de illis, quæ ſufficienter ab anima cauſantur ſm q̃ hmõi, nõ oportet conſyderationem eſſe ſeparatam ab illa, quæ de corporibus, vel ab illa, quæ eſt de anima. illæ vero, quæ dependent ex cauſa extrinſeca poſſunt conſyderari ſm ordinem quem habent ab anima, puta ſecundum q̃ cauſantur ab anima, vel ſecundũ principium cognoſcendi ipſius. Et ſecundum hanc rationem conſyderat de ipſis in lib. de Anima, & ſic conſyderat Philoſophus de Nutrimento & Nutribili, & Sentire & Senſibili, & Motiuo & Mobili i libro de Aĩa. vel poſſunt conſyderari ſm illud quod ſunt, & ſecundum q̃ dependent à cauſa extrinſeca, vel ex diſpoſitione corporis: & ſic poſſunt ſeorſum conſyderari ab anima. Secundum vero hanc rationem Philoſophus conſyderauit de ipſis in parte ſcientiæ Naturalis, quæ inſcribitur de paſſionibus communibus animæ & corporis. Diſtinctio autem harũ paſſionum poteſt accipi ſecundum diſtinctionem partiũ animæ. partes autem animæ ſecũdum Philoſophũ Secũdo de Anima ſunt quatuor ſm gradus viuẽtium, ſcilicet vegetatiuum, motiuum, ſenſitiuum, & intellectiuum. Intellectiuum autem nulla ſequitur paſſio communis eius & corporis: quoniam per ſe non vtitur corpore, cum nõ ſit virtus organica. & ideo relinquitur q̃ paſſiones prædictæ diſtinguuntur ſecundum diſtinctionem trium partium: ita q̃ quædam conſequuntur vegetatiuũ, ſm q̃ vegetatiuum, quædam ſenſitiuum, quędam motiuum ſecũdum q̃ motiuum. Ille vero quæ cõſecuntur vegetatiuũ, ſunt ſecundum doctrinam conſyderandæ prius. Sicut. n. vegetatiuum prius eſt ſecundum viam naturæ & doctrinæ ſecundum Philoſophum: & ſenſitiuum motiuo, ſicut apparet ex ſecundo de Anima, ſic paſſiones vegetatiui p̃cedunt paſſiones ſenſitiui, & hæc illas, quæ motiui. Vegetatiuum autem poteſt conſyderari quantum ad acceptionem naturæ, vel eſſe, vel quãtum ad ipſam naturam vel eſſe: vel quantum ad amiſſionem. quãtum ad primũ debetur ei generatio, quæ eſt via in eſſe eorum: quantum ad ſecundũ, vita, quæ eſt vel ipſa natura, vel operatio cõſequens naturam: quantum ad tertium, mors. Vita autẽ vegetabilium cõſyderatur, vel ſm ſe, vel quantũ ad cauſas, vel quãtum ad ea quibus conſeruat in eſſe, vel quantum ad diſpoſitiones cõſequentes ipſam. Illa aũt, quibus cõſeruantur, ſunt duoꝝ generum. vita enim in iſtis conſiſtit per calidum continue reſoluens humid: ũ & ideo continua fit in habentibus ipſam de perditio: propter quod nutrimẽto indigent. Nutrimentum autem dicitur ad nutribile: & ideo circa viuentia oportet conſyderare de nutrimento & nutribili. Iterum vita conſtat per calidum, quod indiget refrigeratione, vt apparet infra. & ideo circa ipſam cõſyderãda eſt cauſa talis refrigerationis & motus ſm quem fiunt diſpoſitiones, quæ conſequuntur viuentia vel conſequunt rõne commixtionis qualitatũ ſm aliquã proportionem, ſicut ſanitas et infirmitas. vel conſequuntur diſpoſitionem alicuius partis organicę principaliter, ſicut iuuẽtus & ſenectus Eſt enim iuuentus augmẽtatio, & partis refrigeratio: ſenectus ẽ defectus eiuſdẽ cuius eſt pulmo, vel brãchiæ, vel aliquid proportionale. Circa vitam autẽ oportet conſyderare cauſas vitæ abſolute, vel cauſas longitudinis & breuitatis ipſius, ergo ad perfectã cognitionẽ vegetabilium oportet oia iſta conſyderare. Mors autem & generatio in vegetabilibus attributionẽ habent ad vitam. generatio quidem eſt ſicut vita, mors vero ſicut priuatio. Similiter refrigeratio naturalis calidi, in quo conſiſtit vita attributionem habet ad ipſam ſicut conſeruatiuum. Iuuentus autem & ſenectus ſimiliter attributionem habent ad ipſam ſicut diuerſi ſtatus eiuſdem, & ideo de iſtis omnibus cõſyderatur in lib. de Morte & Vita, ſecundum q̃ habẽt attributionem ad vitam. Sic enim de ipſis quodammodo eſt ſcientia vna, & circa iſta, primo conſyderandum eſt de morte & vita, quia iſta priora ſunt ſecundũ generationẽ, propter quod & via doctrinæ. Deinde de nutrimẽto & nutribili, quibus indigent viuentia ad perfectionem & cõſeruationẽ. Deinde de cauſis lõgitudinis & breuitatis vitæ. Illud. n. quod eſt cauſa vitæ amplius vel minus, factum eſt cauſa longitudinis & breuitatis vitæ, quæ præcedit conſyderationem de morte & vita, quia ibi cõſyderat de cauſis cuiuſdã corruptionis animalium, quæ ſupponitur in libro de Morte & Vita. Deide de ſanitate et ęgritudine, de nutrimento & nutribili, de ſanitate & infirmitate in vniuerſali, aut non conſyderauit Philoſophus ſeorſum, aut adhuc non peruenit, quamuis aliqui, expoſitores ipſius de his tractatus compoſuerint. Circa ſenſitiuum vero cõſyderare contingit ipſum ſenſibile, qđ eſt motiuum ſenſus: & ſenſum, qui mouet à ſenſibili, & ipſum ſentire, qđ eſt eius operatio ſequens. De ſenſibili ſecundum q̃ motiuũ eſt actu: & ſenſitiuo, ſm q̃ mouetur, determinatum eſt in libro de Anima. de ſenſibilibus autem ſecundum ſe, quale exiſtens poteſt mouere ſenſum: & de ſenſitiuo quãtum ad diſpoſitionem materię, quę diſponit ad ipſum ſentire, determinatum eſt in libro de Senſu & Senſato. Circa ſentire autem contingit conſyderare operationem ſenſitiuarum virtutum exteriorum principaliter, quæ dicit vigilia, & eius priuationem, quæ dicitur ſomnus, & de iſtis determinatum eſt lib. de Somno & Vigilia, in quo determinatur de iſtis ſecundum ſe, & ſecundum q̃ pendent ex aliqua diſpoſitione corporis. Poteſt etiam conſyderari operatio alicuius, vel aliquarum virtutum interiorum, & hoc modo cõſyderatur de Memoria, & Reminiſcentia in libro de Memoria & Reminiſcẽtia. Circa motiuum autem animalis contingit conſyderare cauſas motus animalium partium organicarum motus. Primo modo fit conſyderatio de cauſis motus animalium, libro de Motibus animalium opportunis ad motum. Pars autẽ ſcientiæ naturalis, quæ eſt de corporibus animatis, diuiditur in eam, quæ eſt de corporibus animatis anima vegetatiua: & in eã, quæ eſt de corporibus animatis anima ſenſitiua. Pars autem quę eſt de corporibus animatis anima vegetatiua traditur in libro de plantis, quem non fecit Philoſophus, ſed diſcipulus eius Theophraſtus. illa aũt, quæ eſt de corpore animato anima ſenſitiua, tradita eſt in libro de animalibus. Et ſic apparet quæ eſt intẽtio Philoſophi in tota Naturali philoſophia. Ex quo patet q̃ intẽtio Philoſophi eſt in hoc tractatu, qui ſcribitur de Morte & vita, vel de iuuentute & ſenectute, de vita, & de his, quę attribuuntur ei, puta inſpiratione & reſpiratione, Iuuentute & ſenectute, & morte determinare. Diuiditur autem iſte liber in duas partes, procemium, et tractatum. in procemio dat intentionem ſuam, In tractatu proſequitur ſuum intentum. Secunda ibi, {Quoniam autem de anima,} In prima dicit q̃ poſtq̃ determinatum eſt de cauſis longitudinis & breuitatis vitæ, tam in plãtis q̃ in animalibus, conſequẽter dicendum eſt de iuuentute & ſenectute, qui ſunt quidam ſtatus viuẽtium. Iuuentus quidẽ eſt quidã ſtatus perfectus, ſenectus autem eſt ſtatus defectus. Silr dicendum eſt de vita & morte, quæ quidem eſt terminus vitæ. Similiter dicendũ eſt de infrigidatione, quæ in quibuſdam fit per inſpirationem & reſpirationẽ, in quibuſdam autem fit per inſpirationẽ, et nõ aliter. Refrigeratio autem neceſſaria eſt viuentibus propter ſaluationem naturalis calidi. determinãdum eſt igitur de cauſis reſpirationis et inſpirationis. hoc autem faciẽdum eſt, quia quibuſdam animalibus ineſt viuere propter reſpirationem, non viuere autem ſiue mors propter defectum

reſpirationis

Te. cõ. 18.

Te. c. 31. & 34.

Vegetatiuum tripliciter cõſyderari poteſt.

Vita cõſtat p calidum, qđ indiget refrigeratione.

Generatio ẽ ſicut vita, mors ve ſicut priuatio.

Libri de nitate & Morbo ne huiꝰ primi cu bimus. Ordo pa rũ natu lium Ari Senſibile ſenſitiuum quo conſi derentur bro de An & de ſen & ſenſato.

Diuiſio naturalis ẽ de corp rib⁹ aiat

respiratio tris. Sic igitur patet ꝙ dat intentionem suam respectu trium, quorum est primum inuentus & senectus: secundum mors & vita: tertium est inspiratio & respiratio. Dicit autem quibusdam, quia in quibusdam animalibus magis manifestum est respirationem esse necessariã ad vitam, ꝛ̃ in alijs: & defectum ipsius esse causam mortis. Secundo ibi.

N. LEON. *Quoniam autem de anima in alijs est determinatũ, palamq; est ꝙ illius essentia corpus esse non potest sed tamen ꝙ in aliqua corporis existat parte manifestum est, & in eiusmodi sanè aliquo, quod potestatem habet in partibus, aliæ certæ ipsius siue partes, seu potentiæ, siue quomodolibet illas uocare deceat, ĩ pñtia obmittãtur.*

Quoniam autem de anima in alijs termina tum est, & palam quoniam nõ est possibile substantiam ipsius esse corpus. sed tamen ꝙ in aliqua existat corporis particula manifestum: et in hac aliqua habentium virtutem in particulis. Quæ quidem igitur alię animæ, aut partes, aut virtutes, qualiterc̃ũq; quidem oportet vocare, dimittatur nunc.

Prosequitur intentum suũ. Et diuiditur in duas. Quia enim prius oportet consyderare causam ꝛ̃ effectum, in quibus causa notior est, refrigeratio autem est causa vitę & mortis, ideo primo determinat de refrigeratione, secũdo de morte. ibi {Est quidem igitur.} tertio redit ad determinandum modum refrigerationis in animalibus. ibi {Tria autem sunt necessaria.} Et adhuc prima in duas. Primo resumit quædã determinata in libro de Anima, secũdo de infrigidatione determinat. ibi {Quæcũq; autem.} In prima dicit, ꝙ, cùm in libro de Anima sit determinatum de anima, & de eius porcõnibus, manifestum est ꝙ substantia & natura animę non potest esse corpus: qa corpus habet non esse in corpore aliquo, sed est subiectum alterius: anima autem habet esse in aliquo: ideo nõ est anima corpus. Sed tamen ꝛ̃quis non sit corpus, existit nihilominus in aliqua parte corporis determinata. Sed est consyderandum ꝙ anima duobus modis potest consyderari. Vno modo secundum suam substantiam, Alio modo secundum suas potentias & virtutes, mediãtibus quibus operatur. Si primo modo consyderatur secundũ suam substantiã, perficit sic totũ corpus, q tota ipsa est in toto, & tota in qualibet parte: sicut albedo tota est in tota superficie, & tota in qualiber parte. tota quidem est secundum suam essentiam, non secundum suam quantitatem. Si consyderetur secundum potentias & virtutes, secũdum quas operatur, cum ad operationes suas per istas virtutes requirantur partes corporis, secundum istas virtutes est anima in diuersis partibus: vt secundum potentiam visiuã, in oculo: auditiuam in aure, & sic de alijs: et sic loquitur Philosophus hic, ꝙ anima est in aliqua parte corporis determinata secũdum ꝙ per virtutem suam determinat sibi aliquam partem corporis. quæ quidẽ pars assignata est de numero partium habentium virtutem aliquam, & in illa est anima. Et subdit dicens, ꝙ vtrum istæ virtutes, quæ insunt animæ secundum diuersas particulas corporis debeant dici virtutes, vel potentiæ, vel partes animæ, ad præsens dimittatur. Nõ enim refert ad propositum, vtrum sint partes, vel potentię siue virtutes. verum est quòd Plato voluit ꝙ essent diuersæ animæ in diuersis partibus corporis, sed istud non est de intentione Aristo. Secundo ibi.

Qua autem re & animalia dicuntur, & uiuere, in ijs quæ utrunq; adepta sunt (dico autem utrunq; & animal esse, & uiuere) necesse est unam & eandem esse partem, per quã & uiuit, & id animal nuncupamus.

A Quæcunq; autem animalia dicuntur & viuere, in his quidem quæ adepta sunt in vtraq; hæc. dico autẽ vtraq;, & quod est esse animal, & quod viuere: necesse est eandem esse & vnã particulam, secundum quam viuit & secundũ quam appellamus ipsum animal.

Determinat de infrigidatione. & circa hoc duo facit. Primo probat ipsam esse necessariam viuentibus, secundo cum dicit. {Quoniam autem omne viuens} determinat quomodo fiat. Circa primũ duo facit primo probat ꝙ omnia viuẽtia habent aliquam caliditatem naturalẽ, quam necesse est saluari si viuant animata, secundo cum dicit. {Palam igitur.} probat ipsam esse necessariã. Prima in duas. In prima ostendit ꝙ in omnibus viuentibus primum principium partis animæ vegetatiuæ est in aliqua parte determinata, secundo ostẽdit ꝙ in illa parte est B calidum, quod oportet saluari. ibi {Omnes autem partes.} Adhuc prima in duas. Primo ostendit ꝙ in omnibus viuentibus primum principium animæ vegetatiuæ est in aliqua parte determinata ex habitudine sensus ad partem animæ nutritiuæ, secundo probat hoc per alias rationes. ibi {Sed principium.} Adhuc prima in duas. In prima ostendit ꝙ in oĩbus aĩalibus necesse est vnã & eadẽ partẽ esse, ſm quã primo viuit animal, & ſm quam est aĩal, secundo ex hoc probat intẽtum suum. ibi {Qm̃ igitur propriarum.} Adhuc duo facit. Primo proponit quod intẽdit, secũdo probat. ibi {Animal quidem.n.} In prima dicit ꝙ in omnibus illis, quæ dicũtur animalia & viuunt, ita ꝙ ista duo habẽt, scilicet & ꝙ viuunt, & ꝙ sunt animalia, necessarium est vnam & eandem particulam esse, secundum quam primo viuunt, & secundũ quã primo sunt animalia. Secundo ibi.

Aĩa quare nõ possit eẽ corpus. Aĩa duob⁹ modis consyderat, s. secũdũ substantiã suã, alio mõ secundũ potentias & virtutes.

N. LEON. *Animal enim ut animal est ꝙ non uiuat fieri non potest: quò uero uiuit, eò animal existere non est necessariũ. Stirpes enim uiuunt quidem, sensum autem non habent: ipsa uero sentiendi facultate animal à non animali differminamus. Numero igitur unam & eandem, essentia uero multiplicem & diuersam hanc esse partem necesse est. non enim idem omnino est esse animal, & uita frui.*

Animal quidem enim secundum ꝙ animal, impossibile est non viuere. Si autem viuit sic animal existere non necessarium. plãtæ enim viuunt quidem, non habẽt autem sensum. per sentire autem animal à non animali determinamus. Numero quidem igitur necessariũ vnam esse & eandem hanc particulam, in esse autem plures & alteram. Non enim idem sunt animal esse, & viuere. D

Probat hoc. Et intendit istam rationem. Secundum illud, secundum quod animal viuit, primò & realiter est animal: ergo necessarium est esse eandem particulam secundum quam primo est animal, & viuit. Consequentia manifesta est, nec eã declarat, sed declarat antecedens, & dicit, ꝙ impossibile est ꝙ animal secũdum quod animal nõ viuat: ergo secundum quòd primo est animal, primo viuit. Nam si non, da oppositum ꝙ non viuat: sequitur si non viuat, ꝙ non sit animal, & tale debet eẽ sine vita, quod est impossibile. Quare secundum ꝙ primo est animal viuit. & dico secundũ ꝙ primo est animal, & nõ ecõuerso: quia non est necessarium ꝙ, si aliquid viuit, ꝙ sit animal. plantę enim viuunt, & non sunt animal: quia nõ habent sensum: animal autẽ est animal per sensum. Et cõcludit vlterius consequens, ꝙ necessarium est esse eandẽ particulam, secundũ quam primo viuit aliquid, & est animal, numero quidem vnum & subiecto, sed ratione differunt. Quamuis enim idem sit subiecto & esse animal & viuere,

N. LEON.

Licet sit idẽ eẽ aĩal & viuere, tñ ratione differunt.

Platõis platũ de diuersitate animaꝝ in diuersis corporis partibus.

N. LEON.

tamen ratione differunt: quia aliud est esse animal, & viuere. Secundo ibi.

N. LEON. *Quoniam igitur singularum sensitiorum, unū quid dam commune est sensiterium, ad quod sensationes actu, necessario cōueniunt. id autem medium est cum priorū, tum posteriorum partium: (Prior nanq; dicitur pars ubi nobis sunt sensus, Posterior uero quæ ei est opposita.) Præterea etiam cum uiuentium corpora per sursum & deorsum diuidantur, omnia nanq; superius habēt & inferius: quare stirpes etiam manifestum sanè est q̄ in medio illorum altricis animæ principium constituetur.*

Quoniam igitur propriorum sensitiuorum vnū aliquod commune est sensitiuū, in quod eos, qui secundum actum sensus, necessarium est obuiare: hoc autem vtiq; erit medium anterioris vocati & posterioris (anterius quidem enim dicitur, in quo ē nobis sensus, posterius, autem oppositum) Adhuc autē diuiso corpore viuentium omnium superiorum & inferiorum, omnia enim habent superius & inferius. Quare & plātæ palā est, quia nutritiuum principium habebunt vtiq; in medio horum.

Probat intētum suum, scilicet q̄ primum principium partis animæ vegetatiuæ sit in aliqua parte corporis determinata, & vult probare q̄ sit i medio superioris & inferioris, anterioris & posterioris. Et diuidit in partes tres. In prima facit quod dictū est, In secunda exponit quoddam dictū ibi {Particula enim} In tertia assignat rōnē nominis particulæ illius mediæ. ibi {Tribus aūt existentibus.} In prima intendit istam rōnem. Eadem est particula, secundum quam aliqua sentiunt & nutriūtur: sed particula, secundum quam primo sentiunt, est in medio superioris, inferioris, anterioris, & posterioris: ergo particula, secundum quam animal primo nutritur, est in medio superioris & inferioris, anterioris & posterioris. Huius rationis Maior probata est in precedenti particula: sed Minorem probat, & dicit q̄ sensus particulares & ppriū habent sensum communem, ad quem terminantur alterationes sensuum propriorum, & q̄ hoc sit verum patet ex tertio de Anima. patet enim quòd homo iudicat differētiam inter sensibilia diuersorum sensuum, vt inter album & dulce, quod nō potest facere per sensum aliquē particularem: & ideo oportet ponere sensum, per quem hoc ipse faciat, & iste est sensus communis. Item, manifestum est q̄ sensus particularis non iudicat de sua operatione: ergo oportet q̄ sit aliqua virt⁹, quę hoc faciat: hoc autem est sensus communis. est igitur ponere vnum sensum communem omnibus sensibus proprijs. Istæ autem sensus communis est *in media* parte anterioris & posterioris, superioris & inferioris. & huius ratio potest esse, quia proximum mouens, & proximum motum debent esse simul. Primum enim proximum mouēs in animali est sensus communis, primum motum est cor: ergo sensitiuum commune est in corde. sed cor est in medio anterioris & posterioris: ergo et sensus communis. Particula igitur, secundum quam animalia primo sentiunt est in medio anterioris & posterioris. Dicitur autem anterius vnde fit motus sensibilium in ipsos sensus: posterius pars opposita. Iterum, cum corpus cuiuslibet viuentis diuidatur in superius & inferius, erit hoc in medio superioris & inferioris: si ergo primum nutritiuum sit in eadē parte cum principio sensitiuo, & illud est in medio anterioris & posterioris, inferioris et superioris: palam q̄ principium nutritiuum est in medio superioris & inferioris, anterioris & posterioris. Secundo ibi.

Ante. c. 145, vsq; 149. Rōnes qb⁹ pbat necessitas ponendi sensum cōem.

Sēsus cōis vbi ponat.

Anterius & posteri⁹ in aīali quid dicatur.

N. LEON. *Per quam enim partem cibus ingreditur Superiorem uocamus, ad ipsum, scilicet respicientes, non ad uniuersum: Inferiorem autem, per quam excrementum demittunt primum.*

Particulam enim, secundum quam ingreditur alimentum, superius vocamus, ad ipsam respiciētes, sed non ad ambiens totum: deorsum autem, p̄m quā superfluū dimittunt primo.

Exponit quoddam dictum. facta enim est mentio de superiori & inferiori in plantis: ideo hic ostendit quod vocatur in plantis superⁱ⁹ & inferius. & primo facit hoc, secundo ostendit quantum ad hoc diuersitatem inter plātas & animalia. ibi {Habet autem contrariæ.} In prima autem intelligendū est q̄ in plantis, ista scilicet superius & inferius, dextrum & sinistrum, ante & retro, sunt determinata secundum virtutē. dicitur autem anterius principium motus sensibilium in ipsos sensus: posterius autē pars opposita, dextrum vero principium motus localis, sinistrum vero pars opposita. superius, vnde alimentum sumitur, inferius, pars opposita. Secus autē in vniuerso. Ideo dicit q̄ pars illa in plantis, in qua vel secundū quam recipitur alimentum, dicitur esse superius: pars autem, secundum quam superfluum emittit, dicitur esse inferius. & est inspiciendum ad plantas non ad vniuersum: econtrario enim est inferius & superius in plantis & in vniuerso. Secundo ibi.

Superius, inferius, dextrum & sinistrū, ante & retro, ipsius qd dico.

N. LEON. *Id autem contrario sē habet modo in animalibus & stirpibus. Homini enim propter rectam staturæ conformationem ex animalium numero, superiorem potissimum habere contingit partem ad id, quod in Vniuerso est sursum: aliis uero intermedie. ipsis autē stirpibus, quæ loco nō mouentur, alimentumq; de terra capiūt, necessarium est inferius hanc ipsam semper habere partem: radices enim in stirpibus proportione respondent ei, quod os in animalibus appellatur: per quod illæ quidem alimentum de terra capiunt, hæc uero ex seipsis.*

Habet autem hoc contrarie in plantis & animalibus. Homini enim propter rectitudinem maxime existit hoc animaliū, habere eā, quæ sursum particulam, ad id quod totius sursum: aliis autem intermedie. Plantis autem immobilibus existētibus & accipiētibus ex terra alimentum, necessarium semper deorsum hanc habēte particulā. Proportionales autem sunt radices plātis, et quod vocatur os animalibus: per quod alimentum hæc quidem é terra accipiunt, hæc autem per ipsa.

Secundo ē Alia tex. &c. 138.

Assignat diuersitatem quantū ad superius & inferius in animalibus & plantis. Et dicit q̄ superius & inferius econuerso se habent in plantis & in animalibus. homo enim propter rectitudinem, quā habet maxime inter omnia animalia habet particulam illam, quæ superius dicitur ad sursum totius vniuersi. Habet autem rectitudinē & superius ad superius vniuersi pp duo. primū est quia homo est perfectissimū animalium, & maxime accedit ad æqualitatē Cæli, & ideo suum superius est ad superius vniuersi. secūdum est q̄ homo maiorem caliditatem habet, q̄ aliquod aliud animal secundum quantitatem sui corporis: calidi autē est dirigere ad superius, & ideo superius hominis est ad superius vniuersi. Animalia autem alia medio modo habent superius, quia minus accedunt ad æqualitatem Celi, & minus habent de calido dirigente. Plantæ autem habent hanc particulam simpliciter ad inferius vniuersi. & huius ratio est, quia plantæ immobiles sunt: sursum aūt in plantis est vnde recipiunt alimentum:

Propter q̄ hō hāt rectitudinē superius vniuersi.

tum: recipiunt autem alimentum per radices, radices aũt sunt terræ affixę. Quare sursum in plantis est ad inferius. & subdit ꝙ radices in plantis proportionales sunt ori in animalibus. Sicut enim plantæ per radices recipiunt alimentum ex terra, ita animalia per os recipiunt alimentum. Item, plantæ imperfectissimæ sunt, & minus habẽt de calido, ꝙ̃ bruta animalia, iterum minus accedunt ad æqualitatem Cæli, & ideo sursum in plantis est ad deorsum vniuersi. Deinde cum dicit.

Radices in plãtis ppor tionales sũt ori in aĩs malibus.

N. LEON.

Cum autem tres sint partes per quas omnia perfecta determinantur animalia: una quidem, qua alimentum capiunt, altera autem qua excrementa deijciunt, tertia uero quæ inter utranq; est media: hæc sanè in maximis animalibus pectus appellatur, in alijs autem proportione quippiã illi respondens. distincta autem ista hæc magis est pars alijs q̃ alijs. Quæcunq; autem illorum gradientia sunt ad eiusmodi ministerium adunctas habent partes, quibus totam ferant molem, crura scilicet & pedes: & quicquid ijs simile habet uires.

Tribus autẽ existentibus partibus, in quas diuiduntur omnia perfecta animaliũ: vna quidem, qua suscipit alimentum, vna autem, qua superfluum emittit, tertia autem harũ media: hæc in maximis animalibus vocatur pectus, in alijs autem proportionale. Dearticulata autem sunt magis alteris altera. Quæcũq; autẽ ip sorum sunt processiua apponuntur & particulæ: quę ad hanc administrationem quibus totũ fertur, Kiros, crura, & pedes habentia eãdem his virtutem.

In exẽplari græco est χώρημα qd latine vertitur alueus.

Declarat qualiter vocatur illa particula media. & dicit ꝙ, cum sint tres particulæ in animali: vna per quam recipiunt alimẽtum: alia per quam superfluum emittũt, & alia pars media: illa media vocatur in animalibus maximis pectus, in alijs autem proportionale est aliquid istis parti. Sunt enim quædam animalia, quæ istas partes habent magis dearticulatas & distinctas: quæcunq; autem aliæ particulæ animalium, quæ mouẽtur motu progressiuo, apponũtur pp istas particulas. sicut ossa pp substentationẽ, caro pp repletionẽ istarum vacuitatum, & kiros & crura & pedes, pedes. n. sunt necessarij non simpr, sed si debet ire. Et pp hoc Philosophus reddẽs causam istarum partium reddit ex fine, & sic de alijs principalibus.

Tres particulæ in aĩali. Pars media in animali quæ sit.

LECTIO. II.

Ex ipsa animalium diuisione, & plantis partem eam, qua animalia viuunt, in medio esse, manifestum fit.

Cæterum altricis principium animæ in trium medio collocari partiũ, cum sensu, tum ratione perspicuum est.

N. LEON.

SEd principium quidem nutritiuæ animę in medio trium particularum secundum sensum esse videtur & secundum rationem.

Postq̃ Philosophus, pbauit ꝙ principium partis aĩæ nutritiuæ sit in medio anterioris & posterioris, superioris & inferioris per habitudinẽ nutritiuæ ad partem sensitiuæ animæ, hic probat per alias rationes. Et diuiditur in partes duas. Primo enim ponit intentionem suam dicens, ꝙ manifestum est ꝙ principium partis animæ nutritiuæ sit in medio trium particularum, & per rationes naturales, quæ sumuntur ex sensu, & per rationem etiam communem & logicam. Secundo ibi.

N. LEON.

Pleraq; enim animalium, utrisq; ablatis partibus, ea scilicet quæ caput uocatur, et ea, quæ alimentum recipit cum ea sane uiuunt in qua fuerit medium.

Multa enim aĩalia ablata vtraq; particularũ: A & ea, quæ vocatur caput, & susceptiua alimẽti, uiuunt, cum quæcunq; vtiq; fuerit ꝙ media.

Prosequit. & circa hoc duo facit. primo, pbat intẽtum per rõnes, pprias & naturales, secundo p cões, cum dicit. {Secundum rõnem aũt.} Circa primum, ponit rõnes ostẽdentes suum ppositum, secundo cũ dicit. {Secundũ apparentiã.} inducit conclusionẽ intentã. Prima diuidit in tres ſm tres rõnes, quas ponit, secundã ponit cũ dicit. {Adhuc aũt in plantis.} tertiã ibi. {Sed adhuc ꝙ principale.} Prima in tres. Primo, pbat p signũ, secundo manifestat suppositũ quoddã. ibi {Palã autẽ.} tertio assignat diuersitatẽ inter aĩalia & plantas. ibi {Necessario aũt.} In prima dicit, ꝙ primum principium nutritiuę aĩæ sit in medio superioris & inferioris. Manifestũ est ꝙ uidemus, ꝙ multa aĩalia decisa vtraq; particula, s. inferiori parte, et capite, quod est pars susceptiua alimenti, pars media viuit, & quæcunq; particula, in qua est pars susceptiua alimenti, pars media sibi viuit: hoc aũt non esset, nisi primũ principium partis animę nutritiuę esset in medio superioris & inferioris, anterioris et posterioris: ergo primũ principium nutritiuum est in dicta parte. Secundo ibi.

Etĩa rõ naturalis quæ sumitur ex sensu.

B

N. LEON.

Manifestum aũt id est accidens in insectis ut uespis et apibus, & in ijs ẽt, qua ex insectorũ genere non sunt. dissecta nanq; pleraq; uiuere possunt propter altricẽ animæ potestatem. Huiusmodi uero partem actu quidem unã habent, potestate autem plures. eo enim, quo stirpes constant modo. stirpes nanq; defectæ seperatim uiuũt, & ab uno principio multæ fiunt arbores.

Palam autem in entomis & vespis & apibus hoc accidens: & multa autem non entomorum diuisa possunt viuere propter nutrimentum. Talem autem particulam actu quidẽ habẽt vnam, virtute autem plures. eodem enim modo plantis constituta sunt. etenim plantę diuisæ viuunt & separatim. & fiunt multæ arbores ab vno principio.

C

Declarat illud signum. & habet duas partes. Primo facit hoc, secundo excusat se à determinatione cuiusdã quæstionis. ibi {Propter quã aũt causam.} In prima dicit ꝙ manifestũ est ꝙ partib⁹ illis decisis, pars illa media viuit in aĩalibus entomis. i. incisis, quę habent ventrẽ ad unam partẽ, caput ad aliã, colligato aliquo gracili & tenui, sicut sunt vespæ & apes. multa. n. talium videnť viuere diuisa, & possunt. Hoc aũt est pp principiũ nutritiuũ, quod est in partibus illis. Nec hoc accidit in talibus aĩalibus solum, sed etiã in pluribus non entomiis, sicut in lumbricis terræ & similibus, pp eandẽ causam. Hmõi aũt particula, in qua est primũ principiũ partis animæ nutritiuæ, in p̃dictis animalibus actu quidẽ est vna, sed virtute est plures: & quantũ ad hoc consistit sunt cõstitura à natura ipsis plantis. videmus enim ꝙ quædã plantæ decisæ viuunt et fiunt multę ex una. & causa huius est, quia anima in plantis vna quidem est ſm actum, plures autem ſm virtutẽ: & perficit totam plantam actu, partes autem in potẽtia. Et sicut partes actu sunt vnum: plures autem potentia & virtute, ita anima actu ẽ vna, & plures virtute: & sic plures actu per diuisionem. Secundo ibi.

Aĩalia q̃dã quare decisa viuant.

D

Quam uero ob causam ea quidem defectæ uiuere nequeunt, aliæ autem transferuntur stirpes, alius erit sermo: cæterum hac in re simili sanè se habent modo stirpes & insectorum genus.

Propter quam autem causam hę quidẽ non possunt diuisę viuere, hæ autem aĩplantantur plãtarum, alter erit sermo. Sed similiter habẽt secundum hoc plantæ & genus entomorum.

Excusat se à dissolutione cuiusdam quæstionis. Quæreret enim aliquis, quia videmus ꝙ plantæ quædam decisæ viuunt, quædam aũt ita sunt ꝙ, si planta diuiditur, vna pars viuit, alia nõ: quæ huius rõ est. Et ratio dubitationis potest esse. Cum anima ꝓficiat nõ solum illam partẽ, quæ decisa viuit, imo alias, quare vtraq; nõ viuit? à dissolutione huius excusat se. & dicit ꝙ ꝓp quã causam ista pars decisa non viuit si transplãtaꝛ, hoc ergo habet videri, sed alibi oportet fieri sermonẽ de hoc, sicut in libro de Plantis. Sed tñ sciendũ est ad ꝓsens ꝙ causa quare quædã plantę decisæ viuunt, q̃dam non, nõ est ex parte substantiæ aĩę nutritiuę: qa illa totum & quãlibet partẽ perficit, sed hoc est ex parte illorꝫ, quæ necessaria sunt ad hoc ꝙ planta viuat: ad hoc, n. ꝙ viuat indiget potẽtia nutritiua primo, vel primo principio. Primũ autẽ principium partis animæ nutritiuæ est in aliqua parte: potest igitur fieri abscindi planta, ꝙ vna pars nihil habebit ex illo principio, alia autem totum habebit: & tunc illa pars, quæ habet de illo principio nutritiuo deciso, viuit, alia non. Similiter planta decisa, in qua est primum principium partis nutritiuæ animæ, si transferatur ad locum sibi proportionalem secundum complexionem viuit, si vero non, nõ. non ergo est causa ex parte substãtiæ nutritiuæ animæ, sed ex parte eorum, quæ necessaria sunt ad hoc ꝙ viuat planta. Deinde cum dicit.

Plãtę aliq̃ quare decise viuunt.

N. LEON. *Necessarium autem est altricem animam actu quidẽ in ijs, quæ illam habent, esse vnam, potestate uero plures: similiq; modo principium sensitiuum. Sensum enim habere uidentur ea quæ præcisa sunt.*

Necesse autem & nutritiuam animam actu quidem, in habentibus, esse vnam, virtute autẽ plures. Similiter autẽ & sensitiuum principiũ, videntur enim habere sensum diuisa ipsorũ.

Aĩam nutritiuã in plantis quare oporteat actu eẽ vnã virtute aũt plures.

Comparat animalia ad plantas, quo ad quoddam dictum. Et primo secundum cõuenientiam, secundo secundum diuersitatem. ibi {Ad saluari.} In prima dicit ꝙ in habentibus partem animæ nutritiuæ oportet animã nutritiuam actu esse vnã, virtute plures: & causa huius est, quia anima ipsa perficit totam plantam & partes: partes autem actu sunt aliquod vnum, plures secundum virtutem, similiter principium sensitiuum est vnum actu, plures virtute. Videntur enim quædam animalia decisa habere sensum, quod non contingeret si principium sensitiuum non esset plures virtute. Secundo ibi.

N. LEON. *Verum ad conseruandam naturam stirpes quidem facultatem habent, illa autem id præstare nequeunt, quia instrumẽta ad se cõseruandũ haud quaq; habẽt: & alia quidẽ per quod alimentũ ingeratur carent, alia uero eo quod id recipit: nonnulla autem cum alijs, tum ijs etiam utrisq;. simili enim se habent modo huiusmodi animalia, tanquam si plura simul animalia cohæreant. Quæ autem optime constituta sunt animalia istud minime pati uidentur, quoniam illorum natura quoad eius fieri potest maxime est una. Quamobrem nonnullæ partim præcise exiguum sanè ostentant sensum, qñ animalem quãdam detinent affectionem. ablatis nanq; uisceribus palpitant, ut testudines exempto corde.*

Sed ad saluari naturam, Plantæ quidem possunt, hæc autem non possunt: quia non habent organa ad salutem. Et quia indigentia sunt hæc quidem capientis, hæc autem suscipientis alimentum. hæc aũt aliorum & horum amborũ. Assimilãtur enim talia animalia multis animalibus, simul iunctis. Optime autem constituta hoc non patiuntur animalia propter esse naturam ipsorum, vt contingit maxime vnam. Propter quod & paruum sensum quædam faciunt diuisæ particularum, quia habent aliquam animalem passionem. Separatis enim visceribus faciunt sensum, vt cortice corde ablato.

Ostendit diuersitatem inter animalia & plantas. & dicit ꝙ quamuis ita est quod principium nutritiuum in habentibus ipsum sit actu vnum, virtute plures, similiter principium sensitiuum: tamen in hoc est diuersitas inter plantas & animalia, ꝙ plantæ diu possunt viuere, quia paucam exigunt diuersitatem organorum ad operationes vitæ, quæ est virtute in pluribus partibus, & potest esse actu post decisionem. animalia autem non possunt diu viuere: quia indigent ad operationes, per quas saluantur diuersitate organorum. Multa enim indigent ad minus vno organo, quo ab extra statim nutrimentum suscipiant sicut ore: & cum hoc aliquo suscipiente intra & digerente, & aliquo per quod expellatur superfluum, & alijs diuersis. Et quanto perfectiora sunt animalia pluribus indigent, sicut apparet in progressiuis. vnde animalia talia assimilãtur multis animalibus imperfectis simul iunctis. Animalia autem, quæ maxime sunt perfecta, sicut homo, talem diuisionem non sustinẽt. Et causa huius est, quia talia animalia maxime vnitatem habẽt: & ideo partes talium animalium diuisæ paruum faciunt sensum, faciunt autem aliquem sensum propter motũ siue passionem determinatam in illis partibus. In viuentibus autẽ est una pars principalis, à qua mittitur virtus ad singulas partes. & ideo cum abscinditur vna pars remanet virtus in parte illa, quę dicitur facere sensum aliquem & motum. & non quòd hoc peruenerit à substantia animæ ibi existente in actu, sed à virtute per modum passionis ibi existente in actu. Et hoc videtur intendere Philosophus per illa verba. {Habent aliquam animalem passionẽ.} Quod autem partes tales decisæ faciant sensum aliquem, declarat dicens ꝙ separatis visceribus faciunt sensum, sicut tortuce ablato corde mouentur.

Rõ diuersitatis inter aĩalia & plantas quare ad vitã decisoꝝ partium.

LECTIO III.

Ex generatione animalium & plantarum, ꝙ pars illa, qua viuit quodcunq; animal, fit in ipsorum medio, declaratur.

Præterea in stirpibus & in animalibus id palam est. & in stirpibus quidem si productionem ex semine, tum uisiones et transplantationes animaduertere uoluerimus

N. LEON.

ADhuc autem in plantis palam & animalibus eam quæ ex sperma tibus est generationem consyderantibus, & incisiones, & asplantationes.

Postquam Philosophus probauit ꝙ primum principium nutritiuum est in medio superioris, inferioris, anterioris & posterioris, per rationem sumptam ex diuisione animalium & plantarum, in parte ista ostendit per rationem sumptã ex generatione animalium & plãtarum, & habet partes duas. Primo præmittit intentum suum, secundo probat ibi. {Quæ enim.} In prima dicit, ꝙ manifestum adhuc consyderantibus generationem animaliũ, quæ est ex spermatibus & consyderantibus asplantationes & incisiones, quòd primum principium partis animę nutritiuæ est in medio superioris inferioris, anterioris & posterioris. Secundo ibi.

Ex seminibus nãq; generatio oĩbus cõtingit à medio.

N. LEON.

Quæ enim ex spermatibus est generatio, accidit omnibus ex medio.

Declarat. Et primo declarat in aĩalibus, secũdo in Plãtis. ibi {Dythiron. enim.} tertio regredit ad declarandũ in aĩalibꝰ. ibi {Et aĩaliũ sanguinẽ.} In ꝓma intẽdit rõnẽ hanc. Anima nutritiua est in parte illa, ex qua accidit generationem

generationem fieri omnibus animalibus generatis ex semine: hoc autem fit ex media: est enim semē superfluum tertiæ digestionis: quod quidem alimentū natum est convertī ad membra. vltima autem digestio fit in corde, & ideo peruenit semen ex media: quare manifestum est ꝙ generationes accidūt animalib⁹ ex medio. Quare primū principium animæ nutritiuæ est in medio. Secundo ibi.

Cum enim bipedia sint omnia, quæ coherent, continetur, & medium utrarumq; est partium. hinc etenim & caudex pullulat, & nascentium radix. principium autē illorum est medium. In insitionibus etiam, & transplantatis id ipsum maxime contingit ipsis truncis: quandoquidem rami simul principium & medium ipsē est truncus, quamobrem aut illum auellunt, aut illi inserunt, ut vel ramus, vel radices ex illo proueniant, tanq; principiū quiddam sit à medio caudicis, & radicis.

Dithyron enim existentibus omnibus secūdum ꝙ nata sunt: mediū. n. est vtriusq; particularum. hinc ramusculus oritur & radix nascentium. Principium autem medium horum est. In incisionibus autem & asplantationibus hoc maxime accidit. circa pullulationes enim est principium quoddam pullulatio rami: simul autem & medium. Quare aut hoc auferūt: aut in hoc inserunt, ut autem ramus aut radices ex hoc generentur tanquam existente principio ex medio germinis, & radicis.

Probat illud idem de plātis per incisionem. Et dicit ꝙ in plantis, quæ non sunt orbatæ, sed sunt secundum ꝙ natæ sunt esse dithyron, est particula media inter partem superiorem & inferiorem: & ab illa parte oritur ramus & radices terræ affixæ. Principium enim rami & radicis est in parte illa media: & istud maxime apparet in incisionibus & transplātationibus. in illo enim est principium nutritium. ex quo incipiunt pullulationes: incipiunt autē ex medio. videmus enim ꝙ in planta ramus oritur ad superius, radix ad inferius. quare manifestum est ꝙ primū principium nutrimēti est in parte media. Et propter hoc illi, qui volunt asplātare, aut inserere illam partem simul cum ramo accipiūt, vt ex illa parte generetur ramus, tanquam ibi existente principio nutritiuo, & germinis radicis & rami. Et est intelligendum ꝙ dithiron est pars, quę est in contactu rami vel radicis. Nec est opinādum quòd pars illa sit medulla, quia medulla in plantis proportionaliter sumitur & in animalibus. In animalibus autem medulla non est primum principium nutritiuæ. Quare nec est in plantis. Tertio ibi,

In animalibus autem sanguine præditis cor primum formatur. hoc autem palam est ex ijs, quæ cum adhuc fierent nobis videre contingit. Quamobrem & in ijs, quæ sanguine carent, id, quod cordi proportione respondet, primum gigni est necessarium. Quod autem cor uenarum sit principium, & in ijs quæ de animalium partibus sunt commentarijs, dictum est prius. necnon quoniā sanguis ijs qui eo sunt præditi, ultimum est alimentum ex quo fiunt membra. Manifestum igitur est ꝙ unā quādam in conficiendo cibo operam oris potestas subministrat: alteram uero uētris ipsius uis. Cor autem præcipuū est, & finem imponit. Quapropter & sensitiuæ & altricis animæ principium animalibus sanguine præditis esse in corde necesse est: aliarum enim partium operæ in alimēto, huius sunt gratia operæ, oportet enim id quod præcipuū est ad id cuius gratia est persistere, & nō in ijs quæ sunt huius gratia, vt Medicus ad sanitatem.

Et animalium sanguinem gabentiū cor fit primo. Hoc aūt palā ex quibus in contingentibus adhuc factis videre contemplari sumus. Quare & in exanguibus necessarium est analogum cordi fieri primo. Cor autem, quòd est venarum principium, in his quæ circa partes animaliū dictum est prius: & ꝙ sanguis in sanguinem habentibus est vltimum alimentum. ex quo fiunt particulæ. Manifestum igitur ꝙ vnam quādam operationem oris virtus exercet, alteram autem quę ventris circa alimentū. Cor autē gratia operis animæ huius est. Oportet quidem enim principale ad id cuius gratia perficere: sed nō in his quę huius gratia, vt Medicus ad sanitatem.

Regreditur ad declarādum istud idem in animalibus. Et intendit talem rōnem. Primum principium generationis aliarum partium est à corde: sed cor est in medio superioris & inferioris: quare primum principium nutritiuū est in medio superioris & inferioris. Minorem supponit, sed Maiorem probat. & assumitur ꝙ illud, quod primo generatur est cor. et dicit ꝙ istud est manifestum in his, quæ fiunt. Dicit etiam hoc se expertum fuisse in quibusdam iā factis. & istud verum est. Sperma enim maris in matrice mulieris resolutur in spiritum. spiritꝰ autem iste penetrat mēstruum mulieris, & facit sibi domicilium: & istud vocatur cor, & ibi incipit generatio aliorum membrorum. quare manifestum est ꝙ in animalibus cor primo generatur. Similiter in non habentibus sanguinē proportionale cordi primo. Vlterius assumit ꝙ cor est principium venarum. & hoc apparet, quia venæ sunt delatiuæ sanguinis: sanguis autem generatur in corde. & ideo principium venarum est in corde. Nec dicitur sanguis humidum rubeum, sed humidū pingue & dulce. Quòd autem cor sit principium venarū dictum est in libro de Animalibus. Et dictum est ꝙ in habentibus sanguinem, sanguis est vltimum alimentum. Ex vltimo autem alimēto & vltima digestione terminata generātur aliæ particulæ à corde, sicut hępar & cerebrum. Manifestum est autem ꝙ prima digestio ipsius fit in ore, vel si nō fit digestio, tū est præparatio & via quędam ad digestionem. Alia digestio est in stomacho, & alia in hępare, sed deista non facit mentionem. cor autem operatur ad huiusmodi digestionem complementum inducendo. Qū enim plura agentia ordinantur ad aliquem effectum inducendum, illud quod principalius est inducit cōplementum & finem, cuius gratia sunt aliæ dispositiones, non tū inducit dispositiones præcedentes, quæ sunt gratia finis & complementi, sicut apparet in generatione sanitatis, quæ procedit à Medico, & medicina, & ipsum complementum sanitatis Medico dirigenti attribuitur, dispositio autem ad sanitatem medicinæ. Sed cor est mēbrum principale: ergo operatur ad digestionem, complementum inducendo. Quare manifestum ꝙ completio digestionis alimenti, ex quo per se generātur alia membra, est à corde. oportet igitur ꝙ principium generationis aliorum membrorum sit ex corde. Deinde cùm dicit.

Sed profectò quod præcipuum est sensuū in sanguinē habentibus omnibus, in hoc est. necessarium nāq; est omnium sensiteriorum in hoc commune esse sensiterium. Duos aūt manifeste huc contendentes uidemus, gustatū & tactum: quare & reliquos est necessariū. in hoc enim alijs contingit sensibus facere motionē: ipsi uero non ten

Cor est primus quod generatur.

Vbi fiāt digestiones tres, & quid operet cor ad digestionem.

dunt ad eum, qui ſurſum eſt locum. Preterea etiã, ſi uita E
omnibus in hac conſiſtit parte, palam eſt ꝙ ipſum ſenſiti
uum ineſſe principium eſt neceſſe: quo enim animal eſt,
eo & uiuere dicimus: quo uero ſenſitiuum, eo corpus ani-
mal eſſe aſſeueramus.

Sed adhuc ꝙ principale ſenſuum in hoc ſanguinem habentibus omnibus. In hoc enim neceſſarium eſt eſſe omnium ſenſitiuorum commune ſenſitiuum. Duos autem manifeſte huc tendentes videmus, guſtum & tactum: quare & alios neceſſarium. in hoc quidẽ enim ex alijs ſenſitiuis contingit fieri motum. Hæc autem nihil tẽdunt ad eum, qui ſurſum locum. Sine his autem, ſi viuere in hac particula omnibus eſt, palam quia ſenſitiuum principium, neceſſariũ. F
Qua quidem enim animal, hac & viuere dicimus: quà autem ſenſitiuum, hac corpus animal eſſe dicimus.

Declarat ꝙ primum principium nutritiuum ſit in medio ſuperioris & inferioris per ſituationem primi ſenſitiui: ſiue redit ad declarandum ꝙ primum principium ſenſitiuum ſit in medio ſuperioris & inferioris. Et diuiditur in duas. Primo ponit rationẽ, ſecũdo infert corollarium ibi {Propter quod autem.} In primo intendit talem rationem. Senſitiuum primum, & principium nutritiuum ſunt in eadem parte: ſed primum ſenſitiuum eſt in corde: quare & primum principium nutritiuum. Minorẽ declarat. & dicit ꝙ principalis ſenſus inter omnes eſt in hoc, ideſt in medio ſcilicet ſuperioris & inferioris, ſcilicet in corde, & hoc in habentibus ſanguinem, in alijs autem primum ſenſitiuum eſt in proportionali cordi. Quòd autem ſenſitiuum commune ſit in medio, manifeſtum eſt.
Videmus enim ꝙ duo ſenſus immediate tendũt ad cor, G
Tact⁹ & guſtus imediate tendunt ad cor. ſcilicet tactus & guſtus: & ſi iſti immediate tendunt ad cor, & alij mediate tendunt ad ipſum. Nam alij ſenſus fundantur in ſenſu tactus. Quare ſi tactus immediate tendit ad cor, & omnes alij ſenſus, alterationes enim omniũ ſenſuum contingit fieri in ſenſum communem. Et dico ꝙ tactus & guſtus immediate tendunt in ſenſum communẽ, quia non tendunt ad cerebrum: nec colligationem habẽt ad aliquid, quod ſit in cerebro. Et etiam ex his, quę dicta ſunt in animalibus, vita eſt primo in corde: qa cor primo mouetur. quare primum principium ſenſitiuũ eſt in corde. Secundum enim eandem particulam, ſecundum quã animal primo eſt animal, primo viuit. & adiungitur alia propoſitio ꝙ ſunt idem ſubiecto primum principium nutritiuum & ſenſitiuum, differunt tamen ratione: quia primum principium nutritiuum & ſenſitiuũ ſunt in medio ſuperioris & inferioris. Secundo ibi.

Cur autem alij quidem ſenſuum ad cor manifeſte cõ- H
N. LEON. *tendũt, alij autem in capite ſunt (& eam ob cauſam plę-*
riq; exiſtimẽt animalia cerebro ſentire) ſeparatim in alijs
dicta eſt cauſa.

Propter quid autem hi quidem ſenſuum manifeſte rendunt ad cor, hi autem ſunt in capite. (Propter quod & videtur quibuſdam ſentire animalia propter cerebrum) cauſa in alteris dicta eſt ſeorſum.

Infert corollarium, vel melius excuſat ſe à diſſolutione cuiuſdam quæſtionis. Dixit enim ꝙ duo ſenſus immediate tendunt ad cor, alij ad caput, propter quod viſum fuit ꝙ ſenſitiuum cõmune eſſet in cerebro. Et dicit ꝙ de hoc dictum eſt alibi, ſ. in libro de Generatione partiũ animalium. Sed eſt intelligendum ꝙ ſenſus tactus & guſtus immediate tendunt ad cor, alij non. & cauſa huius eſt. Quia ſenſus tactus materialis eſt magis q̃ alius aliquis aliorum ſenſuum: & magis materialiter alteratur. alteratur enim à qualitatibus ſenſibilibus, quæ materialiter alterãt. ideo oportet ꝙ ſit talis ſubſtantiæ vel diſpoſitionis, per quam poſſit magis ſuſtinere talem alterationem: poteſt autem ſi fuerit ſubſtantiæ ſolidæ: ſoliditas autem terræ eſt. quare oportet ſenſum tactus eẽ à terrę dominio. & ideo oportet ipſum eſſe in tali parte, quæ ſit magis terreſtris. Inter autem partes ſenſitiuas hoc eſt cor, ideo ſenſus tactus tendit ad ipſum cor. & proprer hoc quia ſenſus tactus indiget maiori caliditate in actione ſua, quàm aliquis aliorum, in corde autem eſt maxima caliditas, ideo ſenſus tactus dicitur eſſe in corde. Et, quia guſtus eſt quidam tactus, guſtus debet immediate tendere in cor, alij autem ſenſus indigent caliditate remiſſa magis: quia actiones eorum magis ſunt ꝓportionatæ, & ideo immediate tẽdunt in partem illam, per quã caliditas refrigerari poteſt. Hoc autem eſt cerebrum, ideo immediate tendunt illi tres ſenſus in cerebrum. Deinde cùm dicit.

Ex ijs igitur, quæ apparent, & quæ dicta ſunt, eſt ma-
niſeſtum, ꝙ in hoc, & in trium corporis partium medio, N. LEO
cum ſenſitiuum animæ, tum augmentatiuum, & nutri-
tiuum eſt principium.

Secundum apparentia quidem igitur palã ex dictis ꝙ in hoc & in medio corporis trium partium ſenſitiuæ animæ principiũ eſt & augmentatiuæ & nutritiuæ.

Concludit concluſionem principalem. Et dicit ꝙ ex apparentibus, de quibus dictum eſt, manifeſtum eſt principium partis animæ ſenſitiuæ, nutritiuæ, & augmentatiuæ eſſe in corde & in media, ſ. trium partium, quarũ vna eſt ſuperius, alia vocatur inferius, tertia media. & iſta eſt illud principium. Deinde cum dicit.

Quod ratione etiam perſpicuum eſt, quando in om- N. LEO
nibus naturam conſpicimus quo ad fieri poteſt, quod op-
timum eſt efficere. cum autem in medio utriuſq; principij
exiſtat eſſentia, utrunq; profectò membrum ſuam ipſius
perficit operam, tum id quòd ultimum conficit alimen-
tũ, tũ illud quod recipit: penès utrũq; enim eorũ ita erit.

Secundum rationem autem, quia naturam videmus in omnibus ex poſſibilibus faciẽtem optimum. In medio autem ſubſtãtię, principio exiſtente vtroq;, maxime perficit vtraq; particularum proprium opus, operans ſcilicet vltimum alimentum & ſuſcipiens. Penes vtrunq; enim ipſorum ſic erit.

Probatur hoc idem per rationes communes & Logicas. Et habet duas partes. Primo facit hoc, ſecundo inducit corollarium. ibi {Siquidem igitur animal.} Prima in tres, ſecundum quòd ponit tres rationes, ſecũda ibi. {Et eſt talis medij.} tertia ibi {Adhuc vtens.} In prima dicit quòd manifeſtum eſt per rationes communes, quòd primum principium ſenſitiuum ſit in medio ſuperioris et inferioris, quia videmus ꝙ natura ex omnibus poſſibilibus facit optimum. & ratio huius eſt, quia omne agens intendit bonum: natura autem agens eſt: quare bonum intendit. Agit autem ex materia ſibi ſubiecta. quare ſecundum diuerſitatem materiæ diuerſificatur eius actio. intendit igitur natura facere optimum, poſſibile tamen. Principio autem nutritiuo & ſenſitiuo in medio exiſtentibus, maxime perficitur operatio, & optime, ſcilicet dirigere alimentum & nutrire mẽbra. ſi enim virtus nutritiua ſit in medio magis poteſt mittere æqualiter ad ſingula membra alimẽtum & ſuſcipere ipſum. Iterum & à ſenſitiuo cõmuni fiunt alterationes ad particulares ſenſus: et deriuat

Rõ quia ſenſus tactus & guſtus imediate tendũt ad cor

Secundat q̃ ſumit⁹ rõnes & logicas

Natura oĩb⁹ poſſibilibus facit optimum.

deriuatur virtus ab illo in sensus particulares, hoc autem melius poterit fieri si primum principium sensitiuum sit in medio. Secundo ibi.

N. LEON. *Locus quinetiam huius medius, Principis est locus.*

Scdarō. Et est talis medij regio, regio principantis.

Ponit secundam rationem. Et dicit, ꝙ principalis virtutis debet esse regio principalis & locus. & ratio huius est, quia locus sequitur naturam locati, & ideo principali virtuti debetur locus principalis magis. Inter autem omnes virtutes sensitiuas, principalis virtus est sensus cōis: locus autem principalis est locus medius: quare primum principium sensitiuum est in medio, sed in eodē est nutritiuum, in quo est sensitiuū: quare manifestū est ꝙ primū principium nutritiuum sit in medio. Tertio ibi.

N. LEON. *Præterea quod utitur, & quo utitur differre sanè debent: ut autem potestate, ita etiā contingit modo: quēadmodum tibia, & quæ tibiam mouet manus.*

Adhuc vtens et quo vtitur oportet differre, quēadmodū fistulæ, & mouēs fistulas, manus.

Tertia rō. Sensus cōis vtit sensib⁹ particularib⁹ sicut organis & istis.

Ponit tertiam rationem. Et est talis. Illud, quo vtimur & quod vtitur differunt, sicut fistulæ, & manus, quæ mouent fistulas. illud enim, quod vtitur est principale, quo autem vtitur est instrumentum. sensitiuum autem commune vtitur sensibus particularibus sicut organis & instrumentis: ergo sensitiuum commune est principale magis, sed principalis debet esse locus principalis: talis autē est locus medius. quare primum principiū sensitiuum est in medio, & in eodē loco est principiū nutritiuū. Quare nutritiuum principium est in medio. Deinde cū dicit.

N. LEON. *Si igitur eo ꝙ principium habet sensitiuū est animal, in sanguine quidem præditis istuc in corde constitui principium est necesse: illo uero carentibus in parte ea quæ cordi proportione respondet.*

Si quidem igitur animal determinatum est per habere sensitiuā animam: in sanguinē quidem habentibus necessarium est in corde hoc habere principium, exanguibus autem in proportionali particula.

Inducit corollarium. Et potest hoc legi sicut pars rationis præcedentis, vt inducatur ad probandum minorem: ꝙ, scilicet ꝙ, cùm animal determinatum sit ꝙ habere animam sensitiuam, manifestum est quòd in habentibus sanguinem necessarium est esse primum principium sensitiuum in corde. In non habentibus autem sanguinem necessarium est esse primum principium sensitiuum & nutritiuum in parte proportionali cordi.

LECTIO. IIII.

In corde omnium viuentium caliditatem ad illorum vitam necessariam inesse: quæ quō corrumpatur, ostenditur.

N. LEON. *Omnes autem partes, & uniuersum animalium corpus connatam habent quandam naturalem caliditatē: quapropter dum uiuunt quidem apparent calida. uitæ autem usu orbata contrario se habent modo.*

OMnes autem particulæ, & totum corpus animalium, habent quandam calidi tatem naturalem: propter quod viuentia quidem videntur calida, morientia autem & priuata uiuere, contrarium.

Postquā Philosophus determinauit ꝙ primum principium nutritiuum est in medio superioris & inferioris in omnibus viuētibus declarat ꝙ necessarium est omnia viuentia habere caliditatem. & diuiditur in partes tres. In prima probat ꝙ necessarium est in omnibus viuentibus esse aliquam caliditatem, secūdo ꝙ primum principium illius caliditatis est in medio. ibi (Necessarium autē). tertio ꝙ necessarium est illam caliditatem saluare si debeat esse animal. ibi {Necessarium igitur.} In prima dicit ꝙ oēs partes corporis, & totum corpus animalium necessarium est habere caliditatē naturalem, & propter hoc viuentia calida sunt, morientia autem frigida inueniuntur, & similiter quæ sunt mortua. Ratio autem quare viuentia habent caliditatem est, quia omnia viuentia indigent nutrimento, nutrimentum autem in principio est contrarium, in fine autē simile. non fit autem simile nisi p actionem calidi. quare manifestum est ꝙ viuētia necessarium est habere caliditatem. Secundo ibi.

Viuētia oīa necessariuꝫ ē habere caliditatē naturalem.

N. LEON. *Necesse igitur est huius principiū caliditatis ijs, quæ sanguine sunt prædita, in corde esse: illis uero, quæ sanguine carent, in parte cordi proportione respondente.*

Necessarium autē est esse caliditatis huius principium in corde sanguinem habentibus, exanguibus autem, in proportionali.

Ostendit ꝙ primum principium caliditatis est in corde. Et primo proponit intentum suum. Et dicit, ꝙ, cum necessarium sit omnia viuentia habere caliditatem, necessarium est principium huius caliditatis in habētibus sanguinem esse in corde, in non habentibus sanguinē, in proportionali cordi. Secundo ibi.

'NORT'N *Omnia nanq; conficiunt, & alimentum concoquūt naturali calido idq; in primis, quod præcipuum est cor, uel quod illi proportione respondet.*

Operātur enim & digerunt naturali calido alimentū oīa: maxime aūt qđ principalissimū.

Probat. Et primo per rationē, secundo per signum ibi, propter quod alijs. In prima dicit ꝙ omnia viuentia indigent nutrimento. Nutrimentum autem in principio est contrarium, in fine autem simile. contrarium autem non fit simile nisi per alterationem. Viuentia autem corpora agunt in ipsum nutrimentum, & digerunt naturali caliditate, sicut dictum est prius: sed maxime in ipsum alimentum agunt per partem principalissimam. Vnumquodque enim agens agit per illud, quod principale est. Hoc autem est cor vel proportionale cordi, ergo necesse est esse maxime principium caliditatis in eo. Secundo ibi.

N. LEON. *Quo fit ut alijs quidem frigescētibus partibus remaneat uita. contra quod in hoc, omnino corrumpitur. propterea ꝙ caloris & animæ principiū quasi eo loci ignitæ inde omnibus dependet: exanguibus quidem in parte cordi proportionali, sanguine uero præditis in ipso corde.*

Propter quod alijs quidem partibus infrigidatis remanet viuere. eo autem, qui in hoc, corrumpitur omnino: quia hinc oritur principiū omne caliditatis & anima animalis tanquam ignita in his particulis. exsanguium quidem in proportionali: in corde autem, sanguinem habentium.

Primū principiū caliditatis ē in corde.

Declarat illud idem per signum. Et dicit quòd primū principium caliditatis sit in corde manifestum est, quia propter hoc videmus quòd alijs partibus infrigidatis remanet adhuc vita in corde, corde autem infrigidato corrumpitur ipsum animal. Et ratio huius est, quia in corde est primum principium caliditatis & virtutis animæ tanquam partes animalis, quæ sunt circa cor sint ignitæ propter vehementem caliditatem. Principium igitur caliditatis in non habentibus sanguinem in proportionali cordi, in habētibus autem in corde ipso. Deinde cū dicit.

N. LEON. *Necessarium igitur est simul & uitam & huiusmo-*

di ſaluum eſſe calorem, eamq; quam uocant mortem, huius eſſe interitum.

Neceſſe igitur ſimul vitam exiſtere, & calidi huius ſaluationem: & vocatam mortem, & huius corruptionem.

Oſtendit q̃ neceſſarium eſt iſtud calidum ſaluari ſi debeat ſaluari animal. Et diuidit̃ in duas. In prima cõcludit hoc ex prædeterminatis. ſecũdo ponit modos corruptionis calidi, & cauſam corruptionis. ibi {Sed adhuc.} In prima dicit q̃ cum oĩa viuentia caliditatem habeant, ne ceſſe eſt iſta duo ſimul exiſtere, ſcilicet vitam, & calidi ſaluationem. Non enim viuit aliquid ſine calido, nec calidũ eſt in viuentibus ſine vita. & ideo neceſſariũ eſt iſta duo ſimul conſiſtere, vitã, et calidum, ſimiliter & mortẽ, quę eſt priuatio vitę, & corruptionem huius calidi. Sic ergo manifeſtum eſt q̃ neceſſarium eſt ſaluari calidum, ſi debeat ſaluari viuens. Secundo ibi.

Calidũ nõ eſt in viuẽti bus ſine vita.

Atqui duplices ignis animaduertimus interitus, exſiccationem, & extinctionem. Appellamus autem id quidem, quod à ſemetipſo illi accidit, exſiccationẽ: quod uero à cõtrarijs, extinctionem. & illud quidem ſenectutem, hoc autem uiolentiam.

N. LEON.

Sed adhuc quidem ignis videmus duas corruptiones, marcedinem & extinctionem. Vocamus autem eam quidem, quę à ſeipſo, marcedinem: eam quæ à contrarijs, extinctionẽ. hãc quidem ſenectutem, hanc autem violentiam.

Aſſignat modos quibus corrumpitur huiuſmodi calidum, & primo facit hoc, ſecundo aſſignat cauſam iſtarũ corruptionum, ibi {Accidit autem.} In prima dicit. Ita dictum eſt q̃ neceſſarium eſt ſimul exiſtere vitam, & ſaluationem calidi. Huiuſmodi autem calidum dupliciter corrumpi poteſt, vno modo à ſeipſo, alio mõ à cõtrario. corruptio calidi, q̃ eſt à ſeipſo, dr̃ marcedo: ſed illa quæ eſt à contrario dicitur extinctio. Et prima corruptio dr̃ ſenectus, alia corruptio dicitur violentia. Secundo ibi.

Calidũ naturale corrumpit a ſe ipſo & a cõtrario.

Accidit autem eadẽ de cauſa utrasq; fieri corruptiones. cum enim alimentum deficit, & ali calidum nequit ignis corrumpitur. contrarium etenim concoctionẽ prohibens facit quominus alatur. Quandoq; uero exſiccari contingit copioſiori coacto calido. quia nõ reſpirat, neq; refrigerari poteſt. etenim cito hoc etiam modo magna caloris uis coacta alimentum conficit, præuertendoq; abſumit priuſq; fiat euaporatio.

N. LEON.

Accidit autẽ ambas propter idem fieri corruptiones. Deficiente enim alimento, non potente calido accipere alimentum, corruptio fit ignis. Contrarium quidem enim ceſſare facit̃ digeſtionem, prohibet nutriri. Quãdoq; autẽ marceſcere accidit ampliori congregato calore propter non reſpirare, neq; infrigidari: cito enim & ſic conſumit alimentum, multum congregatum calidum & prius cõſumit quãm adſit ante euentationem.

Aſſignat cauſam vtriuſq; corruptionis. Et primo facit hoc, ſecundo infert corollarium. ibi { Propter quod quidem.} In prima dicit q̃ vtraq; corruptio accidit propter eandem cauſam. Calidum enim indiget alimento: alimentum calidi eſt humidum: & ideo deficiente humido calidum corrumpitur, ſed illa corruptio, quæ fit à contrario, fit, quia cõtrarium prohibet digeſtionem, ingroſſat enim humidum: humidum autem ingroſſatum fit ineptum ad nutriendum calidum: quia debilitatur & deficit calidum propter defectum nutrimenti conuenientis. quã doq; autem accidit corrumpi calidum in ſe marceſcendo à calido interius adunato & fortificato ꝓpter defectũ refrigerationis, quæ in quibuſdam fit per reſpirationem, in quibuſdam aliter: & etiam propter motum cordis continuum in habẽtibus ipſum. Calidum autem adunatum & fortificatum ſic cito conſumit alimentum multum q̃ multo tempore ſufficeret ſi eſſet proportionatum & prę uenit citius conſumendo q̃ euẽtatio eueniat ad reprimendum ipſum. Et ſic conſumpto alimento marceſcit calidum: quare vtraq; corruptio accidit propter defectum alimenti. Secundo ibi.

Corruptio calidi naturalis q̃ ẽa ſenectute & p violẽtiã accidit pp eãdẽ cãm, ſ. pp defectũ calidi.

Quamobrem non modo minor ignis iuxta maiorem exſiccatur, ſed etiam ipſa per ſe lychni flammula, ſi maiori imponatur flammæ, exuritur, ut quiduis aliud quod exuri natum eſt.

N. LEON.

Propter quod quidem nõ ſolum marceſcit qui minor eſt iuxta plurimũ ignem: ſed & ipſa ſecundum ſeipſam lucernæ flamma impoſita in maiori flamma comburitur, ſicut quodcũq; aliud vtibilium.

Infert corollarium. Et primo facit hoc, ſecundo reddit cauſam illius. ibi {Cauſa autem.} In prima dicit quòd ſicut dictum eſt q̃ calidum multum cito conſumit humidum, propter hoc etiam accidit quòd non ſolum paruum calidum, vt paruus ignis iuxta magnum, cito conſumitur, immo minor flamma ſecundum ſeipſam poſitam in maiori conſumitur & comburitur, ſicut quodcunq; combuſtibilium. Secundo ibi.

Cauſa autem, quoniam præparatum flammulæ alimentum maior præripit flamma priuſq; aliud ſuccedat. ſemper autẽ ignis perſeuerat fiens & fluens quaſi fluuius, ſed ob uelocitatem latet.

Cauſa autem, quia alimentum quidẽ exiſtẽs in flamma præoccupat accipiens maior flamma: priuſq; aduenĩat alterum. Ignis autem permanet ſemper factus & fluẽs ſicut fluuius, ſed latet propter velocitatem.

Aſſignat cauſam huius corollarĩ. Et dicit q̃ cauſa q̃ flamma minor cito propter maiorem conſumitur, eſt quã in minori flamma eſt aliquod humidum, quia flãma non eſt aliquid aliud niſi fumus ardens: fumus autem humidum habet, eſt enim compoſitus ex ſicco terreſtri & humido ãereo vnctuoſo. maior autem flamma huius humidi attrahit & ſubtiliat & præoccupat antequam eueniat ad humidum, ita q̃ ignis ſemper manet idem ſecundum ſpeciem, non tamen ſecundum materiam, ſed fluit ſicut fluuius, ſed latet nos propter velocitatem. Cauſa autem quare non manet idem ſecundum numerum eſt, quia humidũ, quod eſt ſubiectum & materia flammæ non manet idẽ, ſed eſt aliud & aliud.

Flãma ẽſt fumus ardẽs.

LECTIO V.

Quomodo in omnibus viuentibus calidum, quo uiuunt, per refrigerationem ſaluari oporteat, & quomodo hæc in cunctis refrigeratio fiat, oſtenditur.

Manifeſtum igitur eſt, ſiquidem ſaluum oportet eſſe calidũ (id autem neceſſe eſt ſi uita conſeruari debet) quã dã fieri oportere calidi, q̃d in principio eſt, refrigerationẽ.

PAlam igitur q̃ ſiquidem oportet ſaluari calidũ: hoc autem neceſſarium ſi futurũ ſit viuere: oportet fieri eius, quod in principio calidi, quandam refrigerationem.

Poſtquam Philoſophus declarauit q̃ omnia viuentia habent caliditatem, & quòd eſt in corde in habentibus ſanguinem, in alijs in proportionali cordi: & quòd neceſſarium

cessarium est huiusmodi calidum saluari si debeat viuere viuens, in parte ista ostendit ꝙ, si debeat saluari huiusmodi calidum oportet fieri refrigerationem. Et diuiditur in duas. In prima facit quod dictum est, In secunda remittit nos ad alium locum de dissolutione cuiusdam quæstionis, ibi {Sed de causa quidem.} Circa primũ adhuc duo facit: in prima probat hoc ꝙ rationes, In secũda ꝙ exẽplũ ibi {Exẽplum autem.} In prima dicit, ꝙ cum oĩa viuentia habeant caliditatem, & necessarium est saluari hmõi calidum si debeat viuere, palam est, quòd oportet fieri refrigerationem. Oportet enim omnia viuentia habere calidum: calidum autem corrumpitur & à cõtrario: & marcescendo: vitatur autem corruptio, quæ fit marcescendo per refrigerans. Quare manifestum est ꝙ oportet, si debeat saluari calidum, fieri refrigerationẽ. Secundo ibi,

Calidũ naturale saluari oportet per refrigerantem.

N. LEON. *Huius autem rei exemplum sumere licet ex eo quod præfocatis accidit carbonibus. Si enim obstructi cõtinue fuerint eo, quod præfocatorium uocant, q̃ primum extinguntur. Si autem per uices quispiã, & crebro, modo operiat, modo aperiat, diu ignescentes perstant. Et profecto ipsa occultatio ignẽ conseruat: neq; enim à respiratione prohibetur ob cineris raritatem: obstatq; circumiecto aeri ne caloris copia, quam in se continet, illum extinguat.*

Exemplum autem huius accipere est, ꝙ accidit in suffocatis carbonibus. Si enim fuerint circunquaq; obstructi vocato suffocatorio cõtinue, extinguntur cito. Si autem uicissim quis faciat frequẽter ablationem et appositionem, manent igniti multo tempore. Occultatio aũt saluat ignem. neq; enim respirare prohibetur propter raritatem cineris, reconditurq; eo, qui in circuitu aere, vt non extinguatur multitudine existentis in ipso caliditatis.

Manifestat hoc quod dictum ẽ per exemplum, quod videmus accidere in carbonibus. Si enim carbones, suffocatorio apposito obstruuntur cõtinue, cito extinguntur. Si autem vicissim ponatur suffocatorium et amoueatur, multo tempore durat ignis. per talem enim occultationẽ vicissim, diu potest saluari ignis: quia tunc non prohibetur infrigidatio. Si autẽ cooperiatur ignis cineribus diu potest durare: quia cinerẽs raritatem habent, & ideo aer circunstans bene potest subintrare, ita vt carbones propter defectum refrigerationis nõ extinguãtur. Est enim inteligẽdum ꝙ, cum apponitur suffocatorium supra carbones, ita ꝙ nulla respiratio potest pertingere ad ipsos, calidum reflectitur in seipsum & fortificatur: fortificatũ autem resolutr humidum subtile, & cõsumit ipsum & remanet grossum, quod ẽ ineptum ad nutriendum ignem. ipso autem humido subtili resoluto & consumpto, consumitur ignis. Deinde cum vicit.

Ignis qũo conseruet in cineribus.

N. LEON. *Verum de huiusmodi causa, ꝙ contrario accidat modo cõtecto, & præfocato igni: nã hic quidem exsiccatur, ille aũt pluri manet tẽpore, dictum est in Problematibus.*

Sed de causa quidem hac ꝙ contrarium accidit occultato & suffocato igni: hic quidem enim marcescit, hic autem permanet pluri tempore, dictum est in Problematibus.

Remittit nos de solutione cuiusdã quæstionis ad aliũ locum. Et dicit ꝙ de causa, propter quam suffocatorio appositio supra carbones continue extinguitur ignis, vicissim autem apposito diu manet & saluatur, dictum est libro de Problematibus, in quo manifeste inuenitur assignasse causam istiꝰ. Sed aliquo mõ potest haberi ex his, q̃ dicit Particula Tertia, Problemate Quinto, vbi que

Particula, seu sectiõe tertia, ubi dicitur.

A rit propter quid ebrij tremunt & magis intemperatum q̃ temperatum vinum bibũt. Est autem vinum calidũ, tremor autem fit à frigido maxime. & soluit dicens ꝙ tremor vniuersaliter causatur propter infrigidationem, fit autem infrigidatio, aut propter repercussionem calidi interius propter frigus, sicut in hyeme accidit: aut propter extinctionem calidi naturalis. extinctio autem fit à contrario, vel, propter longitudinẽ tẽporis, sicut in senescentibus contingit. aut propter superabundantiam extranei calidi, sicut accidit in æstuatis à Sole, vel igne, vel attenuatis ex labore intemperato. Hoc autem accidit bibentibus intemperatum vinum. vinum enim intemperatum bibitum, cum sit calidum virtute, superabundantiam caliditatis extraneę inducit in corpore: superabundans aũt calidum citius dissoluit humidum naturale. & ideo debilitatur calidum naturale, debilitato aũt calido inducit frigidũ, quod inducit tremorem. Ex quo habetur ꝙ superabundantia calidi improportionalis corrumpit calidum

Tremor quõ causet vir.

B proportionale & naturale. Ex hoc ẽt potest haberi causa, pp quã appositio suffocatorio marcescit ignis, non aũt si occultetur cinere, vel si vicissim apponatur & admoueatur. quia coopertorio appositio reflectitur calidum in seipsum & fortificatur, fortificatum autem consumit humidum, humido consumpto, corrumpitur calidum. Et sic manifestum est quę est causa ꝙ suffocatorio appositio cõtinue, cito corrumpitur. cũ aũt vicissim apponitur & admouetur, fit aliqua refrigeratio: qua facta, debilitatur calidum: quo debilitato, humidum diu saluatur, et per cõsequens calidum saluatur. Et ista arte vtuntur illi, qui faciunt carbones. Deinde eum dicit,

Calidũ superabũdãs dissoluit hũidum naturale.

N. LEON. *Quoniam autem omne quod uiuit habet animam: & id ipsum, ut diximus, non sine caloris consistit natura: stirpibus quidem id, quod ex alimento accedit, & ex circunfuso fit aere, idoneum est auxilium ad naturalis calidi conseruationem.*

C Quoniam autem omne viuẽs habet animã: ipsum autem non existit sine naturali caliditate, sicut diximus. Plantis quidem per alimentũ & continens, sufficiens fit auxilium ad naturalis calidi saluationem.

Determinat de ista refrigeratione quomodo fiat. Et diuiditur in duas partes. Primo ostendit quomodo fiat in plãtis, secundo in animalibus. ibi {Animaliũ aũtẽ.} Adhuc prima i duas diuiditur. Primo dicit per quid fiat refrigeratio, secundo probat. ibi {Etenim alimentum.} In prima dicit ꝙ, cũ ita sit ꝙ cum oẽ viuẽs habeat aiam, & ipossibile sit viuens esse sine naturali caliditate, plantæ igitur habent animam & caliditatem. Et cum caliditas non possit saluari sine refrigerante, manifestum est ex dictis ꝙ refrigeratio sufficienter fit in plantis per alimẽ-

D tum & continens ad saluationem calidi. Secundo ibi,

N. LEON. *Receptum enim refrigerat alimentum, ut hominibus cum primo illud sumunt. ieiunia nanq; calfaciunt, & sitim afferunt: incõmotus enim aer semper calescit: alimenti aũt cõmotus ingressu refrigerat quo ad id concoquat.*

Etenim alimẽtum facit refrigerationem, ingrediens: sicut & hominibus primo pastis. Ieiunia autem calefacientia sitim faciunt, immotus enim existens aer semper calefacit. Alimento autem ingrediente refrigeratur corpus, donec vtiq; accipiat digestionem.

Alimẽtũ ingrediẽs refrigeratiõnẽ facit donec alimentum fuerit digestum.

Ostendit ꝙ alimentum refrigeret, secundo quòd cõtinens. ibi {Si autem cõtinens.} In prima dicit ita dictum est quòd alimentum sufficienter refrigerationem facit in plantis. Et hoc est quòd alimentum ingrediens in

plantis facit refrigerationem ſicut videmus in hominibus quòd, cum alimentum primo recipitur in homine, fit quædam infrigidatio. & huius ratio eſt, quia videmus ꝙ ieiunium ſitim inducit, quia in ieiunio calidum conuertitur ſupra humidum radicale: & tũc acuitur calidum naturale, & calefacit: agit enim in ſiccũ, & ſiccũ eſt lima caloris. & tunc fit conſumptio humidi, conſumpto humido cauſatur appetitus naturalis humidi, et talis appetitꝰ dicitur ſitis. Et ideo ieiunia, per accidens ſunt cauſa ſitis. Et aer ibi motus, intus etiam hominem calefacit. Cũ autem alimentum ingreditur fit infrigidatio, donec alimentum fuerit digeſtum: quia alimento ingrediente calor cõuertitur ſupra alimentum, ita ꝙ partibus alijs minus eſt de caliditate. & ideo remanent infrigidatæ. Sic enim in plãtis fit refrigeratio ꝑ alimentũ ingrediẽs. Secũdo ibi,

Sitis quid.

N. LEON.

Si autem propter anni tempus circunfuſus aer frigore ſuperfluat, ualido orto gelu areſcunt: aut, ſi æſtate nimij inciderint calores, & attractus à terra humor haud quaq; refrigerare poſſit, exiccatus ſanè iterit calor: et ſpbaceliſmum, ſyderationemq; tũc dicunt arbores pati. Quã obrem lapidum genera quorundã radicibus ſubſternũt, & aquam in uaſculis, ut ſtirpium radices refrigeſcant.

Si autem aut continens excedat frigiditate propter horam forti gelu facto exiccantur: aut ſi æſtate fortia accidunt caumata, & non poſſit tractum ex terra humidũ refrigerare, corrumpitur marcefactum calidum, & dicuntur decidere, & defluere arbores circa tempora hæc. Propter quod & genera quædam lapidum radicibus ſubmittunt, & aquam in vaſis, vt radices infrigidentur plantarum.

Cõtinẽs refrigerat ſufficienter calidũ in plãtis.

Plantę q̃ corrũpunt & exiccãt.

Oſtendit ꝙ cõtinens refrigeret ſufficienter calidum in plantis. Et dicit ꝙ manifeſtum eſt ꝙ continens cauſat infrigidationem in plantis: quoniam, ſi contingat ꝙ continens excedens ſit multum in frigiditate, accidit tunc ꝙ corrumpitur calidum in plantis. Et hoc accidit, quia calidum multum debile eſt: & non poteſt reſiſtere, & tũc extinguitur, aut quia propter excellentiam frigidi calidum repellitur ad interiora & fortificatur: fortificatum conſumit humidum, quod eſt ſubiectum, humido conſumpto conſumitur calidum. & ideo ſi frigus fuerit excellens corrumpitur calidum plantarum: & per cõſequens plantæ. ſi autem in æſtate fiant magna caumata, ita ꝙ alimẽtum attractum ex terra nõ poſſit infrigidare, corrumpitur calidum corruptione, quæ dicitur marcedo. & ratio huius eſt, quia tunc calidum plantarum fortificatur, fortificatum corrumpit humidum, quod eſt ſubiectũ caliditatis. et ideo tunc corrumpitur. Vel propter aliud, quia calidũ continentis propter ſui excellentiam facit euaporare humidum radicale plantæ, & ita cõſumitur humidum, conſumptio humidi cauſa eſt corruptionis calidi. Et ideo in æſtate ſi fuerint magna caumata corrumpitur calidum. Et ideo accidit illis temporibus folia fluere & decidere & arbores exiccari. Et ideo homines in tali tempore volentes ſaluare arbores: apponũt radicibus plãtarũ quoſdam lapides frigidos, & aquam in vaſis, vt frigiditate illorum lapidum, & aquæ poſſint refrigerari.

LECTIO. VI.

Quæ nam de Reſpiratione dicenda ſint proponuntur: quæ item animalia reſpirent, & quæ non declaratur.

N. LEON.

Cùm autem animalium, alia quidem in aquis, alia uero in aere degant, ex ijs profecto, & horum medio refrigerationem ſibi uendicant. alia quidem aqua, alia uero aere: quo autem modo, & quorum opera diligenter conſyderantibus eſt dicendum.

ANimalium autem quoniam hæc quidem ſunt aquatilia, hæc autem in aere faciũt diætam, ex his & per hæc acquirũt refrigeriũ. hæc quidẽ aqua, hæc autem aere. Quo autem modo et qualiter, dicendum rationem ſcientibus magis.

Poſtquam Philoſophus declarauit qualiter fiat refrigeratio in plantis, oſtendit qualiter fit in animalibus. Et circa hoc primo dat intentionem ſuam ponendo per qd fiat refrigeratio. ſecundo cum dicit {Quod quidem igitur} proſequitur intentum, circa primum dat primo intentionem ſuam in generali, ſecũdo in ſpeciali magis. ibi {De reſpiratiõe enim} In primo dicit ꝙ cum animaliũ ſunt quædam aquatilia, quædam viuentia in aere, & omnia caliditatem habent, & oportet calidum ſaluari ſi debeant viuere, iſtis animalibus ſufficiens fit refrigeratio per aerem & aquam. per aquam aquatilibus, per aerem terreſtribus. quomodo aũt, & qualiter fiat refrigeratio, conſyderãdũ eſt ſcientibus magis cauſam Secundo ibi.

Sufficiẽs refrigeratio aquatilibus & terreſtribus per aerẽ & aquã.

N. LEON.

De ſpiratione enim pauci quidam ex Prioribus Phyſicis uerba fecerũt. Quam autem ob cauſam animalibus inſit, alij quidem nihil aſſeruerunt, alij autẽ dixerunt quidem, attamen minus recte, ſed in ijs, quæ accidũt, nullum uſum præferentes. Præterea etiã omnia ſpirare aſſerunt animalia: id autem minime uerum eſt. quapropter de ijs primo recenſere neceſſe eſt, ne uideamur temere abſentes accuſare.

De reſpiratione enim aliqui quidem pauci Priorum Phyſicorum dixerunt. Cuius tamen gratia exiſtit animalibus, hi quidem nihil enunciauerunt, hi quidem dixerunt quidem, nõ bene autem dixerunt, ſed inexperte accidẽtium. Adhuc autem omnia animalia aiunt reſpirare, hoc autem nõ eſt verum. Quare neceſſariũ eſt de his primo aggredi, vt nõ videamur eos inaniter accuſare.

Opinione naturaliũ philoſophoꝝ de ſpiratiõe animalium

Dat intentionem ſuam in ſpeciali. Et dicit ꝙ de reſpiratione aliqui dixerunt, ſed pauci inter Naturales Philoſophos dixerunt propter quem finem reſpiratio ineſt animibus. Quidam enim nil dixerunt omnino, quidam autem dixerunt quidem propter quem finem ineſt reſpiratio ipſis, ſed incomplete & inſufficiẽter dixerunt. & locuti fuerunt de reſpiratiõe ſicut in homines inexperti, & ignorantes circa accidentia reſpirationis. Iterum dixerũt omnia animalia reſpirare. ſed iſtud falſum eſt, ſicut manifeſtum eſt, & apparebit. Quia igitur, aut in complete, aut nil dixerunt de reſpiratione, aut falſe, neceſſarium eſt dicere de ipſo. Conſyderandę autem ſunt opiniones antiquorum, & exponendæ, vt non videatur ꝙ inaniter reprobentur. Ille dicitur inaniter accuſare opinionem alterius, qui non poteſt pertingere ad improbationem illius. Hoc autem facit qui non videt poſitionem, nec rationem poſitionis. Sic autem ſe habere circa opinionem alicuius eſt inconueniens, & ideo conſyderandæ ſunt opiniones Antiquorum de ipſa. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Quòd igiſ quæcunq; pulmonẽ habent animalia ſpirent omnia, palàm eſt.

Quòd quidem igitur quæcunq; animalium habent pulmonem reſpirãt omnia, manifeſtũ.

Proſequitur. Et primo prẽmittit quæ ſunt reſpirantia, & quæ non, ſecundo determinat de ipſa reſpiratione. ibi {Democritus autem} Prima in duas. In prima prẽmittit quæ animalia ſunt quæ reſpirant, ſecundo quæ non reſpirant. ibi {Aliquorum autem adhuc.} Prima in duas.

In prima

In prima oſtendit quæ animalia ſunt quæ reſpirant, ſecũdo quæ magis vel minus indigeãt reſpiratione. ibi{ Sed & horum.}In prima dicit ꝙ animalia quæ pulmonem habent, omnia talia manifeſtum eſt eſſe reſpirantia, & habere vocalem arteriam neceſſariã ad hoc. Secũdo ibi.

Aialia pulmonem habentia ſunt reſpirãtia.

N. LEON.

Verum ex ijs ipſis, quæcunq; quidem id membrũ exãguæ, & fiſtuloſum habent, minus ſpiratione indigent: ob eamq; rem multo manere queunt tempore præter corporis uires. Fiſtuloſos autem habent pulmones ouipara omnia, ut ranarũ genus, præterea lutariæ teſtudines, et aquatice extenſum ſanè tempus in humore degunt. illorum nanq; pulmo exiguã habet caliditatem. parum enim habet ſanguinis. Inflatus igit̃ ille motione refrigerat, & per multũ manere facit tempus. Quod, ſi mutatur quiſpiã, & per extenſum continuerit tempus, ſtrangulantur omnia: quoniam ex illis nullum aquam, ut piſcis, recipit.

Sed & horum ipſorum quæcunq; quidem exanguem habent pulmonem, & concauum, minus indigent reſpiratione: propter qđ multo tempore poſſunt permanere præter corporis valetudinem. Pulmonem autem conucauũ habent omnia ouificantia: vt ranarum genus. adhuc autẽ omideus, & tortucę multo tempore manent in humidis. Pulmo enim modicam habet caliditatem. pauci.n. ſanguinis habent ipſum. Inflatus igitur ipſe motu refrigerat, et facit permanere multo tempore. Si tamen cogat quis valde detinens longo tpe, ſuffocantur omnia. nihil enim taliũ ſuſcipit aquã, ſicut piſces.

Aialia aliqua ouificãtia, q̃ minꝰ indigẽt reſpiratione. Propter hoc enim talia multo tpe ſine reſpiratiõe ſine aliqua corporis inualitudine, vel detrimento. Animalia autem, quæ pulmonem concauum habent, ſunt animalia ouificantia, ſicut ſunt ranæ, & quoddam genus animalium, quod vocat̃ omerides, & tortucæ, & multo tpe manent in aqua ſine reſpiratione. Et cauſa huiꝰ eſt, quia pulmonẽ habent ſine magna caliditate: quia parum habent de ſanguine. Pulmo autem inflatus ſemel multum recipiens aerem ſecundum quantitatem corporis propter figuram & propter morum aeris ſubingredientis, refrigerat caliditatem cordis multo tempore. Quia igitur talia animalia parum habent de ſanguine, & pulmonẽ habent concauũ non multum indigent reſpiratione. Et hoc apparet ſi aliquis multo tempore teneat ipſa in aqua ꝙ ſuffocantur: quia nullum iſtorum refrigeratur per aquã, ſicut piſces. in piſcibus enim ſufficiens fit infrigidatio per aquam, nõ tamen in iſtis. Non enim recipiunt aquam ad refrigerandum. Secundo ibi.

Oſtendit quæ animalia minus & quæ magis indigent reſpiratione. Et primo oſtendit quæ minus, ſecundo quæ magis ibi. {Habentia autẽ} in prima dicit ꝙ quædam ſunt animalia quæ pulmonem habent cum pauco ſanguine, habent etiam ipſum in figura concauum: & talia minus indigent reſpiratione. Propter hoc enim talia animalia multo tẽpore poſſunt eſſe ſine reſpiratiõe ſine aliqua corporis inualitudine, vel detrimento. Animalia autem, quæ pulmonem concauum habent, ſunt animalia ouificantia, ſicut ſunt ranæ, & quoddam genus animalium, quod vocat̃ omerides, & tortucæ, & multo tpe manent in aqua ſine reſpiratione. Et cauſa huiꝰ eſt, quia pulmonẽ habent ſine magna caliditate: quia parum habent de ſanguine. Pulmo autem inflatus ſemel multum recipiens aerem ſecundum quantitatem corporis propter figuram & propter morum aeris ſubingredientis, refrigerat caliditatem cordis multo tempore. Quia igitur talia animalia parum habent de ſanguine, & pulmonẽ habent concauũ non multum indigent reſpiratione. Et hoc apparet ſi aliquis multo tempore teneat ipſa in aqua ꝙ ſuffocantur: quia nullum iſtorum refrigeratur per aquã, ſicut piſces. in piſcibus enim ſufficiens fit infrigidatio per aquam, nõ tamen in iſtis. Non enim recipiunt aquam ad refrigerandum. Secundo ibi.

Aialia aliqua ouificãtia, q̃ minꝰ indigẽt reſpiratione ſine detrimẽto, & ſine reſpiratione.

N. LEON.

Quæcunq; autẽ ſanguine refertos habẽt pulmones, ob caloris copiam refrigeratione ſanè indigent omnia.

Habentia autem pulmonem habentem ſanguinem, omnia magis indigent reſpiratione, propter multitudinem caliditatis.

Oſtendit quæ animalia indigent magis reſpiratione. Et dicit ꝙ omnia animalia, quæ habent pulmonem multi ſanguinis, quia talia magnã habent caliditatem, indigent reſpiratione frequenti & multa. Et hoc eſt propter magnam caliditatem. Deinde cum dicit.

Aialia magis reſpirãtia q̃ ſint.

A *Aliorum uero quæcunq; pulmones non habent, reſpirat nullum.* N. LEON.

Aliorum autem quæcunq; non habent pulmonem, nullum reſpirat.

Oſtendit quæ ſunt animalia, quæ non reſpirant, & dicit ꝙ animalia non habentia pulmonem nõ reſpirant. & cauſa huius eſt, quia pulmo non datur animalibus niſi propter refrigerationem, quæ fit per aerem inſpiratum, & impoſſibile eſt inſpirare aerem ſine pulmone. Quæ igitur non habent pulmonem non reſpirant.

Aialia non reſpirantia quæ ſint.

LECTIO VII.

Anaxagoræ, ac Diogenis reprobatur opinio, qua omnia animalia reſpirare aſſerebant, vt in piſcium reſpiratione ineſtueri ipſorum ſententiam licet.

Democritus igitur Abderita, & pleriq; alij, qui de ſpiratione ſcripſerũt, de alijs ſanè nihil determinauerunt animalibus, ſtatuere tamen uidentur quaſi ſpirent omnia. N. LEON.

B Democritus autem Abderites, & quidã alij, qui de reſpiratione dixerũt, nihil de alijs determinauerunt animalibus. Viſi ſunt tamen dicere quaſi omnibus reſpirantibus.

Poſtq̃ Philoſophus præmiſit quæ ſunt reſpirantia & quæ non, determinat de reſpiratione. Et habet duas. In prima determinat de reſpiratione ſecundum opinionem aliorum. In ſecũda ſecundum opinionẽ ſuam. ibi{ Quoniam autem dictum eſt.}Adhuc prima in duas. Primo ponit opiniones illorum, qui omnia poſuerunt reſpirare, ſecundo opiniones illorum quæ non ibi}In Timeo autem.}Adhuc primo ponit in generali, ſecundo proſequitur in ſpeciali. ibi{Anaxago. quidem,}In prima dicit ꝙ Demo. abderites (ita nominatus à loco) & quidam alij Philoſophi determinanes de reſpiratione, quæ conuenit tantum animalibus habentibus pulmonem de ipſa conſyderationem fecerunt, volentes dare cauſam & modũ reſpirandi: de alijs autem animalibus nil dixerunt, quia viſi ſunt opinari omnia aialia reſpirare. Secundo ibi.

Democritĩ opinio & aliorũ philoſophoꝝ aialia reſpirãt reſpirare.

Anaxagoras autem, & Diogenes, cum omnia ſpirare aſſeuerent, de piſcibus & oſtreis quo nam ſpirent modo exponunt. Et Anaxagoras quidem dicit, cum per branchias aquam emiſerint, eum, qui in ore ſubortus eſt, aerẽ trahentes ſpirare planè piſces: nullum enim eſſe inane. Diogenes cum per brãchias aquam emiſerint, ex ea quæ ipſum os circunfunditur aqua, inani, quod in ore eſt aerẽ attbraere, tanq̃ in aqua ſit aer. N. LEON.

Anaxagoras autem, & Diogenes omnia dicentes reſpirare, de piſcibus & oſtreis dicunt quomodo reſpirant. Et ait Anaxagoras quidẽ cum dimittũt aquam per brãchias, eum, qui in ore factum, aerem trahentes, reſpirare piſces. Non enim eſſe vacuum vllum. Diogenes autẽ cum dimittant aquam per brãchias, ex circunſtante circa os aqua, trahere vacuo, quod eſt in ore, aerem, tanq̃ in aqua exiſtente aere.

C D

Opio Anaxagoræ & Diogenis oĩa aialia reſpirare.

Proſequitur magis in ſpeciali. Et primo proſequitur opinionem Anaxagoræ & Diogenis, ſecũdo Democriti. ibi{Democri. autem.}Adhuc primo ponit opinionem Anaxagoræ & Diogenis, ſecũdo reprobat eã. ibi{Hæc autem ſunt impoſſibilia.}In prima dicit ꝙ Anaxago. & Diogenes dixerũt omnia animalia reſpirare, qualiter autem reſpirant non dixerunt, niſi de piſcibus & oſtreis. Et dixit Anaxago. ꝙ piſces, cum expellunt aquã per branchias, attrahunt aerem, qui eſt in ore factus ex aqua per uirtutem calidi: hoc autem fit ne ponatur vacuum. cum enim expellunt aquã, niſi aer attraheretur, eſſet vacuum intra

intra pisces. Et ideo ne ponatur vacuũ oportet quòd attrahant aerem. aer autem attractus infrigidat calidum quod est in piscibus, Diogenes autẽ dixit ꝙ cum pisces expellunt aquam per branchias, fieri respirationem per hoc, ꝙ ex aqua circunstante circa os per naturam vacui attrahitur aer, qui ẽ causa refrigerationis. Dixit enim ꝙ vacuum habet naturam attractiuam, & dixit aerem esse in aqua. Secundo ibi,

N. LEON. *Isthæc autem fieri non possunt. Principio etenim dimidium auferũt rei, nam id quod cõmune est, alteri tantummodo ascribunt: spiratio enim appellatur, huius autem hoc quidem exspiratio, illud uero inspiratio, de qua nullam faciunt mẽtionem quo pacto id genus animalia exspirent, neq; etiam illis dicere contingit.*

Hæc autem sunt impossibilia. Primo quidẽ enim medium rei auferunt, propter dicere qđ commune in altero solo. respiratio enim vocatur. huius autem hoc quidem expiratio est, hoc autẽ inspiratio: de qua nihil dicũt: qũo exspirãt talia aialium, neq; cõtingit ipsis dicere.

Improbantur opiniones Anaxagoræ & Diogenis.

Improbat opiniones istorum. Et primo improbat opiniones istas insimul: secundo dat causam erroris eorum, propter quam decepti fuerunt, ibi {Cum autem.} Adhuc prima diuiditur in tres. quia primo improbat opiniones illas quantum ad insufficientiã, secundo quia falsum dixerunt. ibi {Adhuc autem dicere.} tertio quia omnia posuerũt respirare. ibi {Adhuc si omnia.} Circa primũ tria facit. Primo improbat illas opiniones propter insufficientiam, secundo manifestat quoddam suppositum. ibi {Cum enim respirauerint.} tertio concludit falsitatem opinionis. ibi {Quare si necesse.} In primo dicit ꝙ illa, quæ isti dicunt, incõuenientia sunt & impossibilia. Et hoc primo propter insufficentiam. ipsi enim medietatem rei dimittunt. quando enim aliqua duo continentur sub aliqua natura, si aliquis velit sufficienter determinare de natura illa, si determinat secundum alteram naturam, & nõ secundum aliam, insufficienter determinat: quia medietatem rei hic dimittit. Et hoc ipse intẽdit cum dicit (mediũ rei auferũt.) Modo ita est, ꝙ respiratio communis est ad inspirationem & expirationem: volentes autem de respiratione determinare de inspiratione solum determinant, non de expiratione, vt ex dictis ab ipsis cõtingit causam reddere. Secundo ibi,

N. LEON. *Cum enim spirauerint, hac qua inspirauerunt parte, rursus exspirare oportet: idq; uicibus semp facere, quam obrem contingit simul aquam ore recipere, & aerem exspirare. necesse autem est isthæc inter se occursantia alterum alteri impedimento esse præterea cùm aquam egerunt, tunc ore uel branchijs exspirant: quare accidit simul exspirare & spirare. tunc enim ipsum spirare dicunt. Simul autem spirare, & exspirare non est possibile.*

Cum enim respirauerint, hac qua respirauerunt, iterum oportet exspirare, & hoc semper permutatim facere. Quare accidit simul suscipere aquã secundum os & exspirare. Necesse autem obuians impedire alterum alterũ. Deinde cum dimittant aquam, tunc expirant secũdum ora, aut secundum branchias. Quare accidit simul expirare & respirare. tunc enim aiunt ipsum respirare. Simul autem inspirare & expirare impossibile.

Manifestat quoddam suppositum, quod scilicet ex dictis eorum non posset esse manifestum, quomodo inspirant huiusmodi animalia. Et dicit, cum huiusmodi animalia inspirauerint aerem interius, necesse est ipsum calefactum expirare: & ſm illam partem, ſm quam inspiraue rint: sicut videmus in aialibus manifeste respirãtibus, vt in homine, et hoc vicissim mõ hoc inspirando, consequenter ex respirando. Si igitur pisces & ostreæ expirãt, necesse est hoc esse aut simul cũ suscipiũt aquã ab extra, aut cũ dimittunt. si simul attrahunt eam, cum motus aquæ ad interius, & aeris ad exterius sint contrarii, qui scinuicem impediunt, sequetur ꝙ aqua obuiãs aeri in motu suo impediet ipsum, & econtra. Quare non possunt simul cum attrahunt aqua expirare aerem. Si autem simul cum dimittunt aquam per branchias, vt per ora expirant aerem simul accidet inspirare & expirare ipsum aerem. simul enim, cum expellitur aqua, dicunt fieri inspirationẽ, hoc autem est impossibile. ergo & primum. Impossibile est igit ſm eos assignare causam expirationis. Tertio ibi.

F *Si igitur necessarium est spirantia exspirare, & inspirare: exspirare autem illorum contingit nullum, manifestum certe est ꝙ nullum etiam illorum spirare contingit.* N. LEO

Quare si necesse respirantia expirare & inspirare. Expirare autem non contingit vllum ipsorum: palã est qm̃ neq; ipsorũ vllũ respirat.

Concludit falsitatem opinionis illorum. Et dicit ꝙ manifestum est ꝙ necesse est quæcunq; inspirant expirare. Si igit pisces inspirãt: necesse est eos expirare. Sed nullus piscis expirat. Quare nullus inspirat. Deinde cũ dicit.

Præterea, dicere etiam aerem attrahere ex ore, & ex aqua per os, non est possibile: non enim habent arteriam, cum pulmones non habeant. sed uenter statim ori adhæret: quare uentre attrahere necesse est, quod cætera quoq; facerent animalia: nũc autem id minime faciunt. Quin G *etiam eadem ipsa, cum extra humorẽ sunt, id ipsum manifeste facerent: atqui id facere non uidentur.* N. LEO

Adhuc autem, dicere aerem trahere ex ore, aut ex aqua per os, impossibile. Non enim habent arteriã propter pulmonẽ non habere, sed statim venter iuxta os est. Quare necessarium vẽtrem trahere. hoc autem & alia vtiq; facerẽt animalia: nũc autem nõ faciunt. Et si illa extra humidum essent, manifeste vtiq; hoc facerẽt: videntur autem non facientia hæc.

Improbat opiniones eorum eo ꝙ falsum assumebant, scilicet ꝙ fit respirare p attractionẽ aeris. Et diuiditur in partes quinque, secundum ꝙ improbat per quinque rationes. secunda ibi {Adhuc omniũ.} tertia ibi {Adhuc cum moriantur.} quarta ibi {Quo autẽ modo.} quinta ibi {Adhuc autem propter quam.} In prima dicit ꝙ H dicere pisces attrahere aerem per os est impossibile. quia animalia attrahentia aerem per os arteriã habent: pisces autem arteriam non habent: quia pulmonem nõ habent. quæcunq;, n. pulmonem habent & arteriã habent: quia arteria est instrumentum, per quod attrahitur aer à pulmone, & ideo quæcunq; habent pulmonem arteriam habent. Sed pisces nõ habent hoc: sed venter eorum statim contiguatur ori. & ideo, si attraherent aerem, ad ventrẽ attraherent: & venter etiam attraheret. Hoc autem est inconueniens: quia sequeretur ꝙ alia animalia attraherent ipsum ad ventrem. sed manifestum est ꝙ hoc nõ faciũt. Item, si pisces attrahunt aerem in aqua, & fit sufficiens refrigeratio per illum aerem, cum essent extra aquam attraherent aerẽ & viuerent: hoc autẽ non faciunt. & istud vltimũ posset esse alia ratio ad principale. Secũdo ibi.

In omnibus præterea spirantibus, spiritumq; trahentibus uidemus motum quẽdam excitũ attrahentis membri,

Pisces nõ attrahũt rẽ in aqu

Prima ſ

Aialia ꝛ trahẽtia ꝛ res p os, a teriã hũ quã tũ ai lia pulmo nẽ habẽ habent

bri, quod piſcibus contingere nõ uidemus: nihil enim circa uentrem mouere cernuntur, ſed tantummodo branchias, & cum in humore degunt, & cum in ſiccum inciderint, quando palpitant.

Adhuc, omnium reſpirantium, & trahentiũ ſpiritum, videmus quædam motum factum particulæ trahentis. In piſcibus autem non accidit. nihil enim videntur mouentes eorũ, quæ circa ventrem, niſi brãchias ſolum, & in humido & in ſicco excidentia, cum capta fuerint.

Sedа rõ. Ponit ſecũdam rationem. Et dicit ꝙ in omnibus in ſpirantibus & exſpirantibus cum inſpirant & expirant apparet motus cuiuſdam particulę ſecundum eleuationem & depreſſionẽ, ſicut in hominibus. Cum enim inſpiratur aer, inflatur pulmo: cum autem expiratur, deprimitur. in piſcibus autem nõ apparet aliquis talis motus. Nõ enim videmus aliquam particulam circa ventrem moueri, ſed ſolum circa branchias, & in humido, et etiam, cum in ſicco ſunt & palpitant, non apparet aliqua talis particula moueri. Tertio ibi.

N. LEON. *Præterea cum ſuffocata, extinguntur in humore quæ ſpirant omnia, bullæ ſanè fiunt, cum ſpiritus uiolenter exeat, ut ſiqs teſtudines cogat, aut ranas, aut iſtiuſmodi qpiam generum. Piſcibus autem nihil tale accidit, et ſi omniquis contendat modo, quippe qui nullum extrinſecus ſpiritum habeant.*

Adhuc cum moriãtur ſuffocata in humidis omnia reſpirãtia, fiunt ampullæ ſpiritu exeunte violẽter. vt ſi quis cogat tortucas, aut ranas, aut aliquid aliud talium generum. In piſcibus autem non accidit experientibus omnem modum, tanquam non habentibus ſpiritum deforis vllum.

Tertia rõ. Ponit tertiam rationem. Et dicit ꝙ in omnibus reſpirantibus, cum ſuffocantur in aqua, apparẽt quędam ampullæ in ſuperficie. Et cauſa huius eſt, quia in talibus animalibus aer expellitur ad ſuperficiẽ qui erat inſpiratus prius: expulſio autẽ iſtius cauſat ampullas, ſicut apparet de tortucis & ranis ſi violenter detinerẽtur ſub aqua, vel aliquod tale animal. In piſcibus autem non apparet hoc ſecũdum quemcunq; modum experiatur aliquis & detineat piſces in aqua. Hoc autem eſt, quia non habent aerẽ inſpiratum.

N. LEON. *Et profecto quo pacto ab illis ſpirationem fieri aſſerũt, hominibus certe id ipſum in humore contingere poſſet. Si enim piſces in os ex circunfuſa attrahũt aqua, cur etiã homines id facere non poſſunt, reliquaq; animalia? nam eum, qui ex ore eſt, perinde ac piſces attrahere poterunt. Quamobrem ſi ibi fieri poſſet, & hic certe fieret: quoniã autem fieri nequit, palam ꝙ neq; in illis fiet.*

Quo autem modo dicunt fieri reſpirationẽ ipſis, cõtingit & hominibus exiſtentibus in humido accidere. Si enim piſces trahũt ex ea, quę in circuitu oris, aqua, ꝓpter quid hoc nõ vtiq; faciunt & homines & alia animalia, et eum, qui ex ore vtiq; trahunt ſimiliter piſcibus. Quare ſiquidem & ſi illa poſſent, & hæc poſſent. quoniam autem non ſunt, palam ꝙ neq; in illis eſt.

Quarta rõ. Ponit rationem quartam: Et dicit ꝙ eodẽ modo, quo iſti dicũt ꝙ piſces reſpirare poſſunt in aqua, & homines poterunt. Si enim piſces attrahũt aerem, aqua circunſtãte, eadem ratione & homines & alia animalia. Homines enim trahunt aerem, qui eſt iuxta os, ſicut piſces ſecundum ipſos. Si igitur piſces poſſunt hoc facere in aqua, & homines. Cum igitur homines non poſſunt, neque piſces. Quinto ibi.

N. LEON. *Ad hæc autem ſi ſpirare poſſunt, cur in aere pereunt piſces. palpitareq; uidenſ, ut illa quæ ſtrãgulata intereũt. non enim alimenti inopia id pati uidentur. Nã ea, quã Diogenes affert, inſulſa ſanè eſt cauſa. Iccirco enim eos interire ait, quoniam in aere quidẽ copioſiorem attrahunt aerem, in aqua uero moderatum. in terreſtribus etenim id ipſum accidere oporteret, atqui ob uehementem reſpirationem nullum terreſtre ſuffocatur animal.*

Adhuc autem propter quam cauſam in aere moriũtur, & videntur exterminata, ſicut ſuffocata, ſiquidem reſpirant. non enim vtiq; alimenti indigentia hoc patiuntur. Quam enim dicit Diogenes cauſam, ſtulta eſt. Aít. n, ꝙ aerẽ multum valde trahunt in aere, in aqua autem moderatum, & propter hoc mori. Et enim in greſſibilibus oportebat poſſibile eſſe hoc accidere: nunc autem nullum per valde reſpirare ſuffocatur greſſibile animal.

Quinta rõ. Ponit quintam rationẽ. Et dicit. Si animalia aquatica reſpirant, propter quam cauſam moriuntur & exterminantur in aere, ſicut ſuffocata animalia. quaſi dicat nõ videtur eſſe aliqua ratio. Et, ꝙa aliquis poſſet dicere, ꝙ eſt hoc propter defectum alimenti non aeris, dicit ꝙ hoc nõ poteſt eſſe. & ratio huius eſſe poteſt, quia piſces pluri tẽpore ſunt ſub aqua, cũ ſit tempus in quo ſunt extra aquã. quare propter defectum alimenti non moriuntur extra aquam. Item cauſa, propter quam piſces moriuntur extra aquam, quam dabat Diogenes ſtulta eſt & fatua. dixit enim Diogenes ꝙ piſces extra aquam attrahebãt multum aerem & improportionalẽ ſibi, in aqua autem proportionalẽ: & ideo propter improportionalitatẽ aeris attracti, in aere piſces moriuntur, in aqua autem non. Hoc non valet. quia animalia greſſibilia in aere poſſunt attrahere ſibi aerem improportionalem: & tamen nullum animal greſſibile, quantumcunq; valde reſpiret, ſuffocatur. quare nec ſimiliter accidit in piſcib⁹. Deinde cũ dicit. Impugnat Diogenes.

N. LEON. *Præterea etiam ſi ſpirant omnia, manifeſtum eſt ꝙ inſecta etiam ſpirant animalia. illorum autem pleraq; diſſecta non modo in duas, ſed in plures etiam partes uiuere apparent, ut quæ uocantur ſcolopendræ: quæ quomodo, aut qua contingit reſpirare parte?*

Adhuc autẽ, ſi omnia reſpirant, palam quia & entoma animalium reſpirant. Videntur autem ipſorum multa deciſa viuere, nõ ſolum in duas partes, ſed & in plures: vt quæ vocantur ſcolopendræ. quæ qualiter aut quibus contingit reſpirare?

Rõ ꝙ non oĩa aialia reſpirant. Improbat opiniones illas in hoc ꝙ poſuerunt omnia reſpirare. Et dicit ꝙ ſi omnia animalia reſpirarent, entoma reſpirarent: & quia iſta deciſa videntur viuere, nõ ſolum diuiſa in duas partes, ſed etiam cum diuiduntur in plures, vt illa quæ vocãtur ſcolopẽdræ. Qualiter autem iſta reſpirent non contingit dicere, ſi enim talia deciſa reſpirarent, tunc contingeret, ꝙ haberent organa reſpirandi. ſ. pulmonem, & vocalem arteriã. ſed hoc eſt falſum, quia ſequereť ꝙ in diuerſis partib⁹ eſſet pulmo, et vocalis arteria: ſed hoc eſt falſum: ergo & primũ. Deinde cũ dicit.

N. LEON. *Cauſa autem, cur præcipue de ijs nõ recte dicatur, eſt. quoniam tum internarum inſecti erant partium, tum*

non

non animaduertebant alicuius gratia naturam omnia facere. si enim quæsissent cuius gratia animalibus ineſſet ſpiratio: & in partibus idipſum conſyderaſſent, ut in brachijs & pulmonibus, nullo ſanè negocio ſpirationis cauſam adinueniſſent.

Cauſa autem maxime non dicendi bene de ipſis, ꝙ inexperti erant earum, quæ intus partium: & quia nõ accipiebant gratia alicuius naturã omnia facere. Quærentes enim cuius gratia reſpiratio animalibus exiſtit: & in particulis hoc inſpicientes, vt in brãchiis & pulmone, inueniſſent vtiq; velocius cauſam.

Cõ deceptionis Anaxagoræ & Diogenis circa reſpirationẽ aialium,

Aſſignat cauſam erroris, propter quam decepti ſunt. & dicit. Cauſa quare decepti fuerunt fuit, quia neſciebãt anatomiam partium intrinſecarum, ſiue diſpoſitionem, vtputa pulmonis & arterię. Item decepti fuerũt, quia nõ ſupponebant naturam operari propter finem. ſi enim poſuiſſent ꝙ natura agit propter finem, & quòd reſpiratio ineſt animalibus propter finem: & inſpexiſſent ad anatomiam partium intrinſecarum, ſicut pulmonis & arteriæ & etiam branchiarum, citius cauſam reſpirationis inueniſſent. & quia iſta non inſpexerunt, decepti fuerunt in determinando de reſpiratione.

LECTIO VIII.

Democriti de Reſpiratione placitum multipliciter deſtruitur.

N. LEON. *Democritus autem ſpirantibus quidem aliquid euenire ex ſpiratione dicit, aſſerens per illam ne extrudatur anima prohiberi: non tamen ꝙ huius gratia id natura efficiat prodidit. Et omnino uir ille, ut alij etiam Pphyſici, nihil huiuſce tangit cauſæ.*

DEmocritus autẽ quia quidem ex reſpiratione accidit reſpirantibus aliquid, dicit inquiens prohibere extrudi animam: non tamen huius quidem gratia feciſſe hoc naturã dicit. omnino enim, ſicut & alij Phyſici, & iſte nihil tetigit talis cauſæ.

Poſtq; Philoſophus improbauit poſitionẽ Anaxagoræ & Diogenis, improbat opinionem Democriti. Et primo ponit eam: ſecundo improbat, ibi {Cauſa autem} Prima in duas. In prima tangit ſecundum Democritum quid accidit animalibus ex reſpiratione primo, ſecundo quid ex conſequenti, ibi {Et propter hoc ex reſpirare.} Adhuc circa primũ duo facit, primo ponit quid accidit animalibus primo ex reſpiratione, ſecundo declarat ibi. {Dicit autem quòd anima.} In prima dicit ꝙ, cum ex reſpiratione aliquid accidat animalibus reſpirantibus, dixit Democri. ꝙ ex reſpiratione animalibus reſpirantibus accidit hoc primo, ſcilicet animam non extrudi à corpore. Tamen non dixit ꝙ natura eſſet cauſa reſpirationis propter hoc, ſicut propter finem, vt anima non extruderetur. quia ſicut alij Philoſophi nihil tetigerũt de cauſa finali, ita nec iſte, & ideo non dixit reſpirationem fieri gratia alicuius. Secundo ibi.

Democriti placitũ circa reſpiratiõẽ aialiũ.

N. LEON. *Aſſerit autem animam et calidum idem eſſe, primas, ſcilicet ſphæricorum figuras. ijs igitur expulſis aeris in extrudentis, ſpirationem auxilio eſſe inquit. In aere nanq; magnam eſſe talium copiam: quã ille mentem et animã appellat. ſpirante igitur animali, & aere ingrediente, ſimul intrant ille, & extruſionem probibentes inexiſtentẽ animalibus animam exire non ſinunt.*

Dicit autem ꝙ anima & calidum idem primæ figuræ ſphericorum. Segregatis igitur ipſis à continente & comprimente, auxilium fieri reſpirationem inquit. In aere enim multum numerum eſſe talium: quæ vocat ille intellectũ & animam. Reſpirato igitur & ingrediente aere, congredientia hæc & prohibẽtia compreſſionem, prohibent in animalibus exiſtentem animam pertranſire.

Democriti poſitio circa principia rerum.

Declarat hoc. Et intelligẽdum quòd Democritus poſuit corpora indiuiſibilia eſſe principia rerum. cum enim corpora compoſita diuiſibilia ſint: & diuiſio ſecundum ipſum non procedat in infinitũ, neceſſe eſt deuenire ad talia corpora, quæ ſint indiuiſibilia, ex quibus dixit omnia animalia componi & cauſari. Dixit etiam iſta indiuiſibilia terminari figuris. & ꝙa figurę procedũt in infinitum, dixit iſta corpora eſſe infinita, ex figura autem & ordine et poſitione, reddit cauſas accidentiũ & paſſionũ in alijs. inter iſta autem corpora indiuiſibilia, corpora circularia ſunt aptiora ad motum. & ideo ex illis reddit cauſam motus in animalibus. Dixit enim animam componi ex atomis circularibus, quæ ſunt de natura ignis. dicit enim ꝙ Democritus dixit ꝙ anima, & calidum & figura ſphęrica ſunt idem. Et cauſa huius eſt: quia anima cauſa eſt motus in animalibus: iſta autẽ ſunt maxime apta ad motũ, calidum ſcilicet, & ſpherica figura. ideo animam dixit cõponi ex iſtis, & eſſe idem cũ iſtis. In aere autem ſunt multi tales atomi, quos vocauit intellectum & animam Democritus. cum igitur ex aere continente & comprimente ipſum animal & animam intus contentam, ſegregentur atomi & mouentur ad interius, animalis, fit reſpiratio in animalibus, & prebetur auxilium atomis intus exiſtẽtibus. igitur cum reſpiratur aer & ingrediuntur atomi ingredientes comprimunt atomos, ex quibus eſt anima: & prohibẽt eam exire: & iuuant ad repellendum cõpreſſionem factam ex atomis extra in continente exiſtentibus. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Et hanc ob cauſam in ipſo ſpirandi & expirandi opere, cum uitam ipſam, tum mortem conſiſtere. cum enim circunfuſus comprimendo prævaluerit aer, neq; quod extrinſecus ingreditur amplius prohibere poteſt, ſpirãdi intercepto uſu, tũc ſanè animalibus accidit mors. Eſſe nãq; mortem eiuſmodi figurarum de corpore exitum propter circunfuſi aeris extruſionem.*

Et ꝓpter hoc in reſpirãdo & exſpirando & viuere & mori. Cũ enim prevaluerit continẽs opprimens & amplius deforis ingrediens poteſt prohibere, non potente reſpirare, tunc accidere mortem animalibus. Eſſe enim mortẽ talium figurarum ex corpore exitum ex continentis compreſſione.

Oſtendit quid accidit ex conſequenti animalibus ex reſpiratione. & dicit ꝙ per talem ingreſſum & compreſſionem atomorum in animalib⁹ accidit viuere & mori, & expirare & reſpirare. Quamdiu enim continens prævaluerit vt poſſit cõprimendo repellere atomos, ex quibus eſt anima & prohibere ingreſſum eorum, quæ ſunt exterius id adiuuantium, deficiente reſpiratione accidit mors ipſis animalibus. Alia litera habet. (Et amplius deforis ingrediens non poteſt prohibere) cum negatione. & tunc exponẽdum eſt ſic. Si continens exterius prævaluerit cõprimendo atomos interiores, & atomi, qui ingreſſi fuerant coadiuuantes animam non poſſunt prohibere impetum continentis. Propter defectum reſpirationis accidit mori animalia. mors enim non eſt aliud quã extruſio atomorum exiſtentium in animali ad exterius propter compreſſionem continentis. Deinde cũ dicit.

Cauſam

N. LEON. *Causam autem cur omnibus necesse est mori, nõ aptã ittcunq;, sed per naturam quidem senectute, præter naturam autem, uiolentia, nihil declarauit. at qui oportebat, quoniam aliquando quidem id fieri apparet, aliquando autê nõ apparet, utrum eadê causa extra est, aut intus.*

Causam autem quare omnibus quidem necessarium mori, nõ tamen quando contingit, sed secundum naturam quidem senectute. violentia autem præter naturam, nihil demonstrauit, quam uis oporteret. Quoniam aliquando videtur hoc factum, aliquando autem non videt, utrũ eadẽ causa extrinsecus est, aut intus.

Improbat prædictam positionẽ. Et diuiditur in duas, In prima improbat opinionem propter insufficientiam, secundo quia falsa, ibi {Si autẽ oportet.} Prima in duas. In prima improbat de insufficientia quantum ad assignationem causę mortis, secundo quantum ad assignationẽ causę respirationis, ibi} Non dicit autem. } In prima dicit ꝙ Democri. bene dedit causam propter quam quędã mors naturalis, quæ dicitur senectus, quædam præter naturam, quæ dicitur violenta, non dedit causam utriusq;, quia non eius quæ est per violentiam. et tamen hoc oportebat, quoniam videmus aliquando mori animalia violentia, sicut illa quæ suffocantur, aliquando videntur mori naturaliter, sicut illa quæ per senectutem. Oportet autẽ utriusq; istarum esse aliquam causam. & tunc illa causa, aut est extrinseca, aut intrinseca. sed ipse non tetigit eam. & sic manifestum est, quia insufficienter dixit quantum ad causam mortis. Secundo ibi.

N. LEON. *De origine quoq; spirandi nihil dicit, quæ illius sit causa, utrum extrinsecus, an intrinsecus. neq; enim quæ foris est mẽs auxilium seruat, sed intrinsecus spirationis & motionis procedit initium, nulla circunfusi aeris ui. absurdũ quinetiam est circunfusum aerem comprimere, et ingressum diducere. quæ igitur dixit ille, & qua rõne ferè sint huiusmodi.*

Non dicit autem neq; de principio respirandi quid causa, utrum intrinsecus aut extrinsecus. neq; enim q de foris intellectus seruat auxilium. sed intrinsecus principium respirationis fit & motus, nõ vt inferente vim continente. Inconueniens autem & simul continens cõprimere & ingrediens dilatare. Quæ quidem igitur dixit & quomodo ferè hæc sunt.

Improbat opinio Democriti. Improbat quãtum ad causam respirationis. Et dicit ꝙ de principio & causa respirationis quid sit, vtrum illud principium sit intrinsecũ vel extrinsecum nõ dixit. Nec videtur esse verum ꝙ atomi, qui sunt exterius, quos ille vocauit intellectum, sint causa respirationis præbendo auxilium atomis, qui sunt in animali: quia principium respirationis est ab intrinseco: & talis motus non videtur fieri ab inferente violentiam: quia iste motus semper durat quamdiu durat animal, violentia vero non sic. Iterũ, inconueniens est ꝙ continens ingrediens sit causa compressionis animalis: quia videmus ꝙ cum ingreditur, est causa dilatationis: quia idem secundum ꝙ idem, non est causa oppositorum simul. sed cõpressio & dilaratio sunt oppositæ: ergo cõtinens non est causa istorum simul. Ista igitur sunt quę posuit & dixit ferè. Deinde cum dicit,

N. LEON. *Verum si quæ prius dicta sunt uera esse existimare oportet: & non omnia spirare animalia, non de omni sanè interitu hanc adductam fuisse causam existimandum est, sed in ijs solum quæ spirant.*

A Si autem oportet putare vera esse prius dicta, & non omnia animalia respirare, nõ de omni morte causam putandum dictam esse hanc, sed solum in respirantibus.

Improbat opinionem Democriti in hoc ꝙ falsa & diuiditur in duas. Primo improbat in hoc ꝙ male assignauit causam mortis, secũdo in hoc ꝙ non bene assignauit causam respirationis. ibi} Quinimo} In prima dicit ꝙ si vera sunt quę dicta sunt superius, manifestum est quòd causa mortis, quã assignauit Democri. nõ est causa cuiuslibet mortis, sed solum in animalibus respirantibus: quia mors secundum ipsum non est aliud q̃ extrusio atomorum existentium in animali propter continens comprimẽs. Sic aũt nõ accidit in nõ respirãtibus. Secũdo ibi.

N. LEON. *Quamq̃ neq; de ijs ipsis recte. Palam autem est ex ijs,*
B *quæ accidunt, & ex huiusmodi quorum usum habemus omnes. in caloribus enim excalfacti magis spiratione indigemus magis, crebriusq; omnes spiramus. cum autem circunfusus frigidus fuerit aer, corpusq; adstrinxerit et compinxerit, spirit distineri contingit. at qui tunc oportebat eũ, qui deforis illabitur, extrusionẽ prohibere: nunc autẽ fit contrarium. nam quotiens non expirantibus copiosus calor, sese collegerit, totiens spirationis indigent opera. necessarium nanq; est inspirantes respirare: æstuantes autẽ refrigerationis causa crebro respirant, quãdo quod in proverbio facit, ignis ad ignem.*

Quinimmo neq; in his bene. Palam autem ex accidentibus, & talibus, quorum habemus omnes experientiam. In æstibus enim calefacti magis, & respiratione magis indigemus, &
C spissius respiramus omnes. Cum enim in circuitu fuerit frigidum, & constringatur, & compingatur corpus, detinere accidit spiritũ: q̃ uis tunc oportebat deforis ingrediẽtem, prohibere concussionem. nunc autem fit contrarium. quando autem multum valde congregatũ fuerit calidum non expirantium, tunc indigent respiratione. Necessarium autem inspirantes respirare. æstuantes autem frequenter respirãt, tanquã refrigerationis gratia respirãtes. Quãdo quidem dicitur, facit ignem super ignem.

Improbat in hoc ꝙ non bene assignauit causam respirationis in animalibus respirantibus. Et hoc manifestum
D est ex his, quæ accidunt circa respirationem. Iterum manifestum est ex talibus, quorũ omnes possunt habere experientiam. videmus enim ꝙ in æstate, quanto homines magis calefacti sunt, tanto magis indigẽt respiratione & frequentius respirant: sed, cum continens vndiq; frigidũ fuerit, & corpus constringitur & compingitur aer inclusus detinetur in animali, et potest diu infrigidare calidum & tamen secundum opinionem Democri. oportebat tũc fieri sepius respirationem, quia cum cõtinens est frigidũ corpus comprimitur. quare & atomi extruduntur. Erat autem respiratio necessaria vt prohiberetur extrusio & concussio ad exterius istorum atomorum. Quare tempore frigido, secundum ipsum respiratio est magis necessaria. Contrarium autem manifestum est. videmus enim ꝙ, cum calidum est multum & est valde vnitum & congregarum, tunc animalia spiratione magis indigent. Necessarium est autem animalia, quæ respirant aliquando inspirare & expirare si debeant saluari. quanto autem calidiora sunt, tanto frequentius respirant: quia respirãt gratia infrigidationis: quanto autem calidiora tanto magis

indigẽt

indigent infrigidatione. Ideo tunc frequentius respirant cum calidum cõtinentis augmentat calidum intrinsecũ.

LECTIO. IX.

Platonis de respiratione decretum, & ipsius improbatio.

N. LEON. *Quæ autem in Timæo scripta est circũpulsio, de alijs sanè nihil constituit animalibus quonammodo in illis calidi fit conseruatio: utrum eodem modo, an aliam ob causam, si enim solis ineſt terrestribus ſpiratio, dicenda erat causa cur solis: sin etiã alijs diuerso sanè modo, de eo quoq; determinãdum erat, si quidem omnia respirare possunt.*

IN Timæo autẽ scripta circũpulsio, de alijs animalibus nihil determinauit: quomodo ipsius calidi fit salus, vtrum eodẽ, aut propter aliam aliquam causam. Si enim solis campestribus quod respirationis existit, dicendum causam, quare solis. Si autem et alijs: modus autẽ alius, & de hoc determinãdum: siquidem possibile respirare omnibus.

Postquam Philosophus improbauit opinionem Democri, qui vsus est dicere omnia animalia respirare. In parte ista improbat opi. Platonis & Empe. Et diuiditur in duas, Primo improbat opinionem Platonis. secundo Empe. ibi{ Dicit autẽ de respiratione. } Adhuc prima

Improbat opio Platonis circa Respirationẽ. in duas. Primo improbat opinionem Platonis propter insufficientiam, secundo propter falsitatem. ibi{ Adhuc autem & sic. } In parte prima est intelligendum ꝙ Plato voluit ꝙ respiratio fit per quandam circumpulsionem aeris. dixit enim secũdum quòd apparebit statim, cum aer intra est calidus expellitur per os & poros, & ingreditur alius circunstans, & fit respiratio. Dicit ergo Aristo. ꝙ circũpulsio, de qua determinauit Plato in Timæo, quam dixit esse causę respirationis, insufficiens est in assignando causam respirationis, & insufficienter determinauit de respiratione: quia cum dixit ꝙ circumpulsio erat causa respirationis, dixit hoc esse in animalibus perfectis & campestribus: sed quomodo fit saluatio calidi in alijs animalibus imperfectis non dixit: vtrum eodem modo, quo in perfectis, aut aliter, & propter causam aliquã. Si enim sola animalia cãpestria respirant oportebit assignare causam: quare illa solum respirant. si autem alia respirant, & modus respirationis est alius, oportebit de hoc reddere causam huius, & determinare oportebit vtrum respirare insit omnibus animalibus. Secundo ibi.

N. LEON. *Præterea etiam commentitius causę illius est modus. quoniam per egressum caloris ore factum, circuniectum inquit aerem impulsum in eũdem ferri & incidere locum per raros camiũ meatus, unde internum exierat calidũ: quoniam nihil est inane, per illam quam ad se inuicem agunt antiperistasin. excalfactum autem rursum per eundem egredi locum, & intro per os circumpellere aerem, qui calidus inde exierat, & hoc continuo cum ſpirantes, tum exſpirantes facere.*

Adhuc autẽ & fictitius modus causæ. Exeũte enim extra calido per os, ambiẽtem pulsum aerem, latum incidere in eundẽ locum ait per raras existentes carnes. Vnde quod intra exiuit calidum propter nihil esse vacuum antiperistasim patientibus inuicem: calefactum autem iterum exire per eũdem locum et circumpellere intra per os aerem, excidentem calidũ. & hoc itaq; agere semp respirãtes, et expirãtes.

Improbat opinionem propter falsitatẽ. Et primo ponit eam, secũdo reprobat. ibi{ Accidit autem } In prima dicit ꝙ modus, secundum quem Plato posuit animalia terrestria respirare fictitius videtur esse & non verus. Dixit enim Plato ꝙ, cum aer interius est calidus, expellitur extra per os: & tunc aer, qui est extra, circũstans corpus, mouetur ad eũdem locum, in quo erat alius: & per os & per raras carnes, quę porositates habẽt. Mouetur autem aer interius, cũ expellitur calidus, ne permittatur vacuũ: ita ꝙ in eius motu fit quædam antiperistasis intrantis & egredientis. cum aũt ille aer calidus fuerit, exit per os: & alius intrat per raras & porosas carnes, & per os, & istud contingit fieri continue per totam vitam. Quamdiu autẽ fit hoc inspirant & respirant animalia. Secundo ibi.

N. LEON. *Contingit autem sic opinantibus prius inſpirationem fieri q̃ exſpirationem. Signum autem, quoniam utraq; res penes seſe uicissim peragitur. Moriẽtes autem exſpirãt: q̃obrem necesse est principium esse inſpirationem.*

Accidit autem sic putantibus, prius expirationem fieri q̃ inspirationem. Signum autem, fiunt quidem enim adinuicem hæc permutatim. Morientia autem expirant: quare necessarium esse principium inspirationem.

Posita opinione improbat eam. Et diuiditur in duas partes. In prima improbat opinionem. In secunda remouet quandam responsionem. ibi{ Sed etiam neq; alimenti. Prima in quatuor secundum quod quadrupliciter reprobat opinionem. secunda ibi } Adhuc autẽ cuius gratia. } tertia ibi{ Adhuc autem inconuenientes. } quarta ibi{ Inconuenientes autem. } In prima improbat opinionem Platonis in hoc ꝙ secũdum ipsum oportet ꝙ expirare primo insit animalibus. Et dicit ꝙ putantibus ꝙ respiratio fiat secundum modum prętactum accidit ꝙ expirare prius insit animalibus q̃ inspirare. Sed istud falsum est: & huius signum est, ꝙ inspirare & expirare fiũt permutatim adinuicem, ita ꝙ post vnum fit aliud: mors autem & vita sunt contraria: quare oportet ꝙ fiant motibus contrarijs. Sed videmus ꝙ morientia, vltimo expirant. Quare manifestum est quòd primo inspirant viuentia. Secundo ibi.

Prima improbationis.

Viuẽtius ſpira expira

N. LEON. *Præterea cuius rei gratia isthæc animalibus contingant, inſpirare inquam, & exſpirare, nihil sanè dixerunt qui hoc asserunt mõ, sed tanq̃ de re quadam, quæ temere fiat loquuntur, At qui isthæc cum uitæ, tum mortis dominari animaduertimus. cum enim ſpirare nequeũt quæcunq; ſpirant, ea tunc interire contingit.*

Adhuc autem cuius gratia hoc existunt animalibus. Dico autem respirare & expirare, nihil dixerunt hoc modo dicentes, sed velut de incidente aliquo enũciãt solum: quamuis principales causas hæc esse videamus viuẽdi & moriendi. cum enim respirare nõ potuerint, tunc accidit corruptionem fieri respirantibus.

Improbat Platonem in alio, scilicet in hoc ꝙ non potuit respirationem fieri propter aliquem finem, & dicit ꝙ illi, qui sic dicunt de respiratione, incõuenienter dicũt: quia non dicunt propter quem finem insit animalibus: sed loquuntur de istis, sicut de aliquibus, quæ cõtingunt à casu: & tamen istæ videntur principales causæ moriendi & viuẽdi. cum enim animalia respirantia nõ possunt amplius respirare accidit ea corrumpi. q̃diu possunt, viuũt. Non igitur ista casualiter accidunt, sed sunt principales causæ vitę & mortis, Tertio ibi.

Secũdus probat

Inſpir. & respir. sunt pales mortis viuẽdi

N. LEON. *Quin etiam absurdum est calidi quidem per os cum exitum, tum ingressum nos non latere. ſpiritus autem in*

pectus

pectus ingressum eiusdemq; rursus excalfacti egressum, nos latere.

Adhuc autem inconueniens calidi quidem per os exitum, & iterum introitum non latere nos. in pectus autem spiritus introitum & iterum calefacti exitum latere.

Tertia improbatio.

Tertio improbat ipsum in alio, scilicet in hoc q̄ posuit q̄ introitus aeris per os & exitus nō latent nos, sed introitus aeris per pectus & exitus latet nos: & Philosophus dicit q̄ istud inconueniens est q̄ nō lateat nos introitus & exitus aeris per os, sed per pectus & raras carnes lateat. Et ratio huius est, quia aer calidus extra sentitur & quantum ad alterationem, quæ est per calefactionem, & quātum ad motum. Similiter autem aer, qui ingreditur per poros carnis secundum Platonem videtur q̄ alterat pectus ad caliditatem & mouetur. Quare, si non lateat nos motus aeris per os, nec per pectus & etiam poros,

B

Quarto ibi.

N. LEON.

Absurdū quinetiā respirationē calidi esse ingressum: quandoquidem contrarium apparet. quod enim exspiratur calidum sanè est, quod inspiratur uero frigidum, at cum fuerit calidum, anhelantes respirant: quoniā enim id quod ingreditur non sufficienter refrigerat, crebro spiritum trahere contingit.

Inconuenienter autem & respirationem calidi introitum esse. videtur enim contrarium: qui quidem enim expiratur est calidus, qui autem inspiratur frigidus. quando autem calidus fuerit, anhelando respirant. Quia enim non refrigerant sufficienter ingrediens, multotiens accidit spiritum trahere.

Quarta improbatio Platonis.

C

Improbat ipsum quarto. Posuit enim Plato q̄ aer calefactus inspirabat. Hoc remouet dicens, q̄ inconueniens est q̄ aer calidus inspiretur: immo potius aer frigidus, cōtrarium enim apparet nobis ad sensum. Videmus enim q̄ illud quod expiratur, calidū est, quod inspiratur, frigidum: & quando aer ingrediens calefactus est, tunc anhelant. Et causa huius est: quia spiritus ingrediens non sufficienter potest infrigidare, & quanto aer inspiratus calidior est tanto citius inspirant. Deindee cum dicit.

N. LEON.

Verum enimuero neq; alimenti gratia existimandū est respirationē effici: quasi à spiritu intemus alatur ignis: & spirante quidem animali: tanquam igni fomitem sub ministrari, alito autem igne exspirationem fieri.

Sed etiam neq; alimenti gratia existimandū fieri respirationem tanquā alito spiritu eo, qui intus, igne & respirante quidem: quemadmodum si igni hypocauma adiciatur, alito autem igne fieri respirationem.

D

Rñio tacita ad rōnes Arist.

Remouet quandā solutionē, quæ posset dari ad quoddam, quod arguebatur contra Platonem. Et primo ponit responsionem, secundo reprobat, ibi {Hoc enim dicemus.} In prima dicit q̄ responsio, quam aliquis daret ad rationem quandam prius factam, nō valet. Improbatur enim Plato propter insufficientiam, quia nō dixit gratia cuius fit respiratio in animalibus. aliquis enim posset dicere q̄ respiratio fit vt per aerem inspiratum calidum interius nutriatur, & sit alimentum illius. Calidum enim continue agit in humidum consumendo ipsum: consumēdo autem ipsum debilitatur: igitur vt ipsum conseruetur fit respiratio, vt spiritu respirato nutriatur & augmentetur: sicut nos videmus q̄ ignis nutritur & cōseruatur cū apponitur aliquid hypocauma, siue incensum seu exhalatio calida, & sicca: alito autē calido fit exspiratio. Et Philosophus dicit q̄ inspiratio non fit vt spiritus inspiratus sit alimentum calidi interioris. Secundo ibi.

N. LEON.

Eadem enim rursum ad hanc rationē afferemus, quæ ad Priores attulimus. in alijs etenim animalibus istuc ipsum accidere oportebat: aut aliud sanè, quod huic proportione respōderet. omnia nanq; vitalem habēt calorē.

Hoc. n. dicemus rursum, et adhunc sermonem, quæ quidē et ad priores. Etenim in alijs animalibus oportebat hoc accidere, aut proportionale huic. Omnia enim habent caliditatem vitalem.

Improbat rñio tacita

Improbat istam responsionem per duas rationes, secūda ibi {Deinde & fieri.} In prima dicit q̄ contra istam responsionem dicemus quod contra priores dictum fuit. Si enim in animalibus terrestribus sit inspiratio propter nutriendum calidum, oporteret calidum in alijs animalibus nutriri per spiritum inspiratum, cum non possit saluari sine infrigidatione: & omnia talia habeant caliditatem vel ad minus habeant aliqd proportionale huic: sed istud non apparet. Secundo ibi.

N. LEON.

Præterea calidum ex spiritu effici, quo nam oporteat modo dicere, commento est simile. id enim ex alimēto fieri cernimus magis. contingit autem per id alimētum capere, & excrementum eijcere. quod tamen in alijs fieri non uidemus.

Deinde & fieri calidū ex spiritu quo oportet mō dicere, fictitium. Magis enim ex alimēto hoc factum videmus. accidit autē secundū hoc suscipere alimentum & superfluum emittere. Hoc autem in alijs non videmus factum.

Ponit secundam rōnem ad hoc. Et dicit q̄ dicere q̄ calidum nutriat ex spiritu, & q̄ ita oporteat, dicere fictitiū est. Et dr fictitiū q̄ nō concordatur apparentibus q̄ calidum nutriat à spiritu inspirato, sed ex nutrimento magis. ex alimento. n. generatur humidum, quod est subiectum calidi: & ideo oportet sumere alimentum & emittere superfluum. alimentum enim in principio contrarium est, & ideo oportet ipsum alterari & transmitere, & iterum habet aliquid impurum: & ideo oportet q̄ illud abijciatur. Et ideo aliquid habet purū, et aliquid impurum, hoc autem nō est factū, si calidū nutriatur à spiritu inspirato.

LECTIO. X.

Empedoclis de Respiratione sententia & ipsius redargutio.

N. LEON.

De rèspiratione etiam mentionem facit Empedocles, sed neq; cuius gratia fiat.

DIcit autem de respiratione et Empe. nō tamen cuius gratia.

Postquam Philosophus improbauit opinionem Platonis de modo respirādi, improbat opinionem Empedoclis de insufficiētia, secundo de falsitate, ibi {Fieri aūt.} Adhuc prima in duas. Primo facit quod dictum est, secūdo infert corollariū, ibi {Propter quod quidē.} Adhuc tria facit. Primo improbat ipsum in hoc quod non dixit gratia cuius fieret respiratio, secundo in hoc q̄ modum respirādi nō declarauit in omnibus animalibus. ibi {Nec de omnibus.} tertio q̄ posuit respirationē solum fieri p̄ nares. ibi} Et de ea. In prima dicit q̄ sicut alij insufficienter dixerunt de respiratione, ita. Empedo. cū. n. loqueret de respiratione nō fecit mentionē gratia cuius hoc fit: hoc aūt oportebat, et ideo insufficiēter dixit. Secūdo ibi.

N. LEON.

Neq; de oībus palam facit aīalibus spirēt illa, necne.

Neq; de omnibus animalibus quicquam facit manifestum, siue respirent, siue non.

Reprobat

Reprobat in hoc q̄ modum respirandi non declarauit in omnib⁹ animalibus. Et dicit q̄ in alio similiter defecit q̄ nō declarauit, vtrum omnia animalia respirēt vel nō, quod oportebat. Et si quædam sint quæ non respirent, quomodo & per quem modum fit infrigidatio in istis quæ non respirant, non declarauit. Tertio ibi.

NOTEON. *De ea prætereà, quæ per nares fit respiratione uerba faciens, de precipua loqui respiratione arbitratur. Contingit etenim cum per arteriam ex pectore spirare, tum etiam per nares, ipsis autem sine illa spirare non licet naribus. Et alioquin ea quæ per nares fit respiratione si priuentur animalia, nullum incurrunt detrimentum. si uero hac, quæ per arteriam fit, orbentur, intereunt. natura nanq; non ex proposito ea, quæ per nares est, spiratione ad nonnullorum animalium olfactum abutitur.*

Et de ea quæ per nares respiratione dicens, putat & de principali dicere respiratione. Est autem per arteriā ex pectore respiratio, & quę per nares. Ipsis autem naribus sine illa non est respirare: & ea quidē, quæ per nares fit, respiratione priuata animalia nihil patiuntur, ea autem quę secundum arteriam, moriuntur. Vtitur enim natura exabundati ea, quę p nares respiratione, ad odoratum quibusdā animalium.

Respiratio duplex fit. Improbat ipsum in hoc quod posuit solum respirationem per nares. Et dicit, quòd Empedo, loquens de respiratione, quæ fit per nares, credebat sufficienter determinare de respiratione. sed hoc non est verum. est enim quędam respiratio per nares: alia per vocalem arteriam. Ista vero quæ est per vocalem arteriam, est principalis: quia illa quæ fit per nares non est sine alia. Aer enim qui inspiratur per nares transit per vocalem arteriam. illa autem est per vocalem arteriam, & potest esse sine illa, quæ est per nares. & hoc patet, quia priuata illa respiratione non moriuntur animalia, sed priuata illa, quæ est per arteriā, moriuntur animalia. Vnde sicut natura lingua vtitur ad duo, ad gustum & ad loquelam, ita naribus vtimur ad duo, & hoc propter bene esse quasi ad respirationem & olfactum: & hoc in q̄busdam animalibus. sunt enim quædam animalia, quæ porum odorationis habent coopertum quadam caruncula, & non odorant talia nisi amoueatur illa caruncula, hoc autem fit per inspirationem & expirationem. quædam sunt animalia, quæ habent porum odorationis discoopertum, & talia statim ad præsentiam odorabilis odorant: sicut animalia, quæ non habent aliquod velamen super oculos, sicut palpebras, statim vident ad prę sentiam visibilis, ita talia animalia prę sente odorabili percipiunt odorem: & in talibus natura nō vtitur naribus ad olfactum. In primis autem animalibus vtitur naribus ad olfactum & respirationem, quia melius & citius fit infrigidatio & per nares & per arteriam q̄ per arteriam solum. Et hoc innuebat Philosophus cum dixit (quibusdam animalium.) Deinde cum dicit.

Natura vtit lingua & naribꝰ ad duo

NOTEON. *Quamobrem odoratu quidem omnia fere participāt animalia: omnibus autem idem non est sensiterium. de ipsis autem manifestius in alijs est pertractatum.*

Propter quod quidem odoratu ferè participant omnia animalia. Est autem non omnibus idem organum sensus. Dictum est autē de ipsis in alijs planius.

Infert corollarium. & est hoc. Ita dictum est q̄ natura vtitur ex abundanti naribus pp olfactum & respirationem, & hoc in quibusdā ad olfactum, ita q̄ in quibusdā ad respirationē, in quibusdā ad olfactū. Propter hoc enim ferè oīa aīalia odoratu participant, tñ non est organū eodem mō dispositū in omnibus animalibus. Nam quædā habent organum olfactus quadam pellicula coopertum, quædam nō: sicut dictum est alibi, scilicet libro de Sensu & Sensa. Et dicit ferè, propter animalia imperfecta, quæ solū tactum habent, vel cum hoc gustum, secundum q̄ est quidam tactus. Deinde cum dicit.

NOTEON. *Fieri autem afferit inspirationem & exspirationem, quoniam uenæ sunt quædam, in quibus sanguis quidem inest, non tamen plenæ sunt sanguine. Meatus autem in eum, qui extrinsecus est, habent aerem, corporis quidem partibus tenuiores, aeris uero ampliores. proinde cum sanguis, cum sursum, tum deorsum moueri naturā habeat: si quidem deorsum feratur, influere aerē & inspirationē fieri, sursum uero lato foras effluere, exspirationemq; fieri eiusmodi assimilans accidens Clepsydris.*

Fieri autem ait respirationem & expirationem, propter venas eē quasdā, in quibus inest quidem sanguis, non tamen plenę sunt sanguine. habent autem poros in eum qui extra aerem, partibus quidē corporis minores, his autem quæ aeris maiores. Propter quod sanguine nato moueri sursum & deorsum: deorsum quidem lato influere aerem, & fieri respirationem, sursum autē procedente excidere extra, & fieri respirationem, assimilans quod accidit clepsydris.

Empe clis pla

Reprobat opinionē Empe. Et primo ponit eam diffuse. secundo reprobat. ibi {Respirant autem.} Adhuc circa primum duo facit. Primo ponit opinionem, secundo verba eius. ibi {Sic autem respirant.} In prima dicit q̄ Empedo, posuit fieri respirationem & expirationem isto modo. Dixit enim q̄ in corpore animalis sunt quædam venę, in quibus est sanguis. Sunt enim venæ vehiculum sanguinis, tamen dicebat q̄ istæ venæ nō sunt plenæ sanguine: et istæ venæ, in parte exteriori versus superficiem corporis habent poros minores q̄ sint partes corporis, sed maiores sunt q̄ sint partes aeris. Modo dicebat q̄ cū sanguis natus esset moueri & superius & inferius, cū moueretur interius, aer sequtur & subintrat, & fit inspiratio: & cum mouetur exterius, aer egreditur & fit exspiratio: & iterum, cum mouetur ad interius aer subintrat & fit inspiratio: cum autem ad exterius fit expiratio, & sic cōtinue. Et assimilabat hoc ei qđ in clepsydris. Clepsydra est corpus vnum, quod habet unum foramen ad suum superius, & habet multa ad inferius: cū autē ponitur in aqua ex parte inferiori in qua sunt multa foramina, tunc aer expiratur per foramē superius: cum autem aqua descendit per illa foramina, aer sequitur. sic in proposito, cum sanguis, qui est in venis exūdat ad exterius, expellitur aer & fit expiratio: cū autem mouetur ad interius, sequitur aer & fit inspiratio. Secundo ibi.

Sic respirant omnia & exspirāt: [a] cunctis sanguipriuæ
Carnium [b] fistulæ [c] extremum per corpus extendantur:
[d] Et illis [e] oribus crebris perforatæ sunt [f] fulcis,
Narium ultimæ longitudines per totū ut [g] clarum qdem
[h] Occulat: [i] æthtei uero facile iter [k] gemina diuidi uia:
Inde quidem quando [l] excitus [m] tener fuerit sanguis,
[n] Aether reboans descendet [o] fluctu uehementi:
Quando autem refilit exspirat rursus: ut cum puella,

Sic autem respirant omnia & expirant. Omnibus deficientes sanguine, carnium cannales in vltimis secundum corpus tenduntur & ipsis

oribus

ipsis oribus spissis simul perforatę sunt cannasibus narium vltimæ summitates per totum, vt exundans quidem occultetur. ætheri autem facile iter duplici via pateat. Quapropter cum redierit tener sanguis: æther calens descendet tumore magno: cũ autem exiliat iterũ expirat.

A

Ponit verba Empe, & facit duo. Primo ponit verba & opinionem, secundo manifestat per simile. ibi {Quemadmodum cum puella. } In prima dicit ꝙ animalia sic inspirant & expirant. In omnibus enim animalibus cannales carnium, ideſt venæ in carnibus existentes, deficiẽtes sunt sanguine, ideſt si non sunt plenæ sanguine & protenduntur secundum corpora vsq; ad vltima, ideſt vsq; ad superficies: & post posita sunt orificia venarum & vltimæ summitates venarum perforatæ sunt, ita vt sanguis possit exundare per motum ad summitates illas: & postmodum regredi ad inferius, ita ꝙ aeri tunc patet duplex via intrandi. vna per nares, alia per poros siue per orificia venarum. Cum sanguis propter hoc tener reuertitur ad inferius, aer magno motu descendit: & tunc fit inspiratio: cum autem iterum sanguis exundat, expellitur aer, et fit exspiratio. Secundo ibi.

B

Clepsydris ludens [a] bene deducti æris.
Quando quidem super fistulæ [b] transitum pulchram imponens manum.
In aquæ merserit tenerum corpus [c] argenteæ.
Non iam in uas [d] imber ingreditur: sed illum prohibet
Aeris moles intrinsecus incidens ad foramina crebra:
Donec adaperiat [e] densum fluxum: uerum postea.
[f] Spiritu deficiente pulchra ingreditur aqua.

N. LEON. a. i. cõflati & malleo deducti. b orificium c. i. cãdidæ d. i. aqua e aeris. f. f. i. aere

Quemadmodum cum puella de clepsydra ludens per bene malleatum æs: cum quidem fistulæ aperturam obstruens formosa manu in aquæ clare tinxerit delectabile corpus: neq; in vas aqua ingreditur, sed prohibet aeris moles, interius cadens ad foramina spissa, donec reuelauerit crebrum fluxum. Deinde uero spiritu deficiente ingreditur aqua munda.

C

N. LEON.

Probat per simile. Et primo facit hoc, secũdo applicat ad propositum. ibi {Eodem autem modo. } In prima dicit ꝙ, sicut cum puella aliqua tenet clepsydram, quæ quidem est de ære bene malleato, & vult bibere cum ea: & manu sua formosa claudit & obstruit foramen superius, & ponit clepsydram in aqua clara, quæ est corpori delectabilis: & ponit in aqua, non ingreditur aqua, quia aer intus existens prohibet aquam intus ingredi per foramina spissa, donec remouerit manum: & tunc aer crebro expelletur & aqua subintrabit. Cùm enim spiritus expellitur intrat aqua. Secundo ibi.

D

a. i. vasis ærei. b. i. orificio c. i. aer d aquam e. i. foramina f. i. meatus g supficiem h. puella. f. i per latas vias. i. venas k. i. deorsũ latus fuerit l. i. aer ne ingrediẽ ne ceu fluct? 2. venis impulsus o. i. sursum latus fuerit r. sanguis p aer. f. q. i. similit r. i. extra.

Similiq; modo quãdo aqua quidem profundum [a] habuerit æris,
[b] Transitu obturato humana manu, siue meatu:
c Aether extrinsecus ingredi cupiens [d] imbrem arcet
[e] Circa portas resonantis [f] isthmi [g] extrema obtinens:
Donec manu [h] remittat tunc rursus contra q̃ prius
Spiritu ingruente, pulchra defluit aqua. [s]
Simili fere modo tener sanguis conturbatu [i] per plateas
Cum retrocedens irruerit [k] ad intimum.
Alter illico [l] fluxus [m] aduenit [n] fluctu prouens:
Cum autem exiluerit, rursus exspirat æquale retro.
Hæc de spirandi ratione dixit ille.

Eodem autem modo cum aqua quidem habeat ſm profunda aeris. Cannali autem obstructo humana manu & poro: aer autem deforis intus angustatus aquam prohibet circa portas cannalis male sonantis extrema obtinẽs, q̃diu manu obstruatur. Tunc aũt iterũ cõtra quam prius spiritu incidẽte, effluit aqua munda. Sic autem & delectabilis sanguis exundãs per mẽbra, cum ipse retro actus redierit ad intimũ, alterum mox rheuma descẽdit tumore impetuoso. Cumq; exilierit, iterum expirat & æque postea. Dicit quidem igitur hæc de respirare.

Empedocles.

Applicat ad propositum. Et *dicit* ꝙ sicut clepsydra se habet cum aqua posita in ea, ita quòd aer existens in clepsydra fit profundatus in aqua, foramine tamen superiori obstructo cum manu, tunc aer intus existens extrema clepsydrę obturat, & prohibet ne aqua ingrediatur. Et istud contingit quamdiu foramen exterius clauditur manu: cum autem foramen aperitur, aer egreditur, & aqua tunc ingreditur. *Similiter* dicit accidere de respiratione, quia cùm sanguis delectabilis per membra exundans redierit ad intimum corporis, tunc fit rheuma, & aer descendit motu quodam impetuoso, & fit inspiratio: cum autẽ sanguis iterum exit exspirat, & eodem modo fit postmodum. Sic igitur loquebatur de inspiratione & expiratione Empedocles. Deinde cùm dicit.

spirant autem ut diximus, quæcunq; id per arteriam manifeste faciunt, per os simul & per nares. N. LEON.

Respirant autem quemadmodum diximus manifeste respirantia per arteriam, per os simul, & per nares.

Improbat prædictam opinionem: & primo præmittit quoddam necessarium, secundo improbat. ibi {Quare si quidem. } In primo dicit ꝙ manifestum est sicut dictum est, ꝙ animalia respirant per os & nares & per arteriam simul. Quãdoq; autem inuenitur respirare per arteriam: & quamuis non per nares. Secundo ibi.

Improbat opinio. Empedocles.

Quamobrem, si de hac sanè loquitur spiratione, necessario quærendum est quo nam congruet modo dicta ratio, quandoquidem contrarium uidetur accidere. at tollentes enim locum perinde ac folles in ærariis officinis respirant: attollere autem calidum, uero ost cõsonum: nec non sanguinem calidi obtinere locum. deprimentes autẽ & constringentes, ut ibi folles exspirant. nisi ꝙ ibi quidẽ non per idem aerem accipiunt, & rursus reddunt, cum in spirantibus per idem fiat, Si autẽ de ea quæ per nares tantum fit asserit, magnopere deceptus est. respiratio enim non est narium propria, sed per canalem eum. qui iuxta guttur est, ubi extremũ est palati, perforatis naribus procedit. atq; partim spiritus hac, partim per os tum egredit æque, tum ingreditur. Quæcunq; igitur ab aliis de spiratione sunt dicta, tales & tantas habent difficultates. N. LEON.

Quare siquidem de hac respiatione dicit: ne cessarium querere quomodo congruit dicta ratio causę. Videtur enim contrarium accidẽs Eleuãtes quidẽ enim locum, quemadmodum folles in ærariis, respirãt, attollere aũt calidũ rationabile. Habere autem sanguinem calidi locum. Comprimentes autem et deponẽtes quẽ admodum ibi folles expirant. Veruntamen

ibi quidem non ſecundum idem ſuſcipiunt aerem: & iterum emittunt: reſpirantes autem ſecundum idem. Si autẽ de ea quæ ſecundum nares eſt dixit ſola, multum peccauit. nõ enim eſt reſpiratio narium propria, ſed ſecundum cannalem, qui circa guttur, ſecundum quod extremum palati in ore ſimul perforatis naribus cedit: hoc quidem ſic ſpiritus. hoc autem per os ſimiliter exiens & intrans. Ab alijs quidem igitur dicta de reſpiratione, tales & tantas habent difficultates.

Improbat. Et dicit q̃, ſi Emp. inquirit de reſpiratione, quæ eſt per arteriam, dubitationem habet neceſſariam, qũo cauſa, quam ponit de reſpiratione, ſit cõueniens: qa cõtrarium videtur accidere. Videmus enim q̃, cum animalia inſpirant q̃ pectus inflatur & eleuatur, ſicut videtur in follibus q̃, cùm aer inſpiratur per folles q̃ inflãtur: ſic eſt in propoſito, q̃ cùm aer inſpiratur, inflatur pectus & eleuatur. Rationabile. n. eſt calidum extollere, qa ſanguis habet locum calidi. cum aũt pect⁹ deprimitur ſicut folles, tunc aialia exſpirant. Tamen dr̃ia eſt, quia animalia ſm eandem partem inſpirant & exſpirant aerem: ſed folles non ſm eandem partẽ emittunt aerem & inſpirant, & ſic apparet q̃ contrarium accidit, q̃ ſicut Empedocles voluit. dicebat enim q̃, cum aer inſpiratur comprimitur pectus, cum aũt expellitur, eleuatur. Si aũt Empe. ſolum loquatur de reſpiratione, quæ fit per nares, multum erravit: quia reſpiratio, quæ fit per nares, non eſt propria animalibus: ſed illa, quæ eſt per vocalem arteriam, quæ continuatur à pulmone vſq; ad extremum palati, in quo quidem eſt foramen, & aer per os intrat, & exit & per nares. In fine cõcludit dicens q̃ dicta ab alijs de reſpiratione talis habẽt dubitationes, & tantas, ſicut iam dictum eſt.

LECTIO XI.

N. LEON. Quædã prius dicta repetuntur, quibus quomodo in animalibus vitæ breuioris refrigeratio fiat, manifeſtum fit.

Quoniam autem dictum eſt prius q̃ viuere, & ipſius animæ habitus non niſi cum quadam eſt caliditate: cõcoctio nanq; per quam alimentum animalibus præparatur, ſine anima, aut calore non conficitur: igne nanq; omnia operantur.

QVoniam autem dictum eſt prius quòd viuere & animæ habitus: cum caliditate quadam eſt. Cõcoctio. n. qua nutriuntur animalia neq; ſine anima neq; ſine caliditate eſt. igne enim omnia operatur.

Poſtq̃ Philoſophus reprobauit opiniones aliorũ de reſpiratione, determinat de ipſa ſm opinionem propriam. Et diuiditur in duas. In prima repetit quędã determinata prius, ſecũdo de ipſa, proſequitur, ibi {Qm̃ aũt animaliũ.} Prima in tres. In prima repetit quod dictum fuit de neceſſitate calidi & loco, ſecundo repetit quod dictũ eſt de corruptione calidi, ibi {Corruptio aũt ignis,} tertio repetit quod dictum eſt de neceſſitate reſpirationis, ibi {Quare neceſſe eſt fieri.} Adhuc prima in tres. In prima reperit quod dictum eſt de neceſſitate calidi, ſecũdo quod dictũ eſt de loco, ibi {Propter quod quidem,} tertio ponit incidẽs. ibi {Alias quidẽ igitur.} In prima repetit quod dictum eſt de neceſſitate calidi, ſecundo quod dictum eſt q̃ anima eſt forma ſubſtantialis corporis & habitus, & q̃ ipſa eſt principium viuendi: ita q̃ viuere eſt ab ipſa, manifeſtũ eſt q̃ anima non eſt niſi cum caliditate. & hoc declarat, qm̃ illo indiget anima de neceſſitate, quo operatur & ſine quo non poteſt operari: hoc autem eſt calidũ. Anima enim habet nutrire, hoc vero non poteſt niſi per alimentum: alimẽtum autem oportet aſſimilari rei alendæ.

E Oportet igitur ipſum alterari & digeri. ho cautem nõ fit niſi per calidum, eſt igitur anima & ſecundum q̃ eſt forma, & ſm q̃ operatur. cum calido. Secundo ibi.

Iccirco in quo principali corporis loco, & in qua prima primi loci parte, principium eſſe huiuſmodi neceſſe eſt ibi primam altricem ineſſe animam eſt neceſſarium.

N. LEO.

Propter quod quidẽ in quo primo loco corporis & i qua prima loci huius parte principiũ: neceſſarium eſt eſſe tale, hic & primam nutritiuam animam neceſſarium eſt exiſtere.

Repetit quod dictum eſt de loco. & facit duo. Primo oſtendit q̃ iſtud calidum inuenitur in quo inuenitur principium nutritiuum, ſecundo oſtẽdit quis eſt locus ille. ibi {Iſte aũt eſt.} in prima dicit q̃, quia dictũ eſt q̃ anima indiget in ſua operatione caliditate, propter hoc neceſſarium eſt principiũ caliditatis eſſe in illo loco & in illa parte corporis, in quo eſt principiũ nutritiuum. & rõ huius F eſt, qm̃ in illa parte in qua eſt principium nutritiuũ oportet eſſe illud, ſine quo non poteſt operari: hoc aũt eſt calidum: quare manifeſtum eſt q̃ in illo loco & in illa parte corporis, in qua eſt principium nutritiuum, oportet eſſe primum principium caliditatis. Secundo ibi.

Primũ principiũ caliditatis eſt in parte corporis qua ẽ principium nutritiuum.

Hic autem medius ſanè eſt locus illius, quod alimentum recipit, & unde excrementorum dejectiones fiunt. Quod in exanguibus quidem nullum habet nomen, in ſanguine uero præditis, id membrum eſt cor.

N. LEO.

Iſte autem eſt medius locus ſuſcipientis alimentum: & ſm quem emittũt ſuperfluum. ex ſanguinibus quidem igit̃ inominatum, ſanguinem habentibus autem, cor hæc particula eſt.

Oſtendit quis eſt locus iſte. Et primo facit hoc, ſecũdo probat quoddam acceptum. ibi {Alimẽtum quidem.} In prima dicit q̃ iſte locus eſt medius ſuperioris, ſm q̃ re G cipiunt alimentũ: & inferioris ſm q̃ emittunt ſuperfluum. & in non habentibus ſanguinem locus ille inominatus ẽ: in habentibus ſanguinem particula illa, in qua eſt principium caliditatis, eſt cor. Secundo ibi.

Principiũ caliditatis eſt in corde in habentibus ſanguinem, locus ille inominatus.

Porro alimentũ, ex quo animalium cõſtituuntur partes, ſanguinis eſt natura: Sanguinis autem & uenarum idem eſſe principium eſt neceſſe, alterius enim gratia eſt alterum, ut uas & recipiens. uenarum autem origo in ſanguine præditis eſt cor: nõ enim per id, ſed ex illo omnes ſanè ſunt annexæ: quod ex Diſſectionibus palã eſſe poteſt.

N. LEO.

Alimentum quidem enim ex quo iam fiunt partes animalibus, ſanguinis natura eſt. ſanguinis autem & venarũ idem principium eſſe neceſſarium. alterius enim gratia alterum eſt, vt vas & ſuſcipiens. Principium autem venarum H cor, ſanguinem habentibus. non enim p hoc, ſed ex hoc protractatæ omnes exiſtunt. Palam autem hoc nobis ex Anatomijs.

Declarat quoddã dictũ. Dixerat. n. q̃ in habentib⁹ ſanguinem particula illa, in qua eſt principiũ caliditatis, eſt cor. hoc declarat. Et dicit q̃ vltimũ alimentũ eſt ſanguis ex quo fiunt partes animaliũ: ſed ſanguinis & venarum cor ẽ principiũ. Et iſtud neceſſariũ eſt, qa vena fit gratia ſanguinis, ſicut vas ſuſcipiẽs aliqd eſt grã illius, qđ ſuſcipit. Sed principiũ venarũ eſt cor in habentibus ſanguinẽ. & hoc declarat p ſignũ: qa venæ nõ penetrãt cor, ſed pcedunt à corde ad ſingulas partes. Et iſtud manifeſtũ eſt cõ ſyderãtibus anatomiã: qm̃ cor eſt principium ſanguinis: ſed idem eſt principiũ ſanguinis & caliditatis. Quare in corde eſt principium caliditatis. Deinde cum dicit.

Alimẽtũ ẽ timũ ẽ ſanguis ex q̃ fiũt partes animaliũ.

Et aliæ quidem animæ poteſtates ſine altrice eſſe non

possunt: quam uero ob causam in iis, quæ de Anima sunt A
præmissa dictum est prius: hæc autem sine naturali igne
non consistit: hac enim in parte natura illam ignivit.

Alias quidem igitur virtutes, animę impossibile existere sine nutritiua, propter quam autem dictum est prius in his quæ de Anima. hanc autem sine naturali igne. In hoc. n. natura collocauit ipsam.

Secundo

Ponit incidens. Et dicit ꝙ alias virtutes animæ nō est possibile esse sine nutritiua in mortalibus, pura rationalē generatiuam, sensitiuam, sed nutritiuam possibile est esse sine alijs. Causa autem huius dicta est in his quæ de Anima. Ratiocinatiuū. n. in his nō est sine sensitiuo: quia intelligētem necesse est phantasmata speculari. sensitiuum non est sine nutritiuo: quia necessario indigent nutrimento, quod non præparatur sine nutritiuo principio. ecōtrario autem nutritiuum est sine alijs, quia prius secundum B
viam generationis sine posteriori contingit esse, sicut sensitiuum sine intellectiuo, aliæ autem virtutes non sunt sine nutritiuo. Similiter & manifestum est, quia nutritiua non potest esse sine naturali caliditate. natura enim collocauit nutritiuam in calido & igne. Deinde cum dicit.

Virtº nutritiua colocata est a natura in calido & igne.

N. LEON.

Ignis autem interitus, ut præmissum est extinctio est,
& exiccatio.

Corruptio autem ignis, quemadmodum dictum est prius, extinctio, & marcor.

Lec. quarta circa medium libri de iuuētute & Senectute.

Repetit quod dictum est de corruptione calidi. Et primo præmittit duplicē corruptionem, secūdo manifestat eam, ibi {Extinctio quidem.} In prima dicit. Sicut dictū est prius, duplex est corruptio calidi: vna, quæ dicitur extinctio, quæ fit à contrario: alia, quæ dicitur marcor, quæ fit à senectute. Secundo ibi.

N. LEON.

Extinctio quidem est, quæ fit à contrarijs: quamobrē C
à continentis frigiditate, uniuersus, & celerrimæ, quoniā
diuulsus extinguitur. Et hic quidem uiolentus est interi-
tus, qui perinde in anima præditis, & illa carentibus cer-
nitur. instrumentis enim quibusdam diuiso animali, &
ob nimium frigus gelu astricto, interire contingit.

Extinctio quidē quę à contrarijs. propter quod quidem subito quæ à continentis frigiditate, & quàm celeriter extinguitur distractus: hæc quidem igitur corruptio violenta. Similiter in animatis, et in inanimatis. Etenim organis diuiso animali, & congelato propter frigoris excellentiam, moriuntur.

Manifestat. Et primo primam, secundo secundam. ibi {Marcor aūt.} In prima dicit ꝙ illa corruptio, quæ dicitur extinctio, fit à cōtrarijs: & ꝓpter hoc videmus ad sen D
sum ꝙ calidum corrumpitur citò à frigiditate continentis cum est excellens: & multū citò corrumpitur, cum calidum distrahitur à frigido. Et ideo manifestū est ꝙ ista corruptio est uiolēta, et fit duobus modis. vno modo agēdo in humidum & ingrossando ipsum: & ꝙ consequēs diminuendo ipsum, alio modo, cum frigidum circūstando calidū fortificat ipsum: & ipsum fortificatū cōsumit suū humidum, quod erat subiectum ipsius: quo consumpto corrumpitur calidum. Talis aūt corruptio non solum fit in animatis, sed etiam in inanimatis: quia videmus ꝙ cū animal diuiditur in partes organicas & infrigidatur, ꝙ moritur aī al, & partes animalis, & calidū. Secūdo ibi.

N. LEON.

Exiccatio uero ob caloris est copiam: etenim si excel-
lat quod circumiectum est calidum, siue alimentum non
capiat, interit quod ignitū est nō frigore, sed exiccatione.

Marcor autem propter multitudinem calidi-
tatis. Etenim si excedat, quòd in circuitu calidum, & alimentum non accipiat, corrumpitur quod ignitum, non infrigidatum, sed marcorem passum.

Manifestat secundam corruptionem. Et dicit quòd illa corruptio, quæ dicitur marcor, accidit propter multū calidum & excellens. cum enim calidum circunstans humidum est excedens, si non recipiatur alimentū, corrumpetur calidum, nō corruptione quæ dicitur extinctio, sed marcore, siue per suffocationem. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Quamobrem necesse est refrigerationem fieri, si salu-
tē assęq debet: id. n. auxilio est ad eiusmodi corruptionē.

Quare necesse fieri refrigerationē, si debeat salutem adipisci. hoc enim auxiliatur ad hanc corruptionem.

Recolligit quòd dictum est de necessitate refrigerationis. Et dicit, Ita dictum est quòd excellens calidum causa est corruptionis calidi, quod de necessitate requiritur si debeant viuere animata. Ex hoc concludit quòd necesse est fieri refrigerationem si calidum debeat saluari: quia si non fiat refrigeratio augmentatur calidum: istud autem facit ad corruptionem ipsius, sicut dictum est prius.

Lec. quinti libri de iuuētute & senectute.

Deinde cum dicit.

N. LEON.

Quoniam autem animalium alia quidem in aquis,
alia uero in terris uitam agunt, ijs quæcunq; pusilla sunt
omnino, & quæ sanguine carent, refrigeratio, quæ exci-
dunstanti fit aqua, aut aere contra eiusmodi interitum
satis sufficiens est auxilium. cū enim exiguum habeant
calidū, parum sanè indigent auxilio. Quamobrem eius-
modi fere omnia breuioris sunt uitæ: ad utrūq; enim mo-
dico indigent momento.

Quoniam autem animalium hæc quidem aquatilia, hæc autem in terra faciunt conuersationem. horum paruis omnino & exanguibus facta ex cōtinente, aut aqua, aut aere infrigidatio, sufficiens est ad auxilium corruptionis hmōi. Modicum enim habentia calorem, modico indigent auxilio. Propter quod & breuis vitæ fere omnia talia sunt. ambo enim existentia modica sortiuntur inclinatione.

Duplex genus animaliū. Animaliū pars nitº sine sanguine quōfiat infrigidatio sufficiens à continente.

Prosequitur de illa respiratione. Et diuiditur in duas, In prima determinat de modo respirandi, & de respiratione in animalibus non habentibus sanguinem, In secunda in habentibus sanguinem. ibi {Sanguinem autem habentibus.} Prima in duas. Et primo dat modum & causam refrigidationis in habentibus sanguinem, In secunda manifestat quædam suppositā prius. ibi {Sanguinem adhuc.} Prima in duas. Quia enim animalium nō respirantium, quædam sunt longioris vitæ, quædam breuioris vitę, primo declarat modum infrigidationis in animalibus breuioris vitæ, secundo in animalibus longioris vitæ. ibi {Quæcunq; autē longioris vitæ.} In prima dicit ꝙ animalium quædam habitant in aquis, & dicuntur aquatilia: & quædam in terra, siue cōuersationem faciunt in terra: & dicuntur terrestria. Horum autem animalium siue sint aquatilia siue terrestria, quæ quidem parua sunt & sine sanguine penitus, sufficienter refrigeratio fit ex continente, siue fuerit contines aer, siue aqua, ita ꝙ per huius infrigidationem iuuantur, ꝙ calidum saluatur in ipsis & non corrumpitur. Et ratio huius est, si quòd fiat infrigidatio sufficiens à continente, quia talia animalia modicam habent caliditatem: ideo modica indigēt infrigidatione: & ꝓp hoc omnia ista aīalia ferè breuis vitæ sunt, & cito deficiunt. Et dicit ferè, propter multa anima

lia talia quæ multum durant: quia in illis calidum bene proportionatum est humido, cum enim talia animalia ẽt participent vita, & indigeant respiratione: vtrũq; sortiũtur per modicam inclinationem, Vitam quidem per modicum calidũ: refrigerationem ipsius per ipsum continẽs.

Obiectio. Sed posset alicui videri q̃ istis aialibus non fiat sufficiẽs infrigidatio per continẽs: quia aialia maiorem caliditatẽ habent q̃s plantæ: sed plãtis non fit sufficiens infrigidatio

Solutio. per continens, sed per continens & alimentũ. Quare istis aialibus non fit sufficiens infrigidatio per continens. Dicendum q̃ omnia animalia habent caliditatem, & ideo infrigidatione indigent. Quæ autem minus habent caliditatẽ, indigent minori infrigidatione. Ista aũt animalia, quia parua & exanguia, paruũ calidum habent, & ideo sufficit eis parua refrigeratio: talis autem est & quæ fit p alimentum, & per continens: propter quod sufficienter per alimentum, & per cõtinens infrigidantur, Per quem aũt modũ fit infrigidatio per alimentũ, visum est prius. Magis autem fit infrigidatio in istis animalibus à continente: q̃s per alimentũ. Et ideo hic solum nominauit infrigidationem, quæ fit à continente, quamuis & alimentum aliquid faciat. In plantis autem maxime & principaliter fit infrigidatio per alimẽtum: & ideo illã nominauit.

Lec. vltima libri de iuuentute & senectute. Ad rationem autem patet solutio.

LECTIO. XII.

Quæ nam sit refrigerationis causa in his quæ longæ uitæ sunt: quorundam demum dictorum de respiratione redditur ratio.

N. LEON. *Quæcunq; autem ex genere insectorum lõgioris sunt uitæ (nanq; exanguia uniuersa sunt insecta) ijs sub transuerso septo scissum quiddam est, ut per graciliorem membranulam refrigerentur. cùm enim calidiora sint, maiori sanè indigent refrigeratione. ut apes, nõnullæ etenim apũ ad septennium usq; perueniunt: & alia præterea quæcunq; murmur edunt, ut uespæ & melolonthæ, & cicadæ: spiritu enim quasi anhelantia sonum reddunt.*

QVecunq; autem lõgioris vitæ entomorum (exanguia. n. sunt omnia entoma) his subdiazomate diuisum est: vt p subtiliorem existentem pelliculam infrigidentur. Magis enim existentia calida, ampliori indigẽt refrigeratione, velut apes. Apum enim quędã viuunt septem annis, & alia autem quæcunq; sonant vtputa vespæ, scarabei, & cicadæ. etenim sonum faciunt spiritu, velut anhelantia.

Postquã Philosophus assignauit causam infrigidationis, & modum in animalibus, quæ sunt breuis vitæ, assignat causam infrigidationis in animalibus, quæ sunt longę vitæ. Et primo facit hoc, secundo causam quorundam

Entoma oĩa sine sanguine sunt. assignat. ibi {In ipso enim.} In prima enim dicit q̃ animalia entoma, quæ sunt longioris vitæ, & sine sanguine, & dico bene sine sanguine, quia omnia entoma sine sanguine sunt. Talia autem animalia subdiazomate, quæ & dicitur pellicula quædam, quæ diuidit ipsa animalia à naturalibus, diuisa sunt, & habent quandã pelliculam subtilem: & per illam recipiunt infrigidationem, illa enim pellicula primo infrigidatur, illa autẽ infrigidata infrigidantur alia vsq; ad illã partem, in qua est primum principiũ caliditatis. &, cum ista animalia sint magis calida q̃s illa, de quibus dictum est, quia sunt longioris vitæ, maiori indigent refrigeratione. Talia aũt animalia sunt sicut apes,

Apes sũt lõgioris uitę. quæ inueniuntur viuere septem annis: & omnia illa, quæ in motu suo faciunt quędam sonum, sicut vespæ, scarabei, & cicadæ. faciunt enim sonum quendam, sicut anhelantia. Secundo ibi.

N. LEON. *Cùm enim in ipso septo transuerso innatus spiritus attollitur & deprimit, euenit ad pelliculam attritum fieri: si quidem haud secus hunc mouent locum ac illa quæ extrinsecus pulmone spirant, & pisces branchijs. Similiter nanq; accidit, ac si quis obstrictis faucibus spirãtium suffocet quodpiam. hæc enim pulmone hanc efficient elationem. uerum ijs quidem non idoneam motus eiusmodi affert refrigerationem, illis uero idoneam.*

In ipso enim succinctorio insito spiritu eleuato & depresso accidit fm pelliculam fieri detractionem. Mouent enim locum hunc, quem admodum respirantia deforis pulmonem & pisces branchias. Simile enim accidit & vtiq; siquis aliqua respirantium suffocet os tenens. etenim hoc faciet pulmone eleuationem hãc. Sed his quidem nõ sufficientem facit talis motus refrigerationem, illis autem sufficienter.

Reddit causam quorundã dictorũ. Dixit enim q̃ animalia, quæ motu alicuius particulæ faciunt sonum, refrigerãtur mõ dicto. Deinde reddit causam motus, & soni. Et primo assignat causam motus, secũdo causam soni. ibi {Et concussione.} In prima dicit, q̃ talia aialia entoma habent in succinctorio spiritũ complantatũ: iste aũt spiritus q̃q; mouet ad exterius, q̃q; ad interius: ex quo accidit fieri depressionem & eleuationem talis particulę. Cũ enim spiritus mouetur ad exterius, eleuatur pellicula: cũ eleuatur spiritus ad interius, deprimitur. Talia enim animalia mouent partem istã, sicut animalia, quæ respirant, mouent ipsum pulmonem. Ita, q̃, cum exspirant, pulmo eleuatur, cum inspirãt pulmo deprimitur. Similiter pisces fm branchias mouẽtur, cum enim attrahant aquã, branchiæ deprimuntur, cũ expellunt, eleuantur. Et accidit si le in hmõi animalibus entomis, sicut si in aquis aliquod respirantium animalium nitaẽ suffocare claudẽdo os, & nares, tunc enim animal suffocandum eleuat pulmonem: & pectus propter refrigerationis indigentiam. Quod ẽt videmus in epilepticis. Similiter animalia entoma propter refrigerationem mouent succinctorũ: sed differentia est, quia in animalibus respirantibus talis motus tunc nõ facit sufficientem refrigerationem, in entomis autem sufficientem facit. Secundo ibi.

Entoma ĩ sunt lõgioris vitę q̃ respirãt inspirãt.

Dria animã tu ĩtrema &ãlia respirãt.

N. LEON. *Et attritu, ut diximus, ad mẽbranulam bombum exprimunt, qualem p terebratos pueri efficiunt calamos. cũ tñ imposuerint pelliculam: pp hoc ẽt cantatrices canunt cicadæ, calidæ nanq; sunt, & scissum est illis sub trãsuerso septo: quod utiq; non est scissum ijs, quæ non canunt.*

Et concussione ad pelliculam faciunt sonũ, quemadmodum diximus qualem per calamos perforatos pueri quãdo superposuerunt pellículam subtilem. Per hoc enim & cicadarũ decantantes cantãt. callidiores enim sunt, & diuisum est ipsis sub subcinctoriũ, non cãtantibus autem, hoc est non scissum.

Declarat causam soni. Et dicit q̃ talia aialia ex cõcussione spũs ad pelliculã cantant quendã sonum, sicut diximus, sicut nos videmus, q̃ pueri, cũ apponunt subtilem pelliculã calamis perforatis faciunt quendã sonum. Sic ẽr ista animalia pp motum spũs ad illam pelliculã subtilem ex percussione faciunt quendã sonum. Et p istum modũ aialia, quæ dicuntur cicadæ facientia sonum & cantantia cãtant, talia. n. aialia calidiora sunt alijs. & ideo motus spirituum maior est in istis, q̃s in alijs: & ideo talia sonãt, & cantant. talia ẽt animalia in succinctorio diuisa sunt, illa aũt, quę non cantant, non sunt diuisa. Deinde cũ dicit.

At ex sanguine pditis, quæcunq; pulmonem quidẽ habent

bent

bent, uerũ cum exiguo ſanguine, & fungoſum, diutius ſi ne reſpiratione uiuere poſſunt, qm̃ illorũ multam elatio-nem habet pulmo, cũ parũ habeat ſanguinis & humi-di. Peculiaris. n. illius motus per multum tempus refrige rare ſufficit, omnino uero nõ poteſt, ſed à reſpiratione pro hibita (ut dictũ eſt prius) ſuffocantur. Exiccationis nãq; interitus, qui defectu fit refrigerationis, ſuffocatio nuncu pat: & quæcunq; ſic intereunt, ſuffocari dicuntur.

Et ſanguinem aũt habentium & pulmonẽ, pauci tamen ſanguinis habentium, & inanem, quædã horũ multo tẽpore poſſunt ſine reſpira tione viuere: qa pulmo eleuationẽ habet mul tã, & paucũ hẽt ſanguinẽ & humidũ. Proprius eñ motus ad multũ tps ſufficit refrigerãs. Tã dẽ. n. nõ põt, ſed ſuffocant nõ reſpirãtia, quem admodum dictũ eſt prius. Marcoris aũt, quæ propter nõ refrigerari corruptio, vocatur ſuf-focatio: & ſic corrupta ſuffocari dicimus.

Manifeſtat quædam. Et facit duo. Primo manifeſtat illa, ſecundo ponit incidẽs, ibi {Et animaliũ.} Prima in duas ſm̃ q; duo manifeſtat, ſecunda ibi {Quod aũt non reſpirant.} Dictũ fuit prius q; quædã aialia reſpirantia, diu poſſunt viuere ſine reſpiratiõe. hoc manifeſtat in pri ma. & dicit q; quædam ſunt animalia, quæ ſanguinẽ ha-bẽt & pulmonem, habent tñ pulmonẽ pauci ſanguinis, & poroſum, & cõcauũ: & talia diu poſſunt eſſe ſine reſpi ratiõe, & poſſunt viuere. Et ratio huius eſt, quia talia aĩa lia hñt paucã caliditatẽ: ideo modica indigẽt infrigidatio ne. Itẽ pulmo in talibus animalibus poroſus eſt, & conca uitatem habet multam: & ideo multum põt recipere de aere infrigidante calidum, & diu retinere. Quia igitur ta lia modicam caliditatẽ habẽt & pulmonem porſum, in quo multus aer recipitur, ſufficit multo tempore ille aer ad refrigerandum: & ideo multo tempore poſſunt viuere ſine reſpiratione, finaliter tñ non poteſt infrigidare. Sed, ſi non reſpirent alium aerẽ, ſuffocantur, ſicut dictum fuit prius, ſed illa corruptio, quæ fit propter defectũ infrigida tionis, dicitur marcor: & vocatur ſuffocatio. cum. n. ani malia moriantur propter defectum infrigidationis, dici-mus ea ſuffocari. Secundo ibi.

Aialia cum mortuũ de fectu infrigidationis, ſuffocari di cuntur.

N. LEON. *Quòd aũt ex animalibus non ſpirent inſecta, tum dictum eſt prius, tum palã eſſet in puſillis animalibus, ut in muſcis & apibus. in humore nanq; multo natãt tpe, niſi is frigidus ualde fuerit aut calidus, cũ alioquin quæ exi-guas habent uires crebrius reſpirare exigant. Attamen in tereunt iſtæe, ſuffocariq; dicuntur, uentre repleto, eoq; cor rupto humido, quod in tranſuerſo ſepto eſt. Quamobrẽ ſi in cinere commorentur, reuiuiſcunt.*

Quòd autẽ non reſpirant entoma aialiũ, di ctũ eſt prius. Manifeſtũ eſt aũt & ĩ paruis aĩa-libus, puta muſcis, et apibus. in humidis. n. mul to tpe viuunt: ſi non valde ſit calidum aut frigi dum, quamuis modicam habentia virtutẽ ſpiſ-ſius exigunt reſpirare. ſed corrumpuntur hæc, & dicuntur ſuffocari repleto ventre, & corru-pto humido quidem in ſuccinctorio. Propter quod in cinere demorata, reſurgunt.

Manifeſtat ſecundum quod dictum fuit, ſ. q; entoma aĩalia non reſpirant. Et iſtud manifeſtum eſt in muſcis, & apibus: poſſunt. n. illa aĩalia diu viuere in humido. Hoc aũt nõ eſſet niſi infrigidarẽtur ab humido. ſi aũt viuunt in humido & infrigidãtur ab ipſo, manifeſtũ eſt q; non re-

A ſpirant. Et dico q; viuunt in humido calido vel frigido, ſi humidum non fuerit valde calidum, vel frigidũ. Quam-uis enim talia aĩalia modicam habeant caliditatem, tamẽ ſi reſpirarent, frequentius & citius reſpirarent. ſed quia aliquis diceret, q; corrumpuntur in humido, & hoc non eſſet niſi reſpirarent, dicit q; ideo illa videtur eſſe mortua propter defectum reſpirationis. Sed quia aqua ſubintrat interius & humectat pelliculã illam, per quã fit infrigida tio: & per conſequens hebetatur calidũ, & apparent mor tua. ſed non eſt ita ſicut apparent, quoniam, ſi ponãtur in cineribus reſurgunt & viuunt: hoc autem nõ eſſet, ſi fuiſ ſent mortua. Deinde cum dicit. Solutio du bitationis tacitæ.

Et eorũ quæ in humore uiuunt, quæcunq; carent ſan-guine, pluri tpe in aere uiuunt q̃ ſanguine p̃dita, & mare recipientia, ut piſciũ genera. Qm̃ enim modicũ habẽt ca lidũ ſufficiens eſt aer per extenſum tps refrigerare, ut ijs q̃ molliori tegunt cruſta cõtingit, & polypis: non tñ oĩno ad uitã ſufficiunt, qm̃ caloris ſunt exigui. Nã ex piſcibus ple-riq; ẽt in terra uiuunt, uerũ immobiles, & defoſſi ẽt repe-riunt. Quæcunq;. n. aut omnino pulmone carẽt, aut illũ exanguẽ habent, rariori indigent refrigeratione. In caren tibus igit ſanguine, q; aliqs quidẽ circumfuſus aer, aliqs ue ro humor auxilio eſt ad uitam, hactenus eſt dictum. N. LEON.

Et animalium autem, quæ in humido, quæ-cũq; exãguia, pluri tpe viuũt in aere, ſanguinẽ habentibus & ſuſcipiẽtibus mare, vt puta piſci bus. pp habere enim modicũ calidũ, aer eſt ſuf ficiẽs ad multũ tps refrigerare: vt puta malaco ſtracis, & polypodibus. Non tñ in finẽ ſufficiũt ad viuere qa ſunt pauci caloris. Qm̃ & piſcium multi viuunt in terra immobiles, tñ inueniunt defoſſi. Quæcũq;. n. nõ totaliter hñt pulmonẽ aut exanguẽ, rarius indigent reſpiratione. De exanguibus quidem igit q; his quidẽ cõtinens aer, his aũt humidũ auxiliat ad vitã, dictũ eſt.

Ponit quoddã incidens. Et eſt q; quæcunq; aĩalia, quæ viuunt in aqua, & ſanguinẽ non habent, plus poſſunt viuere in aere q̃ aĩalia, quæ habitant in aqua, q̃ ſanguinem habent, ſicut ſunt piſces. quia. n. talia aĩalia modicum ca-lidum habent ſufficit eis paucus aer ad refrigerandũ mul to tpe, ſicut ſunt aĩalia, q̃ dicunt malacoſtraca & polypo des. Finaliter tñ nõ ſufficit infrigidatio p̃ aerẽ, vt poſſint cõtinue viuere, immo finaliter ſuffocant: qa. n. ſunt pauci caloris modica indigent refrigeratione, illa aũt fit per aerem. Quòd aũt ſint aliqua talia, manifeſtũ eſt. Inueniunt enim multi piſces, q habitant ſub terra, & latent ibi: & in ueniuntur ibi à fodientibus. Vniuerſaliter enim quæ nõ habent pulmonem: aut quæ habent ſine ſanguine, minus indigẽt reſpiratione. Et tũc recapitulat, & dicit q; de ani-malibus non habentibus ſanguinem, dictum eſt q; quibuſdam fit ſufficiens infrigidatio per aerem, quibuſdam per aquam, & fit hoc modo auxilium ad vitam. Aĩalium in aqua habi tantiũ, plus põt viuere in aere quæ ſanguinẽ n habẽt, q̃ q̃ ſanguinem habent.

LECTIO. XIII.

Quæ nam animalia reſpirent & quæ non: & de reſpirationis & re frigerationis organis agitur, pulmone, ſ. & branchiis, quæ non omni animali ineſſe oſtenditur.

Sanguine autẽ prædita animalia, & quæ cor habent, ſiquidem pulmonem habent, omnia & ſanum aerem re cipiunt & cum reſpiratione, tum uero expiratione refri-gerationem faciunt.

SAnguinem autẽ habentibus & habẽtibus cor quęcunq; quidem ipſorum habent pul monem, omnia ſuſcipiunt aerem & refrigera tionem faciunt per reſpirare & expirare.

Postquam Philosophus determinauit de refrigeratione. & modo refrigerandi in animalibus non habentibus sanguinem, In parte ista determinat de refrigeratione & modo refrigerandi in animalibus habētibus sanguinem. Et diuiditur in duas. Primo ostendit quæ animalia respirent, & quæ non, & de organis refrigerationis & respirationis quæ sunt, In secunda determinat, ibi {De refrigeratione autē quomodo:} Prima autē diuiditur in duas. Primo facit quod dictum est, In secunda soluit quandam dubitationē. ibi, {Circa cetacea.} Adhuc prima ī duas. Primo tangit quæ sunt respirantia supponendo organa, secundo, cum organa in respirando sint pulmo & branchiæ, ostendit ꝙ nullum animal habet simul illa duo. ibi {Simul autem pulmonem.} Adhuc circa primum duo facit. Primo oñdit quæ refrigerātur per aerē, secūdo quæ per aquam, ibi {Quæcunq; autem branchias.} Adhuc circa primum duo facit. Primo oñdit ꝙ animalia habentia sanguinem & cor respirant, secūdo oñdit hoc de quibusdam aquatilibus. ibi {Vtuntur aūt.} Adhuc circa primum duo facit. Primo dicit ꝙ habētia sanguinem & cor respirant, secundo quæ sunt habēta pulmonem. ibi {Habent autem pulmonem.} In prima dicit ꝙ quecunque aīalia habēt sanguinem, cor, & pulmonē, suscipiunt aerem ad sui refrigerationē. Et ratio huius est, quia aīalia habentia sanguinē & cor caliditatē habent multam, quæ autem multum habent calidum indigent refrigeratione multa & frequenti, & ideo talia aīalia indigent refrigeratione. fit aūt non per aquam. quia si fieret per aquam, aut hoc esset. sicut in piscibus ꝙ primo aliqua ps infrigidaret & deinde alia pars vsq; ad cor, et istud nō pōt esse: quia ista infrigidatio non est sufficiens. aut fieret, ita ꝙ aqua ingrederetur, & isto mō non potest esse: quia aqua nimis est frigida & ingrossaret humidum: & extingueret calidū, quod est inconueniens. Non fit ergo infrigidatio per aquam, sed per aerem: ita ꝙ fit eis infrigidatio per hoc, ꝙ animalia inspirant & expirant. Item talia aīalia propter multitudinē calidi indigent veloci infrigidatione. quare oportet ꝙ fiat per id, quē cito possit penetrare ad interius: tale autem est aer. penetrat enim per totum interius per naturam humidi subtilis, quod in eo naturaliter inuenitur. Secundo ibi.

Quæ sint aīalia respirātia & quo ifrigident.

Pulmonem aūt habent illa, quæ animal intra se concipiunt, ne dum quæ tīn extra. Selache enim animal quidem pariunt, sed nō intra se. At ex ouiparis, illa quæ pennas habent, ut aues, & quæ corticosum habent tergus, ut testudines, lacerti, serpentes. illa nanq; sanguine prædita: horum aūt pleraq; fungosum habēt pulmonē. Quāobrē (ut dictum est prius) rariori utuntur respiratione.

N. LEON.

Habent autem pulmonem animalificantia inseipsis & non deforis solum. Selachea enim animalificant quidē, sed nō inseipsis. et ouificātiū pennata, vtputa aues & pholidota, puta tortucæ, & lacertæ, & serpētes. Illa quidem igitur sanguinem habentem: horum autem plurima & pulmonem habēt inanem: propter quod & respiratione vtuntur rarius, quemadmodum dictum est prius.

Aīalia habentia pulmonē quæ sint.

Ostendit quæ animalia habent pulmonem. Et dicit ꝙ animalium quædam animalificant in seipsis, quædā exterius. Illa quæ animalificant in seipsis, habent pulmonē. Quòd sint quædam animalificatiua exterius solum, manifestum est. animalia enim quæ dicuntur selathea, solū exterius animalificant primo ouificantia in seipsis, sicut dicit Philosophus in libro de Historijs animalium. Et ratio huius est, quia calidum habent modicum ſm quantitatem sui corporis: propterea non sufficeret ad digerendum nutrimentum necessarium eis & sętui, si aīalificarēt in ipsis: propter quod primo ouificant in ipsis, deinde animalificant extra: vt statim fetus accipiat ab extra alimētum. Similiter animalia ouificantia, quæ pennata sunt, animalificāt exterius, & habēt pulmonē, sicut aues pholidota, & tortucæ, & serpentes, & lacertæ habent pulmonem: sed differentia quædā est. quia aues habēt pulmonē plurimi sanguinis, istorum autem animaliū plurima ipsum porosum, siue inanē: & ideo talia animalia rarius indigēt respiratiōe, sicut prius dictū est. Deīde cū dicit.

Lec. septima huius libri.

N. LEO.

Vtuntur aūt & omnia quæcunq; in aquis degunt, ut hydrorum genus, & lutariæ testudines, nec non ranæ & cocodrilli, testudinesq; insuper pelagiæ & terrestres, nitu liq; marini. Omnia enim isthæc, & huiusmodi etiam alia in sicco pariunt. Dormiunt autem cum in sicco, tum in humore, respirationis gratia ore exerto.

Vtuntur autem omnia & quæcunq; morā tur & faciunt vitam in aquis: puta ydrorum genus, & hirundinis ꝙ ranarum & cocodrillorū, & tortucæ marinæ, & terrestres, & boues marini. Omnia enim hæc & talia pariunt in sicco [a] aut humido, extollētia caput pp respirationē.

a Deficit hæc lia. Animalia quatilia respirationē vtētia quę sint.

Ostendit quę animalia aquatilia vtūtur respiratione: & dicit ꝙ multa sunt talia, quę vtunt aere ad refrigeratiōnē, quę habitāt in aqs, & viuūt ibi. Sicut genera hydrorū. Hydrus est serpēs, qui conuersāt in aqs, & tñ respirat: & quidā alij, qui dicuntur hirundines, & rang: & cocodrilli & tortucæ, quæ in terra habitāt, & boues marini, & omnes boues terrestres, quamuis nutriantur in aquis, tamē pariūt in terra. In humido aurē existētia, oīa ista extollūt caput extra ipm, qñ īdigēt respiratiōe. Deīde cū dicit.

N. LEO.

Quæcunq; aucem branchias habent refrigerantur omnia aquam admittēdo.

Quæcunq; autem branchias habent omnia refrigerantur susciptentia aquam.

Quib' aīalibus fiat refrigeratio p aquam.

Ostendit quæ sunt illa aīalia, in quibus fit refrigeratio per aquam. Et primo ostendit ꝙ habētia brāchias infrigidātur per aquā, secundo manifestat illa, quæ habēt branchias. ibi {Habent autem.} In prima dicit ꝙ omnia animalia, quæ branchias habent, refrigerātur per hoc quòd suscipiunt aquam. Secundo ibi.

N. LEO.

Brāchias uero habēt selacheorum appellatum genus & alia, quæ pedibus carent: eiusmodi autē sunt pisces omnes. Nam quæcunq; habent ad pinnullarum similitudinem habent. Verum ex his, quæ pedes habent unum tammodo adhuc cognitorum habet branchias, is qui cor dulus appellatur.

Habēt autem branchias genus vocatorum selacheorum & aliorum quę sine pedibus, sine pedibus autem, pisces omnes. etenim quæ habent, secundū similitudinem alarum habēt. Pedes autem habentium vnum habet brāchiam visorum, vocatus cordillos.

Aīalia habentia brāchias ꝙ sint.

Ostendit quæ aīalia hñt brāchias, & dicit genus animaliū vocatorū selachea hñt brāchias & aīalia, quæ sunt sine pedib⁹. Omnes. n. pisces sunt sine pedibus. Illi. n. qui vidētur habere hñt ipsos ad modū alarū. Alæ. n. in piscibus sunt sicut pedes in gressibilibus. Inter aūt aīalia, quæ pedes hñt, vnū est quod habet branchias. & dicitur cordillos. Deinde cum dicit.

N. LEO.

Simul aūt pulmonem & branchias habere adhuc uisum est nullum. Causa uero est qm pulmo quidem refrigerationis illius est gratia, quæ fit à spiritu, unde & nomen à spūs receptione sumpsisse uidetur. Branchiæ uero ad re

frigerationem

frigerationē sunt, quæsit per aquā. Vnum porro ad unū A *commodum est instrumētum, & unica refrigerationis rō omnibus est satis. Qm igitur naturam nihil frustra agere uidemus: si autem duo essent, alterum certe frustra esset: iccirco alia quidem branchias, alia uero pulmones habent: utrumq; autem nullum.*

Simul autem pulmonem & branchias habere nullum visum est. Causa autem, quia pulmo quidē gratia refrigerationis à spiritu est. vocetur autem nomen accepisse pulmo propter susceptionem spiritus, branchias autem ad refrigerationem ab aqua. Vnum autem ad vnū oportunum organum: & vna refrigeratio sufficiens omnibus. Quare quoniā frustra nihil videmus facientem naturam: duobus autem entibus alterum vtiq; esset frustra: propter hoc hæc quidem habent brāchias, hæc autem pulmonem, ambo autem nullum.

Ostendit ꝙ nullū animal simul habet brāchias & pulmonem. Et facit duo. Primo facit quod dictū est, secūdo remouet dubiū. ibi{Quod autē ad esse.} In prima dicit ꝙ, cum animalium quædam habeāt pulmonē, quædam branchias, nullū est animal visum & notū, qđ simul habeat vtrūq;. Et causa huius est, quia pulmo est organū, ꝓ quod attrahit̄ aer ad refrigerandū caliditatē cordis. Vnde pulmo nomē accepit à suscipiēdo aerem: & istud verū est apud grecos, brāchiæ aūt sunt instrumētum, ꝓ quod attrahitur aqua ad refrigerādum calorē cordis. Manifestum est autem ꝙ vnum organum, per se & primo sufficit & ordinatur ad vnam operationē & ideo ex vnitate operationis cōcluditur vnitas organi. cum igitur vna refrigeratio sufficiat omnibus aīalibus, vel ab aere, vel ab aqua: & nihil facit frustra natura, si autē essent duo organa superflueret alterum: manifestum est, ꝙ vnius aīalis nō potest esse nisi vnū instrumentū: & ideo, ppter hoc quædam animalia habent branchias, quædā pulmonem, & nullum habet illa duo. Secundo ibi.

Pulmo qđ sit. Brāchię qđ sunt. Vnius operationis non pōt esse nisi vnum organum.

N. LEON. *Quoniā uero ad ipsum quidem esse alimentū unum quodq; animaliū indiget: ad salutem aūt refrigeratione, ad horum sanè utrunq; eodem natura utitur instīo.*

Quòd autem ad esse quidem, alimento indiget aīaliū vnūquodq;: ad salutē aūt refrigeratione, eodē organo vtit̄ natura ad ambo hæc.

Remouet dubium. Quia dixit ꝙ vnius opationis nō potest esse nisi vnum organum: crederet aliquis ꝙ natura non possit vti vno ad duo, hoc remouet, &, f. d. Primo ostendit ꝙ natura vtitur aliquo ad duo, secundo ostendit ꝙ ꝓp hoc non impedit in operatione sua. ibi{Ad nō impedire.} Adhuc circa primū duo facit. Primo, ponit, secundo manifestat. ibi{Quēadmodū quibusdā.} In prima dicit ꝙ, cùm animalia propter esse indigeant alimento: ad saluationem autem respiratione: manifestum erit ꝙ natura eodē organo vtitur ad duo hæc, scilicet ad esse, & ad salutem animalis. Secundo ibi.

Solo q̄stionis tactæ.

N. LEON. *Quemadmodum in aliquibus lingua, & ad sapores, & ad loquendi usum, sic in habentibus pulmonem, illo, quod os appellatur, & ad alimēti confectionē, & ad expirationem et respirationem. In his autem, quæ pulmonem non habent & non respirant, os quidem ad alimenti confectionem: ad refrigerationem autem ijs, quæ refrigeratione indigent, branchiarum existit natura. Quo autem pacto prædictorum facultas instrumentorum refrigerationem efficiat paulo post dicemus.*

Quemadmodum quibusdam lingua ad sapores, & ad interpræterationem: sic habentibus pulmonem, vocato ore, et ad alimēti operationem & ad exspirationē & respirationem. Non habentibus autem pulmonem, neq; respirantibus: os quidem ad operationem alimenti, ad refrigerationem autem indigentibus refrigeratione, branchiarum existit natura. Qualiter quidem igitur dictorum organorum virtus facit refrigerationem, posterius dicemus.

Probat. Et dicit ꝙ sicut natura in quibusdam aīalibus utit̄ lingua ad duo, s. ꝓp discretionem saporum (lingua, n. discernimus sapores) & vtit̄ ipsa ad loquelā, ita in animalibus habētibus pulmonē, natura vtit̄ ore ad duo, s. ad susceptionē alimenti, vel digestionē, & ad expirationē & respirationē. In animalibus vero nō habentibus pulmonem, nec respirantibus, natura utitur ore ad susceptionē alimenti, & ꝓp refrigerationem in his, quę ipsa indigent, sicut brāchiæ: & natura vtitur his in talibus animalibus. Sed qūo virtus, & natura organoꝝ facit ad refrigerationem, posterius dicetur. Deinde cùm dicit,

B

N. LEON. *Vt aūt alimentū id nō prohibeat, simili cōtingit mō, & ijs quæ respirant, & illis quæ recipiunt humorem.*

Ad non impedire autem alimentum, similiter respirātibus accidit, et suscipiētib⁹ humidū.

Declarat ꝙ, cum natura vno & eodem organo vtitur in aliquibus ad duo: ꝙ, cum vtitur illo ad vnum, ꝙ non propter hoc impeditur ab altero. Et primo ponit intentū suū, secundo probat. ibi{Neq; enim} In prima dicit ꝙ in respirantibus animalibus & suscipiētibus humidum, nutrimentum, accidit alimētum suscipere non impediēdo respirationem. Secundo ibi.

C

N. LEON. *Minime enim cum respirant alimentum recipiunt: ꝙ si secus, strangulari sanè contingeret de erranti alimento siue humido, siue sicco ad pulmones per arteriam. post arteriam enim adiacet gula, per quam alimentum deuoluitur in eam, quem uocant uentrem. Quadrupedibus igitur & sanguine præditis habet arteria quasi operculum, lingulam illam, quam epiglottidem uocāt. Auibus autem & his quadrupedibus, quæ ouа pariunt nō adest. sed constructione idipsum præstant. Cum enim alimentum capiunt, alia quidem claudunt, alia uero epiglottidem superimponunt. Delapso aūt, alia quidē attollunt, alia uero aperiūt, & ad refrigerationē spiritū receptant.*

Neq; enim respirantes simul suscipiunt alimentum. alioquin accidit suffocari ingrediēte alimento aut sicco aut humido ad pulmonem per arteriā. prius enim ponitur arteria, quàm isophagus, per quem alimentum progreditur in uocatum ventrem. Quadrupedibus quidem igitur & sanguinem habentibus habet arteria velut operculum epiglottidem. Auibus autem & quadrupedum ouificantibus non inest, sed conclusione idem faciunt. Suscipientia enim alimentum, hæc quidem claudūt, hæc autem superponunt epiglottidem. Progresso autem, hæc quidem attollunt, hæc autem aperiūt & suscipiunt spiritum ad respirationem.

D

Probat hoc. Et primo hoc ꝓbat in respirātibus, secundo in non respirantibus, ibi{Habentia aūt branchias.} In prima dicit. Ita dictū est ꝙ, cū natura vtatur vno organo ad

Aialia respirãtia nõ ſimul ſuſcipiũt alimẽtum & reſpirant.

no ad duo, non pp hoc impeditur operatio vna cum vtitur ad operationẽ aliã. Et huius cauſa eſt, quia aialia reſpirantia nõ ſimul ſuſcipiunt alimentũ, & reſpirãt: quia ſi ſimul ſuſciperẽt alimẽtũ, ſiue ſiccũ ſiue humidũ, & reſpirarent, accideret aialia ſuffocari: qa cũ ſuſciperẽt alimentũ, aliquid de alimento ingrederetur per arteriã vſq; ad pulmonẽ: quia arteria prius ponit̃ q̃ œſophagus, ponitur. n. in parte anteriori, & œſophagus in parte poſteriori. Et propter hoc in quadrupedibus habẽtibus ſanguinem arteria habet quoddam coopeculum, quod dicitur epiglotis illud autẽ epiglotis cũ attrahitur alimentũ, claudit ipſam arteriam, ita q̃ nihil de alimẽto poteſt ingredi per ipſam arteriã. Cum aũt fit inſpiratio vel expiratio aperit̃. In auibus aũt & in quadrupedibus quæ ouificant nõ eſt huiuſmodi epiglotis. ſed illud quod facit̃ p epiglotidẽ, ipſum habentia, non habentia per concluſionẽ. Cũ. n. illa ſuſcipiunt alimentũ cõcludunt arteriam: aialia aũt quæ habẽt epiglottidem ipſam claudũt arteriã: & cũ alimẽtum iam progreſſum eſt ad interius, remouent epiglottidem: & inſpirant aerẽ, alia vero aperiunt ipſam, & ſuſcipiunt aerẽ ad infrigidandum. Secundo ibi.

N. LEON. *Quæ uero branchias habent, cum per illas humorem emiſerint, ore alimentum corripiunt: Arteria enim carent, quo fit ut eius gratia ex interlapſu humoris non lædantur, ſed ſi aqua in uentrem ſubintret: iccirco uelociter expellunt, & identidem alimentum corripiunt. Et dẽtes habent acutos: & omnia ferè ſerratos illos habent, quando quidem alimentum mollire non contingit.*

Habentia autem branchias dimittentia per has humidũ, p os ſuſcipiunt alimentũ, arteriam qdam enim nõ hñt. Quare hac qdẽ igit̃ nihil vtiq; lædent̃ ab ea quę humidi decidẽtia, ſed in ventrẽ ingrediẽte aqua. Propter qd̃ velocẽ faciũt dimiſſionẽ & ſuſceptionẽ alimenti, & dentes acutos habent, & oĩa ferè ſunt raro dentata. Non enim poſſunt comminuere alimentum.

Declarat idem in non reſpirantibus. Et dicit q̃ animalia, quæ branchias habent, per ipſas expellũt aquã ad infrigidationem: & per os ſuſcipiunt alimentũ. Talia enim aialia arteriam nõ habẽt, & ideo ſm partẽ illã nõ poſſunt lædi pp alimentũ, vel humidũ cadẽs, ſed alimentũ ſtatim vadit ad vẽtr̃. Vnde auide & cito ſuſcipiunt alimẽtum: & dimittunt in ventrẽ propinquum ori, & ideo dẽtes habent acutos, vt cito poſſint cibũ rerere, & mittere ad ventrem: & ideo parũ rerunt cibũ, ſed ſtatim ipſum trãſgluttiunt. Vnde omnia aialia aquatica ferè ſunt raro dentata. i. non potẽtia comminuere alimentũ: & hoc eſt qd̃ ſubdit. (Non enim poſſunt comminuere alimentum.)

LECTIO. XIIII.

Soluitur dubitatio, ſ. propter quid quædam aquatilium pulmonem habentium refrigerentur & alimentum capiant.

N. LEON. *De his autem, quæ in aquatilium genere ceteæ appellantur ambigere ſanè quiſpiam poſſet: quando & illa nõ ſine ratione ſe habẽt, ut de delphinis, & balenis, cæteriſq; quæcunq; id habent, quod fiſtulam uocant. Nam talia pedibus quidem carent, cum autem pulmonem habeãt, accipiunt mare.*

Circa cetacea autem aquatilium dubitabit vtiq; quis (habet enim & illa ſm ꝓportionem) vtputa circa delphinos & balenas: & aliorum quæcunq; habent vocatum canalem. Hæc enim ſine pedibus quidem ſunt: habentia autem pulmonem ſuſcipiunt mare.

Poſtquam Philoſophus declarauit quæ animalia reſpirant, & quæ non, & de organis infrigidationis, in parte iſta primo mouet quandam dubitationem, ſecũdo ſoluit, ibi {Cauſa aũt huius.} Dubitatio eſt iſta. Dicebatur ſuperius q̃ aialia, quæ branchias habent, refrigerant̃ aqua: brãchias aũt habent, quæ ſine pedibus ſunt. Propter hoc ergo dubitabit aliquis circa animalia, quæ dicuntur ceta cea, in quibus omnibus inuenit̃ aliquod ꝓportionale, vtputa circa delphinos, & balenas, & quæcunq; canalem habent, per quam expellunt aquam attractam cum nutrimẽto propter refrigerationem. Iſta enim ſunt non habentia pedes, tñ habentia pulmonem, & ſuſcipiunt aquã maris: cuius oppoſitum dicebatur. Secundo ibi. Dubium.

N. LEO. *Hæc aũt cauſa eius quod nunc dictum eſt: non enim refrigerationis gratia humorem accipiunt. Iſthuc nanq; illis fit cum reſpirant. Habent enim pulmonem: quamobrem exerto ore dormiunt, & delphini etiam ſtertũt. Qui profecto ſi retibus capiuntur celerrime ſtrãgulantur, quoniam non reſpirant, & in quorum iſthæc fluitant ſuperficie reſpirãdi gratia.*

Cauſa autem huius, quod nunc dictum eſt, nõ enim refrigerationis gratia ſuſcipiũt humidũ, hoc qdem. n. fit ipſis reſpirãtibus, hñt enim pulmonẽ. Propter qd̃ et dormiũt extollẽtia os & ſtertũt delphini. Adhuc aũt ſi capiãtur retibus, cito ſuffocant̃, pp nõ reſpirare: & ſupnatãtia videntur talia in mari ꝓpter reſpirationem.

Soluit iſtam dubitationem. Et facit duo. Primo enim ſoluit eam, ſecundo oſtendit q̃ proportionale inuenitur in quibuſdã aliis aialibus. ibi {Propter idẽ.} Adhuc autem circa primum, d. f. Primo oſtendit q̃ mare ſuſcipiũt, & hoc per cauſam, ſecũdo probat hoc per ſignũ. ibi {Signum aũt.} Adhuc circa primum duo facit. Primo oſtẽdit q̃ nõ recipiunt aquam pp refrigerationem, Secundo oſtendit pp quod recipiunt. ibi. {Sed qm̃ neceſſarium:} In prima dicit q̃ cauſa huius, quod dict̃ũ eſt, q̃ iſta ceta cea recipiunt mare, eſt, qa in talibus aialibus oportet calidum refrigerari ſi debeant ſaluari, talia aũt nõ recipiunt aquam propter refrigerationem. talia enim aialia, cum ſuſcipiant aquam, cum hoc ẽt reſpirant. Probat̃ ẽt q̃ ſint reſpirantia, quia habẽt pulmonem: & cũ dormiũt tenẽt caput extra aquam, & ſtertũt, ſicut apparet de delphinis. Hoc aũt nõ eſſet, niſi reſpirarent. Item videmus q̃ ſi capiuntur retibus, & diu tenẽtur ſub aqua, q̃ ſuffocantur: hoc autem non eſſent niſi reſpirarent. Item dicuntur delphini ſupernatare: hoc autem eſt, qa indigent reſpiratione. Et ideo contingit q̃, cum mouentur ad fundũ maris pp incrementum: & indigent reſpiratione, velociſſime mouentur ad ſuperius, & contingit q̃ totam nauem ſubuertunt, & poſſunt eſſe etiam ſigna tempeſtatis, cum frequenter apparent ſuper ſuperficiem aquę, & maris. Tempore. n. tempeſtatis ſurgũt exhalationes de fundo maris, quæ ſunt cauſa tempeſtatis: & tunc excitatur calidũ in delphinis & generantur ſpiritus calefaciẽtes ipſos: &, qa calidi eſt mouere, ideo contingit q̃ frequentius tunc moueantur ſuper aquam, & apparent. Secundo ibi. Solutio. Delphini apparentes ſup ſuprĩcẽ aquę quæ ſunt ſigna tẽpeſtatis futurę.

N. LEON. *Verum qm̃ neceſſe eſt in humore alimentũ quærere, in tromiſſum humorẽ eijcere eſt neceſſarium. Et hãc ob cauſam omnia fiſtulã habent. aquã enim receptã, ut piſces per branchias, ita iſta per fiſtulam egerunt.*

Sed qm̃ neceſſarium facere alimentũ in humido, neceſſariũ ſuſcipientia humidum dimittere. Et ꝓpter hoc hñt omnia canalẽ. ſuſcipientia enim aquam, quemadmodum piſces, ſecundum brãchias, hęc ſm canalem remittũt aquã.

Reddit cauſam. & dicit q̃ cauſa propter quam iſta recipiunt

ciũt aquam, eſt quia talia aĩalia viuunt in aqua, & recipiunt nutrimentum in aqua. Impoſſibile eſt aũt nutrimentũ ſuſcipere in aqua, quin recipiat aquã: & ideo talia recipiunt aquam. Recipiẽtia aũt aquã neceſſario emittũt illam, & hoc per canalẽ. Cum enim iſta recipiũt aquã per os, ſicut piſces per branchias, poſtea emittunt, ſic iſta per canalem. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Huius aũt rei ſignũ eſt ipſius fiſtulæ poſitura: ad nullam enim ſanguine præditarum partium tendit, ſed ante cerebrum iacet, & aquam reddit.*

Signum autem & poſitio canalis. ad nihil. n. ſanguinẽ habẽtium terminatur, ſed ante cerebrum poſitionem habet & dimittit aquam.

Oſtendit per ſignum q̃ iſta aĩalia non ſuſcipiunt aquã propter refrigerationem. Et dicit, ſignum huius eſt, quia ſiſta eſſet, ſequeretur q̃ canalis in iſtis haberet aliquam cõtinuationem ad partem illam, in qua eſt ſanguis ſupra ad cor, nunc aũt non habet, ſed ante cerebrũ poſitionẽ habet, & per illa emittit aquã. Nõ ſuſcipit igit̃ delphinus, & cetodea aĩalia aquã pp refrigerationẽ. Deide cũ dicit.

N. LEON. *Hanc ẽt ob cauſam, quæ mollia uocantur aquam accipiunt, & quæ fragili integũtur cruſta, ut qui carabi uocantur, & cancri. Horũ nanq; refrigeratione indiget nullum. Exigui enim caloris, & exangue oẽ id eſt genus quia propter à circũiecto humore ſatis refrigerationis capiũt. Verum alimenti gratia ne ſimul capientibus influat humor, ea quidẽ quæ fragili teguntur cruſta, ut carabi & cancri propè hirſutu illa aquã perplicaturas egerũt, ſepiæ uero, & polypi per id cauum, quod ſuperinditur, uocatũ in illis caput. De ijs autem accuratius eſt ſcriptum in ijs, qui de Hiſtoria animalium ſunt commentarijs.*

Propter idem autem hoc ſuſcipiunt & mollia aquam & cruſtata. Dico autem puta vocatos & locuſtę & cancri. refrigeratione quidem enim ipſorum nullum exiſtit indigens. pauci caloris enim eſt & exangue vnumquodq; ipſorum. quare ſufficienter refrigerantur à continente humido: ſed propter alimentum, vt non ſimul ſuſcipientibus influat humidum. mollia quidẽ igitur, velut cancri & locuſtæ ſm aſpera emittunt aquã per epitimata. Sepiæ autẽ & polypi per concauum, quod eſt ſuper vocatũ caput. Scriptum eſt autem de ipſis per diligentiã magis in his quæ de animalibus Hiſtorijs.

Oſtendit q̃ proportionale inuenitur in quibſdã aĩalibus. Et primo facit hoc, ſecundo recolligit determinata. ibi {De ſuſcipere quidem.} In prima dicit q̃ quædã aĩalia non reſpirantia, aquam ſuſcipiunt non pp refrigerationem, ſed ppter eandem cauſam, pp quã & aĩalia. de quibus dictum eſt, ſ. quia talia habitant in aquis, & ſuſcipiũt alimentum in aqua: & nõ poſſunt viuere ſine aqua. Sunt aũt hmõi aĩalia malacoſtraca & locuſtæ & cãcri. Subdit aũt cauſam pp quã talia aĩalia nõ attrahũt pp refrigerationẽ, quia nullũ iſtorum indiget refrigeratione: quoniã parum habent de caliditate: ſunt. n. ſine ſanguine, & ideo ſufficienter infrigidantur à cõtinente humido. Sed quia recipiunt alimentũ in aqua, ſimul & aquam recipiũt, ſed cruſtata ſicut ſunt luceiſtę, cãcri, emittũt aquam per partem aſperã, hoc eſt p corticẽ, quod intendit per epitimata, dicitur enim ab epi, quod eſt ſupra: & rima, quod eſt cortex. i, per partẽ quandã eleuatã ſupra caput. Sed ſepię & polypi emittunt ipſam per concauũ, ſiue per canalẽ, quæ tendit ad cap̃. De iſtis aũt animalibus diligentius dictũ eſt in libro de Hiſtorijs animaliũ. In Quarto enim de hiſtorijs aĩaliũ dicit. Dimittũt aũt aſſumẽtia aquã ſm paruã partẽ, cãcri locuſtę aũt ſm brãchias. Secũdo ibi.

N. LEON. *De humoris igitur aſſumptione, dictum eſt, quoniã refrigerationis fiat gratia: & quoniam ex humore cibos capere oporteat illa quæ natura aquatilia ſunt animalia.*

De ſuſcipere quidẽ igit̃ humidũ, dictum eſt quòd accidit propter refrigerationẽ. & ppter oportere ſuſcipere alimentũ ex humido animalia quæ ſecundum naturam ſunt aquatilia.

Recolligit prædeterminata, q̃ de ſuſceptione aquæ dictum eſt, q̃ quædam ſuſcipiunt aquã pp refrigerationẽ, quædam pp alimentum. Cum enim habitẽt in aqua, nõ poſſunt ſuſcipere alimentum, quin recipiant aquam.

LECTIO XV.

Propter quid nonnulla animalia pulmonem habere dicantur.

N. LEON. *De refrigeratione autem quonam fit modo, tum ſpirantibus, tũ ijs quæ branchias habẽt poſt hac dicẽdũ eſt*

DE refrigeratione autẽ quomodo modo fiat reſpirãtibus, & habẽtibus brãchias, poſt hoc dicendum.

Poſtquam Philoſophus determinauit quæ animalia reſpirãt & quę nõ, & de organis infrigidationis, & diſſoluit quandam dubitationem, In parte iſta determinat cauſam, & modum reſpirandi. & primo dat intẽtionem ſuã, ſecundo proſequitur. ibi. {Quod quidem igitur &c.} In prima dicit q̃ poſt ea, quæ dicta ſunt, dicendũ eſt quo modo, & qualiter fiat in animalibus reſpirãtibus infrigidatio, & qualiter in non reſpirantibus, ſed habentibus branchias. Secundo ibi.

N. LEON. *Quòd igitur ex animalibus ſpirent quæcunq; pulmones habent, dictum eſt prius. Quamobrem autem hanc habent partem nonnulla, & quapropter quæcunq; habent reſpiratione indigent?*

Quòd igitur reſpirant quæcunq; aĩaliũ habent pulmonẽ, prius dictũ eſt. Propter qd aũt hanc particulam habent quædam, & propter quid habentia indigent reſpiratione?

Proſequitur. Et primo aſſignat cauſam & modum infrigidationis in habentibus pulmonem, ſecũdo in habentibus branchias. ibi {Habentia autẽ cor.} Adhuc circa primum duo facit. Primo ſupponit quædã, & præponit duas quæſtiones, ſecundo ſoluit. ibi {Cauſa habendi.} In prima dicit q̃ dictũ eſt ſępius ſupius q̃ animalia, quæ habent pulmonem, reſpirant: ſed propter quid habẽt pulmonem animalia, & propter quid habẽtia ipſum indigẽt reſpiratione, dubitationem habet. Secundo ibi. Dubitatur dupliciter.

N. LEON. *Cauſa quidẽ eſt q̃ habeant, quoniam præſtantiora animalia copioſiorem aſſequuta ſunt caliditatem: ſimulq; neceſſe eſt animam ſortita eſſe excellentiorem. talia nãq; ſtirpium natura ſunt præſtantiora. quapropter quæcũq; ſanguine exhuberantem habẽt pulmonem & calidum, mole ſunt ampliora: idq;, quod iter animalia puriſſimo, & plurimo utitur ſanguine, erectæ maxime figuræ eſt homo: ſoluſq; ſuperiorem partem ad id, quod in uniuerſo eiuſmodi eſt habere conſpicitur, quoniam eiuſmodi hãc habet partem. Et eam ob rem ipſius eſſentiæ cum huic ipſi, tum reliquis cauſam id conſtituere debemus, perinde ac aliarũ quãcunq; partium. habet igitur huius gratia.*

Cauſa habendi quidẽ, q̃ honorabiliora animalium plurẽ aſſequta ſunt caliditatem. Simul enim neceſſe eſt & animã ſortita eſſe honorabiliorẽ.

biliorē, honorabiliora enim hæc q̄ natura plā-
taru:n. Propter quod & maxime habētia pul-
monem sanguinem habentē, & calidū maiora
sunt magnitudinibus: & putissimo, & plurimo
vsum sanguine, animalium rectissimum est ho
mo: & quod sursum ad totius sursum habet so
lum: propter talē habere hanc particulā. Qua-
re & substātiæ & huic & alijs ponendū est cau
sam ipsam, quemadmodum quamcunq; aliam
particulam: habent quidē igitur gratia huius.

Soluit. Et primo soluit primam, secundo soluit secun-
dam, ibi{Propter quid aūt habētia.} Circa primū duo
facit primo assignat causam quare animalia quædam ha
bent pulmonem, q̄m propter abundantiam calidi, secun-
do assignat causam caliditatis & frigiditatis, & aliarum
Soluit pri- passionum in animalibus, ibi{Causa aūt quæ ex necessi
mū dubiū. tate.} In prima dicit q̄ causa pp quam quædam anima-
lia habēt pulmonem est, animalia enim honorabilia, quę
ēt perfectiora sunt, maiorem caliditatem habent: haben-
tia enim animam necesse est habere caliditatem, sicut di-
ctum ē prius. ergo, ea quę perfectiorē, & honorabiliorē
habent animam, plus habent de ēaliditate. Vnde & ani-
malia plus habent de ipsa q̄ plantarū genus, quia hono-
rabiliora & perfectiora sunt. Quod ēt apparet, quia pp
hoc animalia habentia pulmonem cū multo sanguine, &
per consequēs cum multa caliditate, sunt maximi. i. abso
lute, & maiora alijs ſm magnitudinē, calidi enim est ex-
Calidi ē ex tendere, & iterū propter hoc homo est animal habēs plu
tendere. rimum sanguinem, & subtiliorem. Et pp hoc plus calidū
& rectissimum est oīum aīalium, & habet sursum ipsius,
ad sursum vniuersi: quia pulmonē habet plurimi sangui-
nis. Quare animalia honorabiliora: & perfectiora maio-
rem habēt caliditatē: caliditas. n. maior non est sine pluri
mo sanguine, plurimus aūt sanguis in pulmone est. Qua
Aialia ho re multitudo calidi est causa subsistendi hāc particulam,
norabilio- scilicet pulmonem: & alias quascūq; habēt gratia huius,
ra & pfectio sicut arterię, & cōsimilia. Sic igitur apparet q̄ causa qua
ra maiorē re animalia honorabiliora, & perfectiora habent pulmo
habent cali nem, est multitudo calidi. Secundo ibi.
ditatem.

N. LEON. *Per illā uero, quæ ex necessitate & motu est causam,*
talia constare animalia existimare debemus, ut multa,
quæ non talia constare uidemus. si quidem alia ex copio
siori facta sunt terra, ut stirpium est genus: alia uero ex
aqua, ut aquatilia. Ex uolucribus aūt & terrestribus;
alia quidem ex aere, alia uero ex igne: singula aūt in pro-
prijs locis ordinem suum seruant.

Causa aūt, quæ ex necessitate & motus cau
sa, oportet putare talia cōsistere animalia quē
admodum & non talia multa constituta sunt.
hęc quidem enim de terra ampliori facta sunt,
puta plantarum genus: hæc autem ex aqua, pu
ta quæ aquatilium. Volatilium aūt & campe-
strium, hæc quidē ex aere, hęc aūt ex igne: sin-
gula aūt in propriis locis habēt ordinē ipsorū.

Assignat causam caliditatis in animalibus: & aliarū
passionum. Et primo facit hoc secundo reprobat opinio
nem Empedoclis. ibi} Empedocles autem. In prima di-
cit q̄ putandum est causam, quā necesse est existere si res
existat: quāuis non pp ipsam sit res, quæ ēt est causa mo-
tus naturalis ſm Antiquos Naturales, hoc ē causam ma-
terialē: & sic subiectum pp quod aīalia sunt talia, puta ca
lida, & quædam non talia, puta frigida vel humida, putā
dum est esse cōmunia simplicia, ex quibus cōponuntur
primo. Videmus. n. quædam, quæ sunt terrę à dominio,
quædam quæ aquæ, quædam aeris, & quædā ignis. terræ
à domino, sicut plantæ magis: aquæ, sicut aquatilia,
volatilium aūt & campestrium, quædam sunt aeris, quę
dam ignis. & videmus quædam morari sub terra, quæ-
dam supra, quædam in aquis: quædam vtplurimum in
aere. Istarum autem passionum in istis causa sunt elemen
ta, ex quibus componuntur, ita q̄ in illis, in quibus terra
dominatur, & qualitas terræ magis dominatur, in qbus
aqua qualitas aquæ dominatur: & sic de alijs. Et quodli-
bet corporum mixtorum ordinē naturalē habet ad locū
proprium, quē habet virtutem elementi dñantis in ipso.
& per quem quidem ipsum mouetur ad ipsum: & quie-
scit in ipso. Secundo ibi.

N. LEON. *Empedocles aūt nō rectē dixit asserēs calidissima ani-*
malium & ignem habētia plurimum, aquatilia esse, na-
turalis caliditatis exuperantiam declinantia: ut, quoniā
frigido & humido deficiuntur, loco ipso contraria adæ-
quent, humidum enim minus est calidum.

Empedocles aūt non bene dixit hoc dicens
calidissima & maxime ignem habentia pluri-
mū, animalia aquatilia esse, fugiētia excessum
eius, quæ in natura caliditatis: vt quoniam fri-
gido & humido deficiunt, ſm locum saluentur
contraria existentia. Quod enim humidum ca
lidum esse minus aere.

Reprobat opi. Empedo. Et primo ponit opinionē, se- Opinio Em
cundo reprobat ibi{Totaliter quidē igitur.} In prima pedocl.
dicit q̄ Empedo. non bene dixit. Dixit. n. q̄ aīalia aqua-
tilia sunt calidissima, & maxime à dñio ignis. Et qa habe
bāt excessum caliditatis fugiebāt ad humidū, s. ad aquā,
vt quia deficiunt quantum ad frigidum & humidum, pp
locum cōtrarium ad quem mittuntur saluētur. Dixit au-
tem q̄ aqua quæ est humida, est minus calida q̄ aer, &
G ideo aquatica ad aquam mouentur. Secundo ibi.

N. LEON. *Omnino igitur absurdum est quonam contingat mo-*
do eorum unumquodq; in ficco genitum locum muta re
ad humidum, cùm ferè plęraq; illorum pedibus careāt.
Ille aūt eorum à principio constitutionem commemorās,
facta quidem fuisse in sicco dicit, fugientia autem perue
nisse ad humidum.

Totaliter quidē igit incōueniēs, qūo cōtin-
git factum vnūquodq; ipsorū in sicco pmuta-
re locū in humido: ferē. n. & sine pedibus plu-
rima ipsorū sunt. Dicēs aūt eā, quæ à principio
ipsorum constitutionē, factā quidē esse in sic-
co ait, fugientia autem venire ad humidum.

Reprobat opinionā. Et primo facit hoc, secūdo soluit
rōnē. ibi{Sed qualia.} Prima in duas ſm q̄ ponit duas Improbat
H rōnes ad improbādū opinionē ipsius. secūda. ibi{Adhuc opinio Em
aūt.} In prima dicit q̄ totaliter incōuenienter dixit Empe- pedocl.
docles, quia ſm dictum eius, oīa aquatilia facta sunt in sic
co, deinde mouentur ad humidum, vt contrarietate loci,
ad quem mutantur, saluentur. Et q̄ istud sit inconueniēs
manifestum est. Plura. n. immo ferè omnia, sunt sine pe-
dib⁹. quomodo ergo cōtingit q̄ primo facta in sicco mo
ueantur ad humidum, ex quo non habent pedes, non po
test vt dicitur assignari ratio. Secundo ibi.

N. LEON. *Præterea etiam neq; calidiora terrestribus uideri pos-*
sunt: nanq; illorum plęraq; omnino sunt exanguia: alia
uero exiguum habent sanguinem.

Adhuc aūt neq; videntur calidiora existētia
q̄ campestria. hæc quidē enim exanguia omni
no, hæc autem pauci sanguinis ipsorum sunt.

Ponit secundam rationē. Et dicit q̄ iterum manifestū
est q̄ animalia aquatilia non sunt calidiora cāpestribus,
quia

quia illa aĩalia, quę sunt calidiora plus habẽt de sanguine. illa igit̃, quæ omnino sunt sine sanguine, aut parũ habent nõ sunt calidiora q̃ campestria. talia sunt aquatilia taut. n. non habẽt sanguinẽ, aut modicũ hñt. Deide cũ dicit.

N. LEON. *Cæterũ qualia sanè calida aut frigida appellare oportet solitariam de per se sortita sunt consyderationem: ea aũt, de qua locutus est Empedocles causa, habet professio aliquid quæsitæ rationis: id tamẽ quod afferit haud quaquam uerum est.*

Sed qualia quidẽ oportet dicere calida et frida ꝑm seipsa cõsyderationem sumpsit. De qua aũt dixit Empedocles sic quidem habet quesitam rationem, non tamen quod ait ille verum.

Soluit rationem Empedo. Et primo proponit qđ intendit, s. ꝙ modo aliquo bene dixit, alio modo nõ. secundo manifestat, ibi{ Habitantiũ quidẽ. n.}. In prima intelligendũ est, ꝙ quædã sunt passiones naturales, quas habẽt aĩalia ex materia ipsorum, quæ sunt eleméta. Et istas vocat Philosophus qualitates naturales. Aliæ sunt qualitates mixtorũ, quas hñt à cõtinẽte, vel ab aliquo extrinseco. et istas vocat Philosophus habitus & dispões. Dicit igit̃ ꝙ Empedocles in cõsyderatiõe sua ꝓposuit dicere qualia sunt calida & frigida ꝑm se & ꝑm naturã, & non dixit veritatẽ de his, quæ sunt calida & frigida ꝑm se, & de his, quę ꝑm accidẽs accipiũtur. Vñ illud qđ dixit Empedocles verę est de qualitatibus accidẽtalibus, sed non est verum de naturalibus qualitatibus, ꝙ præseruẽtur in locis contrarijs, vt si fuerint excellenter frigida, preseruẽtur in calidis, si calida, in frigidis. Secundo ibi.

Passiões naturales sunt in duplici differẽtia.

N. LEON. *Ea nanq; quæ habitudines excedentes habent, cõtraria certæ loca ac tpa cõseruãt. Natura uero in proprijs precipue saluatur locis: non enim eadẽ animalium est materia, ex qua uenũ quodq; cõstituitur, & habitudines, dispositionesq; illius, uerbi gratia, si à natura quippiam è cera fingatur, id certe in calido positũ nõ saluabitur. neq; si ꝙpiam è glacie: quam primũ. n. à contrario corrũpetur: calido nanq; liquescit quod à contrario fuerit compactum. Neq; si quippiã ex sale aut nitro cõfecerit, in humido sanè illud collocabit: destruit. n. humidũ quodcũq; à calido & sicco fuerit constitutũ. Itaq; si oĩbus corporibus materia est humidæ & siccũ. rõni cõsentaneũ est, ut q̃cũq; ex frigido et humido fuerint cõstituta ĩ humidis dẽgãt, et si frigida fuerint, in frigidis: quæcunq; uero ex sicco, in sicco.*

Habituũ. n. excessus habẽtia loca cõtraria et tpa saluãt. Natura aũt in ꝓprijs saluat maxime locis. Nõ ẽ aũt idẽ materia aĩaliũ, ex qua ẽ vnũ quodq;, & habitus, & dispositiões ipsius. Dico aũt puta si qd ex cera cõstituisset natura, nõ vtiq; ĩ calida ponẽs saluasset. Neq; si qd ex glacie: corrũperet. n. vtiq; cito ꝓp cõtrariũ. liquefacit. n. calidũ, qđ à cõtrario constat. Neq; si qd ex sale aut nitro cõstitueret, nõ vtiq; in humidũ ferẽs reponeret. Corrũpit. n. humidũ sicco, et calido cõsistẽtia. Si igit̃ materia oĩbus corporibus humidũ & siccũ, rõnabiliter quæ qdẽ ex humido & frigido cõsistẽtia, ĩ humido sunt: & si frigida erãt ĩ frigido, quæ aũt ex sicco, ĩ sicco.

Probat ꝙ ratio sua nõ concludit de qualitatibus naturalibus. Et ꝓmo facit hoc, secũdo recapitulat. ibi{ Quod igit̃ adhuc.}. Primo, s. quod dictũ est, secundo recolligit. ibi{ Naturæ quidẽ igitur.}. Adhuc primo facit quod dictum est, secũdo infert corollariũ. ibi{ Propter hoc arbores.}. In prima dicit ꝙ qualitas, quæ causatur ex materia ipsorum aĩaliũ, sicut ex qualitatibus elemẽtorũ, quæ est naturalis, non est eadẽ ꝙ qualitas accidentalis, quæ dicitur dispositio, quę causat ab aliqua causa extrinseca: quia habentia qualitates accidentales, quæ dicũtur habitus, saluantur in locis contrarijs, & temporibus cõtrarijs, sed habẽtia qualitates naturales saluanť in proprijs locis. ꝟ. g. si natura ex cera aliquid cõstrueret, si vellet saluare illud nõ poneret in calido, quia in ipso corrũperetur. Item si aliquid fiat ex glacie, nõ oportet ꝙ ponatur in calido loco: quia propter cõtrarietatẽ cito corrumperetur. quę. n. corpa coagulãtur à frigido, à calido dissoluũtur: & quę à calido, frigido dissoluũtur. Itę, si natura ex sale nitro faceret aliqd vel cõstruerer, nõ poneret ipsum in humido, quia corrũpereť. Quia quæ coagulanť à calido, dissoluũtur à frigido: sicut dicitur Quarto Meteororũ. Nitrũ est quoddã genus salis, & coagulatur à calido, sicut sal. Sic igit̃ apparet ꝙ qualitates naturales in locis ꝓprijs saluantur, in cõtrarijs nõ. Si igitur oĩbus corporibꝰ materia est calidũ, frigidũ, humidũ, siccũ, Manifestũ est ꝙ qualitas illoꝝ, quæ est humida, in loco humido saluatur: quæ frigida, in frigido: & quę sicca, in sicco: quę calida, in calido.

Lege quæstũ Meteororum.

Nitꝝ qd sit.

Secundo ibi.

N. LEON. *Quapropter arbores in aquis nõ nascũtur, sed in terra at qui eadẽ ratione in aqua, qm̃ magnopere sunt siccæ, quẽadmodũ magnopere ignita inquit ille: nõ. n. ꝙ frigida esset ad illam sanè deuenerunt, sed quoniam humida.*

Propter hoc arbores nõ in aqua nascuntur, sed in terra, q̃is eiusdẽ rõnis est in aqua ꝓp eẽ ipsa valde sicca, quẽadmodũ prę̃ignea (ait ille) nõ. n. ꝓp frigidũ venit in ipm̃, sed q̃ humidum.

Infert corollarium. Et dicit, ita dictũ est ꝙ dispositiones naturales saluantur in locis cõsimilibus, qa ꝓp hoc arbores crescunt in terra, qa ibi est simile & naturale eis: & tñ propter eandẽ rationẽ, ꝑpter quã Empedocles posuit de aliꝭ. quæ mouebantur ad aquã, debet dicere de plãtis: quia ꝑm ipsum plantæ sunt calidissimæ: & multũ habẽt de calido, quare deberent moueri ad aquam. nec valet ꝙ aliqs posset dicere. s. ꝙ mouẽtur ad terrã qa frigida. Istud nõ valet: quia cũ plãtæ sunt calidissimæ & siccæ deberẽt moueri ad humidũ: terra aũt nõ est humida sicut pisces: quia siccitatẽ & caliditatem habebãt mouebãtur ad frigiditatẽ, & humiditatẽ ꝑm Empedoclẽ. Deide cũ dicit.

Solo obiectionis tacta.

Naturales ergo materiæ tales profecto sunt qualia fuerint loca, in quibus exiſtunt. In aquis quidẽ, humidæ, in terra uero, siccæ, in aere aũt calidæ. Verũ enimuero habitudines, quæ caliditatæ supſtnũ, in frigido: quæcũ ꝙ aũt frigiditate, in calido collocate cõseruanť magis: qñquidẽ locus ipe habitudinis exꝑtiã ad mediocritatẽ coequat

Naturæ quidẽ igit̃ materiæ in quo qdẽ loco sunt tales eñtes sunt: & q̃ qdẽ in aqua hũidæ, q̃ aũt in terra siccę: quæ aũt in aere calidæ. Habitus tñ, qui qdẽ excedẽtes caliditate, in frigido: qui aũt frigiditate, in calido positi saluãtur magis. Reducit. n. ad mẽsurã locus habitꝰ excessũ.

Locꝰ reducit ipsiꝰ habitꝰ excessũ ad mediocritatem.

Recolligit, siue concludit solutionẽ ꝓdictã. Et primo facit hoc, secundo infert corollariũ. ibi{ Quod quidẽ igitur.}. In prima dicit ꝙ dispositiões naturales, quę cũq; insunt corporibus ex suis principijs materialibus, tales sunt quales sunt dispositiões loci naturalis, in quo est corpus vt: qualitas naturalis eorum, quæ sunt aquæ, quã habent ex sua materia, ẽ humida: terræ frigida: aeris calida & humida: & in illo loco per consequens saluantur. Sed qualitates accidẽtales, q̃ excedũt in caliditate, in frigido loco saluanť, locꝰ. n. reducit ad ꝓportionẽ. Secũdo ibi.

Hoc

N. LEON. *Hoc autem in cuiuſq; materiæ proprijs quærere oportet locis: & in conſtitutionibus communis tẽporum mutationis. habitudines enim locis contrarias eſſe contingit, materiam autem non contingit.*

Hoc quidẽ igitur oportet quærere in locis ꝓprijs vniuſcuiuſq; materiæ ſm ꝓmutationes cõmunis tẽporis. Habitus quidẽ, n. cõtingit locis cõtrarios eſſe, materiã autem impoſſibile.

Infert corollariũ. Et eſt. Ita dictũ eſt ꝙ qualitates animalium conſimiles ſunt ſuis locis naturalibus, infert ex hoc ꝙ quales ſunt qualitates naturales corporũ mixtorũ oportet quærere ex diſpoſitione locorum naturalium. tales enim ſunt, quales qualitates locorũ ſm permutationẽ, ita ꝙ ſi mutẽtur qualitates loci per tempus cõmune, mutantur qualitates naturales locati. Non ſic aũt eſt de qualitatibus accidentalibus: quia tales ſaluantur in locis contrarijs. ſunt. n. contrariæ locis naturalibus: ſed naturales impoſſibile eſt contrarias eſſe. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Quod igitur non propter naturæ caliditatẽ alia qdẽ aquatilia, alia uero animalium ſunt terreſtria, ut inquit Empedocles, neq; quamobrem alia quidem pulmonẽ habent, alia uero non habent, in tantum ſit dictum.*

Quod quidem igitur nõ propter caliditatẽ naturę hæc quidẽ aquatilia, hæc autẽ cãpeſtria animalium ſunt, quẽadmodũ Empedocles ait, tanta dicta ſunt nunc. Et cur hæc quidem non habent pulmonem, hæc autem habent.

Recapitulat. Et dicit ꝙ tãta dicta ſunt contra Empedoclem: ꝙ propter caliditatẽ naturalem iſta non ſunt aquatilia, illa campeſtria: ſicut Empedocles dixit. Et dictũ eſt ꝙ quædam habent pulmonem, quedam non habent.

LECTIO. XXVI.

Propter quid habentia pulmonem habentem multũ ſanguinẽ maxime reſpirant, ad reſpirationem item infrigidationem ſequi dicitur: modus ẽt ponitur infrigidationis in pulmone exiſtentibus, & differentia reſpirantium à non reſpirantibus.

N. LEON. *Cur autem quæ habent pulmonem aerem admittãt & ſpirẽt, & præcipue illa, quæ ſanguine redũdantẽ hũt.*

PRopter quid autem habentia ſuſcipiunt aerem & reſpirant, & maxime ipſorum, quæcunq; habent ſanguinem habentem.

Poſtquam Philoſophus declarauit ꝓpter quã cauſam quædam animalia habent pulmonem. in parte iſta declarat propter quam cauſam habẽtia ipſum pulmonẽ reſpirant. Et diuiditur in tres. In prima proponit quod intendit. In ſecunda ꝓbat. ibi {Cauſa reſpirandi quidem.} In tertia recapitulat. ibi {Refrigeratiõe.} In prima dicit ꝙ cũ dictum ſit propter quã cauſam quædam aãlia habeãt pulmonem, cõſequẽter dicendũ eſt qũo quædã animalia habentia pulmonem reſpirant, & maxime quę habẽt pulmonẽ habentem ſanguinem plurimum, ſicut homo.

N. LEON. *In cauſa quidem ſpirandi pulmo eſt cũ fungoſus exiſtat, & fiſtulis plenus. Et profectò ea pars maxime ſanguine eſt prædita inter illa, quæ appellãtur uiſcera. Quæcunq; igitur ſanguineũ habẽt cum, celeri ſanè indigent refrigeratione quoniã paruũ animalis igni eſt momentũ. intus autem ingredi & ubiq; ob ſanguinis copiã & caloris. utrunq; autem aer facile præſtare poteſt. nam, cum tenuem habeat naturam, ubiq; celeriter permeando refrigerat, aqua uero contrario ſe habet modo.*

Cauſa reſpirãdi quidẽ pulmo inanis exiſtẽs, & plenus ſyringis, & maxime utiq; ſanguinẽ habens hæc particula vocatorũ viſcerum. Quę cũq; itaq; habẽt ſanguinẽ habentẽ ipm, celeri qdem indigent reſpiratione pp paruã eſſe inclinationem aĩalis ignis, intra aũt ingredi ꝓ oẽ pp multitudinẽ ſanguinis & caliditatis. Hæc aũt ambo aer quidẽ poteſt facile facere, ꝓpter habere. n. ſubtile naturam per omne & celeriter penetrans refrigerat, aqua autem cõtrarium.

Soluit. Et diuiditur in duas. In prima oſtendit cauſam quare habentia pulmonem reſpirant, & maxime quæ habent pulmonem habentem ſanguinem plurimũ, ſicut homo, ſecundo oſtendit qualiter ad reſpirationem ſequitur infrigidatio caliditatis cordis ibi {Simul aũt.} Adhuc prima in duas. In prima probat pp quã cauſam habẽtia pulmonem reſpirant. Secundo propter quam cauſam maxime reſpirant quæ habent pulmonem habẽtem ſanguinẽ. ibi {Et quod maxime.} In prima dicit ꝙ cauſa pp quã habentia pulmonem reſpirant, eſt quia pulmo ſm naturam ſuam eſt poroſus. & eſt plenus ſyringis, i. paruis venis: & inter partes, quæ vocantur viſcera, multũ habent ſanguinẽ. Quæcunq; aũt habẽt multũ ſanguinem habẽt multam caliditatẽ: quæ aũt multã caliditatẽ habent indigent reſpiratione celeri: quia calidũ tale paruã habet inclinationẽ ad eſſe & durationem ꝓp facilem cõſumptionẽ humidi, & ſubtilitatem eius. Et, quia ſanguinem intra habet per totum, indiget refrigeratione per totũ: & ideo indiget reſpiratione talis corpis, ꝙ cito & celeriter penetrare poſſit, & intra per totũ, & per motũ ſuum infrigidare: Iſta aũt omnia poteſt facere ipſe aer, penetrat. n. celeriter & per totum interius pp ſubtilitatẽ, cuius eſt penetrare, & refrigerare poteſt frigiditate ſua, nõ ſic aũt aqua, quia groſſa eſt non celeriter penetrat, nec per totũ. Si ẽt ſubintraret, magis corrumperet calidum propter excellens calidum cũ refrigeraret, & ideo habentia pulmonem rationabiliter reſpirant aerem. Secunda ibi.

N. LEON. *Et ex hoc certe manifeſtum eſt, cur quæ ſanguineum habent pulmonẽ maxime ſpirent. quod enim calidius eſt copioſiori indiget refrigeratione.*

Et ꝙ maxime reſpirant habentia pulmonẽ habentem ſanguinem, ex his palam. Quod. n. calidius, ampliori indiget refrigeratione.

Oſtendit pp quam cauſam maxime reſpirant quæ habent pulmonẽ habentẽ ſanguinẽ multũ, & dicit ꝙ manifeſtum eſt pp quam cauſam habentia pulmonẽ, habentẽ multũ ſanguinẽ, magis indigent reſpiratione: quia talia plus habent de caliditate. Quæ autem plus habẽt de caliditate magis indigent reſpiratione. quare habentia pulmonem, ſanguinem habentem plurimum, indigent magis reſpiratione. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Simul etiam ad caloris principium, quod in corde eſt facile permeat ſpiritus. Quo autem per terebratos cor meatus habeat ad ipſum pulmonem, ſpectandum eſt cũ ex ipſis Sectionibus, tum ex Hiſtorijs, quæ de animalibus ſunt conſcriptæ.*

Simul autem & ad principiũ caliditatis quæ in corde, progreditur ſpiritus de facili. Quo autẽ modo cor colligationẽ habet ad pulmonẽ, oportet contemplari ex Anatomijs & Hiſtorijs circa animalia ſcriptis.

Oſtendit qualiter ex reſpiratione ſequitur infrigidatio caloris cordis Et dicit ꝙ manifeſtum eſt ſimul ꝙ per reſpirationem aeris, calor cordis, in quo eſt alimenti principium cito poteſt infrigidare: quia aer cito poteſt peruenire ad cor aer enim per pulmonem attrahitur: Pulmo aũt colligationem habet ad cor: protenduntur enim quædã

venæ

venæ à pulmone ad cor, & ideo aer à pulmone per venas illas, pcedit ad cor. Quam aũt colligationẽ habet pulmo ad cor, manifestum est ex Anatomijs: & ex libro de Historijs animalium. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Refrigeratione igitur animalium natura indiget, ob animæ in corde feruorẽ: hanc aute respiratione efficiunt quæcũq; nõ modo cor habẽt ex aĩalibus, sed ẽt pulmonẽ.*

Refrigeratione qdẽ igitur oĩno idiget aĩaliũ natura, pp caliditatẽ aĩæ in corde: hanc autem faciũt per respirationem quæcunq; animalia non solum habent cor, sed etiam pulmonem.

Recapitulat. Et dicit ꝙ manifestũ est ex dictis, ꝙ vnũ quodq; animalium indiget refrigeratione ſm suam naturam. hoc est pp caliditatẽ animę, quæ est in corde. hoc autem fit per respirationem aĩalibus, quæ non solũ habent cor, sed etiam pulmonẽ. Dicit autem animã collocatã in corde nõ qa substantia ei⁹ sit determinata in ipso corde tm̃, sed qa ibi sunt virtutes ei⁹ principales, sicut sensitiuũ primũ & nutritiuũ, sicut ꝓus dictũ est. Deide cũ dicit.

Aĩę sẽ collocatã cor de quis sentius. Lec. 1. & 2. de Iuuẽ. & Senectu.

Quæ autem cor quidẽ habẽt, pulmone uero carent, ut pisces, quoniam aquatilem habent naturam refrigerationem aqua per branchias obeunt.

Habentia autem cor, pulmonem autem nõ, quemadmodũ pisces, pp aquatilem ipsorũ naturã, aqua faciunt refrigerationẽ per brãchias.

Assignat causam, & modũ infrigidationis in habẽtibus branchias. Et diuiditur in duas. In prima proponit quod intendit, secũdo declarat. ibi {Quomodo aũt.} In prima dicit ꝙ illa aĩalia, quæ habẽt cor, sed nõ habẽt pulmonem, sicut pisces, infrigidantur per aquã, & per branchias, sicut per instrumentũ. Per aquã quidẽ eis, quia est connaturalis: quia habent naturã aquatilẽ. Secũdo ibi.

Quo autem modo cordis ad branchias se habeat positura, uisu quidem ex Sectionibus spectare oportet: ad accuratam uero certitudinem, ex Historijs contemplandũ: ut summatim autem nunc dicatur, hoc se habet modo.

Qũo aũt positio se habeat cordis ad branchias: ad visum quidem ex Anatomijs oportet contẽplari: ad certitudinẽ autem ex Historijs. Vt aũt in summa dicat̃, & nunc habet hoc mõ.

Declarat suũ intentum. Et diuidit in duas. In prima facit quod dictum est, In secunda assignat cõueniẽtiã inter respirãtia et nõ respirãtia. ibi {Eodẽ aũt modo.} Adhuc circa primum duo facit. Primo tãgit quid præsciendũ est ad hoc. secundo manifestat propositũ. ibi {Videbitur quidẽ. In prima dicit ꝙ in habẽtibus brãchias branchiæ sic se habẽt sicut pulmo in habentibus ipsum pulmonẽ. Pulmo colligationẽ quãdã habet ad cor vbi est principiũ calidi: quare & brãchiæ in habentibus ipsas colligationẽ habẽt ad cor. Tunc dicit Philosophus ꝙ qũo cor se habet ad brãchias, & cõuerso ad sensũ apparet ex Anatomijs, ſm certitudinẽ aũt apparet Historijs animaliũ. Vt autẽ dicatur in summa, sicut sufficit ad propositum, cor colligationem habet illo modo quo dicetur. Secundo ibi.

Proportio inter branchias & pulmonẽ habentib⁹ brãchias & pulmonem.

N. LEON. *Videri autem potest non eodem situm habere modo cor in terrestribus animalibus, & in piscibus, cum tamen ita se habeat: quo enim uergunt capita, eo cor cuspidem habet. quoniam autem non eodem uergunt modo capita in terrestribus animalibus & piscibus, os uersus cuspidem habet cor.*

Videbitur quidẽ enim nõ eodẽ mõ habere positionem cor cãpestriũ aĩaliũ, et piscium: habet autem eodem mõ. qua enim vniũtur capita, hic cor acutum habet. Quoniam aũt non eodem modo capita vniuntur campestribus animalibus & piscibus, ad os cor acutum habet.

Ostendit istam colligationẽ & modũ refrigerandi. Et primo remouet quãdam opinionẽ, secundo assignat colligationẽ, & modũ refrigerationis. ibi {Tendit aũt.} In prima dicit ꝙ alicui videbitur ꝙ cor nõ eandem positionem habet in campestribus & in pisc̃ibus: sed manifestũ est, ꝙ aliquo modo eodem mõ se habet. quia cor & in his & in illis positũ est in medio superioris & inferioris. Adhuc omnia aĩalia acutũ cordis, & orificiũ ipsius dirigunt ad partem illam, ſm quã capita vniuntur alijs membris, scilicet ad collũ, & ad caput: vt à caliditate effluẽte ex orificio cordis frigiditas cerebri existentis in capite mitigetur: & similiter frigiditate cerebri mitigetur aliqualiter calidum cordis, sed quia non eodem modo omnino se habent capita ad alias partes in piscibus & cãpestribus: in piscibus enim magnis, deprimũtur inferius ab alijs partibus ꝙ in campestribus, ideo nõ eodẽ modo videtur se habere cor in piscibus & campestribus. in piscibus enim ad os, quod magis deprimitur, magis videtur habere acutum eius. Secundo ibi.

Tendit uero à sumo cordis fistula neruea ad medium, ubi ad se inuicem omnes copulantur branchiæ. maximus igitur is est meatus, hinc inde aũt ex ipso corde aliæ tendunt ad singularum extremitatem branchiarum: per quos cordi refrigeratio subministratur, aqua semper per branchias reciprocante. N. LEON.

Tendit aũt ex extremitate cordis cannalis, quasi vena & neruus ad mediũ qua contangũt inuicem omnes brãchiæ. Maximus quidẽ igit̃ istæ est. Hinc aũt & inde cordis ꝓtenduntur & alteri in extremitate vniuscuiusq; branchiarũ, per quas refrigeratio fit ad cor: decurrẽte sem per aqua per branchias.

Assignat colligationem et modum infrigidationis. Et dicit ꝙ ab extremitate cordis protenditur cannalis quędã, quæ est vena quędam, vel neruus ad mediũ, quod est inter ipsum cor & caput: vbi colligationem habent omnes brãchiæ. istæ aũt neruus hic in isto medio maxime vnus est cor, & colligationem habens ad circunferentiã totam orificij cordis, ita ꝙ ab vtraq; parte cordis venæ & nerui ad istud medium cõiunguntur, & ibi fiunt vnũ. ab hoc aũt protẽdunt aliquæ venæ vel nerui ad extremitates oĩum branchiarum: & ideo infrigidaris branchijs per aquã, infrigidantur capita aliarũ venarũ, & illis infrigidatis infrigidantur cõsequenter partes aliæ illarũ, & sic vsq; ad illam cannalẽ, vnde oriuntur, & illa infrigidata refrigeratur cor per aquam decurrentem, vel per alterationẽ factam ab ipsa. Deinde cum dicit.

Eodemq; modo ijs, quæ ſpirantur sursum & deorsum frequenter motatur pectus: cum accipiẽtibus, tum extrudentibus ſpiritum: ut in piscibus branchiæ. N. LEON.

Eodem aũt modo respirantibus thorax sursum & deorsum mouetur frequenter, suscipiẽtibus ſpm̃ & emittẽtibus, vt brãchię piscibus.

Assignat conuenientiam inter respirãtia & non respirantia. Et diuiditur in tres ſm ꝙ tria sunt, in quibus assignat conuenientiam, secunda ibi {Et respirantia.} tertia ibi {Et non potentibus.} In prima dicit ꝙ, sicut in animalibus respirantibus pectus eleuatur & deprimitur cũ expirant & inſpirãt, sic & in piscibus branchiæ eleuãtur cum emittunt aquam, deprimuntur aũtẽ cum attrahunt, & econuerso. Secundo ibi.

Cõuenientia inter aĩalia respirantia & nõ respirantia.

Et ea quidem quæ ſpirant in pauco & eodem ſtrangulantur aere. Confestim enim utrunq; eorum fit calidi-

sanguinis nanq; contactus utrunq; excalfacit: calidus autem cum existat sanguis refrigerationem prohibet.

Et respirãtia quidem in pauco aere, & codẽ suffocant. velociter. n. vtrũq; priorũ fit calidũ. Calefacit enim sanguinis cõtactus vtrunq;: calidus aũt existẽs sanguis, phibet refrigerationẽ

Dicit ꝙ sic respirantia in pauco aere eodẽ cito moriuntur, quia ille aer inspiratus cito calefit, quia sanguis propter suam caliditatem calefacit ipsum. cum enim sanguis sit calidus prohibet refrigerationem, & ideo moriuntur. similiter pisces in eadẽ aqua, & pauca suffocantur, quam uis non ita cito. Tertio ibi,

N. LEON. *Et, cum mouere nequeant spirantia quidem pulmonem, aquatilia uero branchias propter morbum, aut senectutem tunc illis sanè accidit uitæ finis.*

Et nõ potentibus mouere respirãtibus qdẽ pulmonẽ, aquatilib⁹ aũt brãchias pp passionẽ, aut propter senectutem, tunc accidit mors.

Cãimobilitatis branchiarũ & pulmonis i pisc⁹ & respirãtib⁹ q̃ sit.

Ponit tertium. Et dicit ꝙ, cùm respirantia non possunt mouere pulmonem, & pisces branchias, quod potest contingere uel pp passionem aliquam, uel propter senectutẽ, tunc accidit mors propter defectum infrigidationis.

LECTIO. XXVII.

De causis uitæ ac mortis tam violentæ ꝙ naturalis, earumq; definitiones: iuuentutis item, & Senectutis, atq; vigoris.

N. LEON. *Cõmune igit̃ omnibus inest animalibus generatio & mors: modi aũt specie sunt diuersi. non. n. discriminis expers est corruptio, sed cõe quiddã habet. Mors aũt est altera quidẽ uiolenta, altera aũt naturalis. & uiolenta quidem, cũ origo extrinsecus fuerit: naturalis aũt, cum intrinsecus. Et partis constitutio à principio tali, sed non aduentitia quædam passio. In stirpibus igitur hoc ipsum ariditas: In animalibus uero senectus uocatur.*

EST quidẽ igitur omnibus aãlibus cõe generatio & mors. modi aũt differũt specie. Non. n. indifferẽs corruptio: sed habet aliquid cõe. Mors autem est, hęc quidem violenta, hęc aũt fm naturam. Violẽta quidẽ quando principium extra fuerit: Secũdũ naturã, aũt quãdo in ipso & partis consistentia ex principio tali, sed nõ aduẽtitia aliqua passio. Plãtis quidẽ igitur ariditas, in aãlibus aũt vocaẽ hęc senectus.

Posteq; Philosophus determinauit de infrigidatione et in animalibus habentibus pulmonem, & in animalibus habentibus branchias, in parte ista determinat de morte & vita, & iuuentute & senectute. Et diuiditur in tres partes. In prima determinat de his, In secũda recapitulat. ibi {Quod quidem igitur.} tertio infert corollariũ. ibi {Palam aũt.} Adhuc prima in duas. Primo assignat causam istorum, secundo assignat rõnes, & definitiones. ibi {Generatio. Adhuc prima in duas. Primo distinguit mortẽ, secundo causam mortis assignat cũ dicit. {Omnibus qui dem igitur.} Circa primum duo facit. Primo distinguit, secundo ostendit ꝙ non eodem modo inuenitur in omnibus. ibi {Est aũt mors} In prima dicit ꝙ mors, & generatio sunt cõia omnibus animalibus, cõia dico communitate generis: modi autem corruptionum differũt specie. Cùm enim mors in diuersis consyderatur, modi eius differunt fm speciem, & est eadem fm genus. Et generatio fit, quia generatio est via in substantiam: & ideo rationẽ et speciem sumit ex substantia, ad quam est. Mors autem est via in nõ substantiã, vt in priuationem eius: sed priuatio speciem sumit ex habitu: & ideo corruptio rationem & speciem sumit ex illo. si igitur consyderentur animalia

Mors & generatio est cõis oĩbus aãlibus.

E vnius speciei, mors in eis est vnius speciei. Si autem differant specie & conueniant genere, fit mors in illis eadem fm genus, differens tamen fm speciem. Et hoc est quod dicit, {Non enim indifferens corruptio.} quasi diceret. Corruptio, fm ꝙ in diuersis consyderatur, non est indifferens fm speciem, in vno fm speciem differt, & est eadem fm genus. Mors autem, & in eadẽ specie duplex est. quædam violenta, quædam fm naturam. & violenta dicitur cuius principium est ab extra. Nam violentum est cuius principium est extra non conferente vim ꝑsso. Naturalis aũt est cuius principium est intra, vel in toto, vel in resistentia partis pp tale principium, s. intrinsecũ. potest. n. contingere, ꝙ ad corruptionem partis totum corrumpatur à principio existẽte in illa parte, licet nõ sit aliqua passio ab extrinseco, scilicet violenta. Et talis corruptio in plãtis dicitur ariditas, in animalibus dicitur senectus. Et est cõsyderandum ꝙ natura duobus modis dicitur, vno modo dicitur de materia, alio modo de forma. Et ideo aliquid potest dici naturale, quia natura materiæ, aliquid quia natura formæ. Modo dico ꝙ corruptio nõ est naturalis, natura formæ: qa ipsam priuat. sed est naturalis natura materiæ, quia materia est in potentia ad formam, & ad priuationem formæ, & ideo est in potentia ad corruptionem formæ: ideo corruptio naturalis est natura materiæ. Vlterius consyderandum est ꝙ in habentibus formam & materiam oportet esse aliquas dispositiones, sub quibus forma sit in materia, & fm quas materia patiat: & alias fm quas forma agat. modo aũt ita ẽ ꝙ istæ dispositiones qñq; sunt in perfici, qñq; sunt in perfecto esse. ita ꝙ, cum sunt in perfici & fieri, & virtus est in perfici: cum autem sunt in perfecto esse, & virtus est in perfecto esse: cùm aũt incipiunt deficere & declinare ad non esse, & virtus corrũpitur. Tunc dico ꝙ, si cõsyderetur forma fm dispositiones, fm quas est in materia, seu dispositiones illæ in perfici, seu in pfecto eẽ, corruptio nõ est naturalis nec natura materiæ, nec natura formę: si aũt cõsyderet fm ꝙ dispositiones deficiunt & inclinant ad non esse, sic corruptio est naturalis natura materiæ. Secundo ibi,

Mors duplex.

Natura dupliciter dicitur.

Est autem mors & corruptio similiter omnibus nõ imperfectis: illis autem ferè similis, alio tamen modo: imperfecta autem appello ut ouа, stirpiumq; semina, quæcunq; adhuc radices non habent.

N. LEON.

Est aũt mors & corruptio oĩb⁹ similiter nõ ĩperfectis: his aũt assimilatim quidẽ, alio autem modo. Imperfecta autem dico, vt puta oua & semina plantarum quæcunq; sine radice.

Declarat ꝙ mors nõ est eiusdem rationis in perfectis, & in imperfectis. Et dicit ꝙ mors inest omnibus animalibus perfectis secũdum vnam rationem genere, tñ in imperfectis non est omnino fm rationem vnã. Et ratio hui⁹ est. Mors rationem sumit ab illo à quo generatio, generatio aũt rationem sumit à substantia, & ẽt mors. Si igitur animalia perfecta viuentia, & imperfecta non sunt vnius rationis, nec mors in istis erit vnius rationis: tñ in imperfectis inuenitur fm quandam assimilationem, & proportionem ad perfecta. & exponit quæ sunt imperfecta: & dicit ꝙ imperfecta sunt, sicut ouum, quod in potentia est animal: & semina plantarum, in quibus non sunt radices in actu, sed in potentia tantum. Deinde cum dicit.

Mors nõ ẽ eiusdem rõnis in aãlibus pfectis & in imperfectis.

Omnibus igitur interitus aduenit ob calidi defectum: perfectis autem in quo substantiæ est principium: id aũt est, ut dictũ est prius, in quo superiora cum inferioribus copulantur. Stirpibus quidem medium caudicis & radicis: animalibus autem sanguine quidem præditis cor, illo uero carentibus, id quod cordi proportione respondet. Horum autem nonnulla potestate multa habent principia, non tamen actu. Quamobrem insectorũ pleraq; præ

cisa

eiſa uiuunt. necnon ex habentibus ſanguinem quæcunq; A *non admodum ſunt uiuacia, exempto corde diutius uiuunt, ut teſtudines, & pedibus motantur adhuc reſtantibus teſtis, propterea q̃ earum natura non ita exacte eſt conſtituta, æque ut inſectis.*

Omnibus quidē igit̃ corruptio fit propter calidi alicuius defectum: perfectis autē in quo ſubſtātiæ principium. hoc autē eſt quemadmodum dictū eſt prius: in quo ſurſum & deorſum copulantur: plātis quidem medium germinis & radicis. Animalium autem quidē habentibus ſanguinem, cor: ex ſanguibus autem, proportionale. Horum autem quædā virtute multa principia habent, nō tamē actu. Propter qđ & entomorum quædam diuiſa viuunt & ſanguinem habentium. quęcunq; non vitalia valde ſunt multo tēpore viuūt ablato corde, vtputa teſtudines, & mouētur pedibus adhuc exiſtētibus puſillis propter non componi naturam ipſorum bene, ſimiliter entomis.

Aſſignat cauſam mortis. Et primo oſtēdit q̃ mors accidit propter defectum calidi, ſecundo oſtēdit qūo accidit defectus calidi. ibi{Principiū aūt vitæ.} In prima dicit q̃ omnia animalia, ſm naturam corrūpuntur propter defectū alicuius calidi. cuius ratio eſt, qa oīa quandā qualitatē habent, quam neceſſe eſt ſaluare ſi debeant viuere. quare ad corruptionē eiuſdē neceſſe eſt ipſa corrumpi. ſed animalia perfecta corrūpuntur propter defectum calidi in parte principali, vbi eſt principium ſubſtātię, ſ. anima pp participationē cuiuſdam calidi, in quo inueniūtur viuere. ergo propter corruptionē eiuſdem in eodē principio corrumpuntur. hmōi aūt principiū eſt particula media, ad quam coniunguntur ſurſum & deorſum: & in plātis etiā medium radicis pro particula ipſius, ſ. trūci, quam prius Ariſt. nominauit dytiron. In animalibus habentibus ſanguinē dicitur cor: in alīs proportionale. Tale aūt principium in quibuſdam multum inuenitur ſm virtutē. Et ideo vnū animal eſt plura virtute, in actu vnū tm̃, ſicut eſt vnum animal in actu. Et ideo animalia entoma multa habētia talia principia virtute, diuiſa in multa viuunt. Et quædam etiam habentia ſanguinem, quæ nō optime conſtituta ſunt nec multum vitalia, viuunt ablato corde: ita vt pars, quæ auferetur cū corde viuat: & ſic animal. reliquæ autē partes inuenīūtur moueri, puta pedes, & quibus pedes ſunt coniuncti. Hoc autem accidit eis, quæ non ſunt peroptime cōpoſita, & maxime vna, ſicut dictum eſt prius: & ſunt ſimilia quātum ad hoc entomis.

Mortis cā i aialib⁹ & in plātis q̃ lit.

Quædā aīa lia viuūt ablato corde.

Secundo ibi.

N. LEON. *Vitæ aūt principium definit iis quæ id habent, cū cali* D *dum illi coniunctū non refrigeratur. Nā, ut plęrumq; dictū eſt, ipſum à ſemet liqueſcit. Cū igit̃ iis quidē pulmo, illis uero brāchiæ obdurauerint, ob temporis longitudinē exſiccatis cum branchijs, tum pulmonibus, & in terrenā naturā deductis, einſmodi certe partes, neq; mouere, neq; attollere, aut contrahere poſſunt. cum autem id intendlitur magis tandem exſiccatur ignis.*

Principium autem vitæ deficit habentibus, cum non refrigeretur calidum communicans ipſi. quemadmodum. n. dictum eſt frequēter cōtabeſcit ipſum à ſe ipſo. Quando igit̃ his qui dē pulmo, his aūt branchiæ iduṛata fuerint propter temporis longitudinem: deſiccatis his quidem branchijs: his auta pulmone, & factis terreſtribus, nō poſſunt has partes mouere, neq; eleuare neq; contrahere. tandem, facta intenſione, marceſcit ignis.

Aſſignat cauſam defectus calidi ſeu principium. Et primo ꝓponit, ſecundo declarat. ibi{Propter quod & paruis.} In prima dicit q̃ primū principium vitæ in animalibus, ſ. anima deficit propter defectum calidi: deficit aūt calidū, cum non refrigeretur, & ipſum, & cor in quo primo inuenitur. ſicut enim dictum eſt ſupra, calidum corrumpitur marceſcendo propter hoc, q̃ corrumpit humidum, quod eſt ſubiectum ipſius. hoc autem fit propter defectū infrigidationis. Accidit aūt iſtæ defectus ſic. In habētibus. n. pulmonē, pulmo eſt inſtrm reſpiratiōis, in nō reſpirantibus branchiæ. cū igit̃ accidit q̃ pulmo & branchiæ indurata fuerint pp longitudinē tēporis, in quo conſumitur hūidū naturale ab ipſo calido. In his quidē pulmo, in alīs branchiæ. ita q̃ ſunt quaſi terreſtres. cum animalia non poſſunt iſtas paruas partes eleuare. Sūt enim ineptæ ad motū: & tūc facta quadā intēſiōe calidi ad prę ſentiā, cito corrūpitur humidū naturæ, quod erat ſubiectū illius, quo corrupto corrūpitur calidum, & tunc accidit per conſequēs animalia mori. Et ꝓpter hoc videmus tales, cum ſunt prope mortem, quod lętantur, & hoc eſt quòd calidum acuitur. Secundo ibi.

Lec. quarta de iuuētute & ſenectute.

Quapropter leuibus ſenectuti ſuperuenientibus mor- N. LEON. *bis, cæleriter intereunt. cum enim exiguum ſit calidum, cuius maxima pars in extenſo uitæ ſpatio exhalauerit, ſi qua intenſio membri facta fuerit, q̃primum extinguitur, perinde ac parua exiguaq; in ipſo exiſtente flamma, quæ ob modicum extinguitur motum.*

Propter qđ et paruis paſſionibus adueniētibus i ſenectute, velociter moriūtur. Propter paucum enim eſſe calidum, velut plurimo euaporato i multitudine vitæ, ſiqua vtiq; moleſtia fiat particulę, cito extinguitur. Quēadmodum enim momētanea & parua in ipſo flamma exiſtente, propter paruum motum extinguitur. C

In ſenectute exiſtētes quare puis paſſionib⁹ afficti moriuntur.

Declarat: & diuiditur i duas, ſm q̃ ex duob⁹ declarat. & ſecūda. ibi{Et infirmitatū.} Primo facit qđ dictū eſt, ſcdo infert corollarū. ibi{Propter qđ & ſine.} In prima dicit q̃, quia mors accidit pp defectū calidi naturalis, cōtingit quòd in ſenectute puis exiſtētibus paſſionibus moriuntur. & rō huius eſt, quia in ſenectute viuentia modicū habēt calidū. calidū. n. continue agit in humidū ipſum cōſumēdo: & quāto plus cōſumitur hūidū, tanto calidū magis debilitatur. & quia in ſenectute, pp lōgitudinē tēporis, hūidum cōſumptū eſt, ideo calidū eſt paucum. Si igitur fiat aliqua parua moleſtia particulę, quæ ē mſtrm refrigerationis, ſtatim moriuntur, paruo. n. exiſtente calido, & momentaneo, propter modicū ei contrarium corrūpitur. ſicut videmus q̃ parua flamma exiſtens in humido propter paruū motum extinguitur. Secundo ibi.

Quamobrem ea quæ in ſenectute accidit mors dolore N. LEON. *uacat. cum enim nulla illis uiolenta cōtingat paſſio, moriuntur. & omnino ſine ſenſu illis animæ fit ſolutio.*

Propter qđ & ſine triſtitia eſt q̃ in ſenectute mors. nulla. n. violēta ipſis paſſione cōtingēte moriunt̃. ſed inſenſibilis aīæ abſolutio fit oīno.

Infert corollarium. Et dicit q̃ animalia in ſenectute modico facto motu contrario faciliter moriuntur: & pp hoc mors, quę eſt in ſenectute, eſt ſine triſtitia, dolor. n. accidit ex concurſu contrarij, paſſionem violentā inferētis, & cōtra iclinationē. In morte aūt tali nulla fit paſſio violenta, nec cōtra inclinationē, & ideo ſine dolore moriunt: & oīno ſeparatio aīæ eſt inſenſibilis. Deinde cū dicit.

Ex morbis præterea quicūq; pulmonem aſperum red-

N. LEON. *dunt, aut annatis quibuſdã, aut ſuperfluitatibus noxiis, ſiue morboſæ caliditatis redũdãtia, ut in febribus, crebrũ faciunt anhelitum, quoniam pulmonem nequeunt bene ſurſum attollere, & deprimere. & cum deniq; illum amplius mouere non poſſunt, exſpirantes moriuntur.*

Et infirmitatũ quæcũq; faciũt pulmonẽ durũ: aut naſcẽtiſs, aut ſuperfluitatibus, aut caliditatis ægritudinalis exceſſu: quẽadmodũ in febribus ſpiſſum ſpiritũ faciũt: pp nõ poſſe pulmonẽ lõge tollere ſurſum & deprimere. Tandẽ aũt qñ nõ amplꝰ potuerũt mouere moriũt expirãtia.

Quæ faciãt pulmonẽ durum,

Secũdam aſſignat rationẽ. Et dicit ꝙ bene dictum eſt ꝙ defectus calidi & mors rationabiliter accidit propter indurationem motus pulmonis vel branchiarũ: quia infirmitates quęcũq; faciunt pulmonẽ durum & ẽt ineptũ ad motũ, vel propter naſcẽtias, vt ſunt apoſtemata in quibus colligitur humidũ indigeſtũ et groſſum, aut propter ſuperfluitatẽ humidi, aut calidi, ſicut accidit in febribus accidẽtibus ex ſpiritu & humoribꝰ groſſis, quæ citò mortem inducunt: quia pulmone vel branchijs induratis, & ineptis ad motũ nõ poſſunt eleuari aut deprimi ad attractionem refrigerationis. hoc autẽ nõ facto nõ accidit refrigeratio, propter quod calidum ſuffocatur, & moriunt animalia expirãtia. Iſte enim eſt vltimus motus in ipſis.

Generatio igitur eſt prima altricis animæ cum calore

N. LEON. *commixtio, vita autem illius manſio.*

Generatio igit eſt prima participatio in calido nutritiuæ animæ. Vita autem mãſio huius.

Aſſignat rationem iſtorũ. Et diuiditur in tres. Primo ponit definitionem generationis, ſecũdo aſſignat rõnem iuuentutis & ſenectutis. {Iuuentus aũt eſt.} Tertio aſſignat mortis definitionẽ, ibi {Mors aũt.} In prima intelligendũ eſt ꝙ generatio dr̃ dupl̃r. Vno mõ acquiſitio formæ ſubſtantialis in materia, et iſta eſt in inſtanti & indiuiſibilis, qa id qđ eſt indiuiſibile eſt reſpectu formæ ſubſtantialis. Et quia iſta inductio eſt finis alicuius motus, q eſt alteratio, poteſt dici generatio tota illa tranſmutatio cõpoſita ex alteratione ipſa, & ex inductione illa. Et hoc modo definitur generatio in quarto Meteororꝝ cum dicitur, Generatio ſimplex & naturalis eſt ꝓmutatio ab his virtutibus cũm habeat rationem ex materia ſubiecta.

Generatio duplex.

Primo modo definitur hic ſm ꝙ cõtracta eſt ad iuuentutem. Dicitur ergo ꝙ generatio eſt prima participatio nutritiuæ aĩæ in calido ſibi ꝓportionali, & dicit bene {prima participatio,} qa quod primo in materia inducitur eſt forma ſubſtãtialis, & cõſequenter qualitates & diſpoſitiones accidẽtales, & hoc dico natura, nõ tpe. Vita aũt

Gñatio qđ.

Vita quid.

ſm quam primo viuũt viuentia quæ ſunt hic, eſt permanentia huius partis animæ nutritiuæ cum calido ſibi ꝓportionali. Dicitur aũt vita vno mõ idẽ ꝙ aĩa, alio modo idem ꝙ exiſtentia ipſius in corpore, tertio modo dicitur vita, operatio procedẽs ab ipſa anima. ſi vita ſit idẽ ꝙ aĩa, ſic vita nõ eſt ꝓmanentia formaliter, ſed principiũ eius: ſi ſit idem ꝙ exiſtentia, ſic eſt permanentia formaliter, & eſt definitio formalis. Si ſit idem ꝙ operatio, ſic eſt effectus exiſtentiæ, & tunc datur definitio per poſterius ſm naturam, ptius tamen quo ad nos. Secundo ibi.

Vita triplex.

N. LEON. *Iuuentus uero primæ refrigeratricis partis incremẽtũ. Senectus aũt eiuſdẽ diminutio. Vigor uero horũ mediũ.*

Iuuentus autem eſt primæ refrigeratiuę partis augmentatio. Senectus aũt huius decrementum, ſtatus autem horum medium.

Ponit rationem iuuentutis & ſenectutis. Et eſt intelligendũ ꝙ omnia viuentia generãtur ſub imperfecta cõplexione: ſimiliter ſub imperfectis aliquibus, diſpoſitionibus, & ideo recipiunt alimentum, & digerunt illud, & conuertunt in ſubſtantiam, & augmentantur. Omne autem, qđ vadit de imperfecto ad perfectum habet tempus, in quo mouetur ad perfectionem: & tempus in quo mouetur ad non eſſe & corruptionem. &, cum inter duos motus contrarios cadat quies media, ſicut probatur Octauo Phyſicorum, oportet ꝙ ſit tempus medium, in quo nõ deficit, nec proficit, ſed ſtat. In tẽpore profectus perficiuntur virtutes & diſpoſitiones: in tempore defectus deficiũt: in tẽpore ſtatus, ſtãt ſub ſenſibili profectu. Status erit ergo ipſe profectus virtutum. & ideo augmenti tempus dicitur iuuentus, defectus dicitur ſenectus: tempus autem in quo nec augetur nec deficit dicitur ſtatus abſolute. Et manifeſtum eſt ꝙ in reſpirantibus quandiu perficiuntur & augmentantur, pars refrigeratiua augmentatur: cum autẽ deficit, & deficit illa particula. Et ideo Philoſophus volens definire iuuentutem, definit eam per partem refrigeratiuam. Et dicit ꝙ iuuentus eſt augmentatio primæ particulæ refrigeratiuæ: ſenectus eſt decrementum illius particulæ. tunc autem dicitur ſtatus medium, in quo non deficit nec perficit. Terto ibi.

Tc, cõ, ez,

Augmenti tps dr̃ iuuẽtus: defect⁹ dr̃ ſenect⁹; tps in quo nec augetur nec deficit dr̃ ſtat⁹ abſolute. Iuuẽtutis & ſenectutis definitio.

Mors autem & corruptio, uiolenta quidem calidi eſt extinctio, & exſiccatio: interire nanq; continget propter utraſq; has cauſas.

N. LEON.

Mors autem & corruptio, violenta quidem calidi extinctio & marcor. corrumpetur autẽ vtiq; propter ambas has cauſas.

Aſſignat rõnem mortis. Et primo mortis violentæ, ſecundo naturalis. ibi {Quæ autem ſm.} In prima dicit ꝙ mors violẽta eſt extinctio calidi ſiue marcor. fit. n. mors pp vtranq; cauſam, extinctio enim calidi fit à frigido. & ẽt extinguitur calidum, cum calidum in ſeipſum vnitur, & fortificatur intm ꝙ ſubiectũ propriũ corrumpit: quo corrupto calidum corrumpitur, & tunc accidit mors. extinguitur enim calidum cum calidum in ſeipſum vnitur, & fortificatur marceſcendo. Secundo ibi.

Mortis violentę diffinitio.

Quæ uero eſt p naturã, eiuſdem ipſius exſiccatio propter longitudinem temporis, & perfectionem effecta. & in ſtirpibus quidẽ ariditas, in animalibus autẽ mors appellatur. Cæterum ea quæ in ſenectute aduenit mors, partis exſiccatio eſt ob imbecillitatẽ refrigerandi pp ſenium.

N. LEON.

Quæ aũt ſm naturã, eiuſdem huius marceſactio, propter temporis longitudinem facta & perfectiſſima. Plantis quidem ariditas, in animalibus autem vocatur mors. Huius autẽ quæ quidem in ſenectute mors, marcedo ẽ particulę pp impotentiam refrigerãdi ob ſenectutẽ.

Aſſignat rationem mortis naturalis. & dicit ꝙ mors naturalis eſt marceſactio calidi pp longitudinem temporis facta, & perfectiſſima. calidum enim continue agit in humidum naturale conſumendo ipſum: conſumendo autem humidũ debilitat ſeipſum. & hoc fit paulatim. Sicut autem paulatim conſumit humidum, ſic paulatim debilitat ſeipſum. Per longitudinem autem temporis accidit ꝙ totum conſumat vel reſoluat. & tunc marceſcit calidum, & accidit marceſactio pp tpis longitudinem. Et iſta marceſactio dicitur ariditas in plãtis, in animalibus aũt mors naturalis. mors autẽ animalis illa, quæ accidit in ſenectute eſt marceſactio calidi in parte refrigeratiua propter impotentiam refrigerandi, quę accidit propter longitudinẽ temporis. Deinde cum dicit.

Mortis naturalis.

Quid igitur eſt generatio, & uita, & mors, et quas ob cauſas animalibus inſint, expoſitum eſt.

N. LEON.

Quid quidem igitur eſt generatio, & vita & mors, & propter quas cauſas exiſtunt in animalibus, dictum eſt.

Recapitulat.

Recapitulat. Et dicit ꝙ dictum est quid est generatio & quid est mors, & propter quas causas ista insunt animalibus. Deinde cum dicit.

N. LEON. *Palamq; ex ijs etiam est quam ob causam spirãtibus quidem animalibus in humore strangulare contingit, piscibus aũt in aere. Iis etenim per aquã fit refrigeratio, illis uero p aerẽ: qbus utraq; priuant dum loca cõmutãt.*

Palam aũt ex his, & pp quã causam respirãti bus quidẽ aĩalibus suffocari accidit in humido, piscibus autẽ in aere. His quidẽ. n. per aquam refrigeratio fit, his autem per aerem: quorum vtroq; priuantur permutantia loca.

Infert ex ijs corollarium. Et primo ponit ipsum, secundo repetit qđ dixit de causa infrigidatiõis cũ dicit. {Causa itaq; motus.} In prima dicit, quòd manifestum est ex prædictis pp quam causam aĩalia respirantia suffocantur in humido, & pp quam causam pisces suffocantur in aere: quia respirantibus fit infrigidatio per aerem, piscibus aũt per aquam. Cum aurẽ respirantia ponuntur in aquã, pisces in aere, nullũ illorũ habet vnde fiat ei infrigidatio sufficiens: & ideo propter defectum infrigidationis moriuntur, & suffocantur. Secundo ibi.

N. LEON. *Causa quinetiam motionis alijs quidem branchiarũ, alijs uero pulmonis, quibus elatis & depressis, alia quidẽ exspirant & inspirant, alia uero aquam recipiunt et eiectant. Constitutio qnetiã ipsius instri hoc se habet mõ.*

Causa itaq; motus his quidẽ brãchiarũ, his aũt pulmonis: quibus eleuatis & depositis hæc quidem & expirant & inspirant: hæc aũt suscipiunt humidum & emittunt. Adhuc autem cõ sistentia organi, hunc habet modum.

Recolligit quod dictum est de causa infrigidationis. Et dicit quòd manifestum est ex dictis ꝙ causa infrigidationis animalibus est motus branchiarum in habẽtibus branchias: & motus pulmonis in habentibus pulmonẽ. pulmone. n. eleuato, habentia ipsum inspirant: depræsso autem ipso expirant. similiter eleuatis branchijs suscipiunt aquã pisces, depressis emittũt. Itẽ, manifestũ est ꝙ natura & substistẽtia organi hũc habẽt modũ, q dict⁹ est.

LECTIO XVIII.

De Saltu, Pulsu, ac Respiratione, cordi accidentibus manifestibus multa dicuntur.

N. LEON. *Tria autem sunt quæ cordi accidunt, quæ eandẽ uidentur habere naturam, cum tamen non habeant, palpitatio, pulsus, & spiratio.*

TRia aũt sunt accidẽtia circa cor, quę vidẽ tur eandem naturam habere. habẽt aũt non eandem, saltus, & pulsus, & respiratio.

Postquam Philosophus ostendit causam infrigidationis in animalibus, in parte ista redit ad declarãdum modũ qualiter infrigidatio fit. Et, qua ifrigidatio accidit pp motum cordis vel alicuius particulæ iuxta cor, assignat causam motuũ accidentiũ vniuersaliter circa cor. Et primo ponit, secũdo assignat causam ib. ibi {Saltus} In prima dicit ꝙ tria sunt accidentia circa cor: quę videntur habere eandem naturam, tamen nõ habent. Illa tria accidẽtia sunt motus saltus, & motus pulsus, & respiratio. Videntur aũt ista habere eandem naturam, quia fiũt per motum eleuationis, & depræssionis, nõ tñ habent quia fiunt à diuersis causis. Itẽ saltus cordis innaturalis est, alĩ duo motus sunt naturales. Et potest sumi sufficientia eorum, quia motus accidens circa cor, aut est naturalis, aut innaturalis. si innaturalis sit, est mot⁹ saltus: si naturalis aut ẽ secundum locum, et sic est motus pulsus: aut alteratio, & sic est motus refrigerationis. Secundo ibi.

Propter qd accidat infrigidatio. Tria sũt accidentia circa cor.

N. LEON. *Et palpitatio quidem est impulsus calidi quod in illo est, ob excrementitiã refrigerationem, uel colliquatricem: ut in morbo, qui appellatur spasmos: & in alijs etiam ægritudinibus, necnon in timoribus.*

Saltus quidẽ igitur est constrictio calidi, qđ in ipso propter refrigerationem superfluã, aut tabefactiuam, vtputa infirmitate, quæ vocatur spasmos, et in alijs infirmitatibus, et timoribus.

Dat causas istorum motuũ, & diuiditur in partes tres. In prima dat causam saltus cordis. In secũda dat causam motus pulsus. ibi {Accidens aũt} tertio dat causam respirationis. ibi {Respiratio.} Prima in duas. Primo ponit causam, secundo manifestat eã. ibi {Cerenim mentes.} In prima intelligendum ꝙ cum vnum cõtrariorũ circundatur à contrario suo vnit in seipsum, & fortificatur: sicut videmus de exhalatione inclusa in ventre nubis, ꝙ coarata à frigido circũstãte vnitur in seipsam, & fortificatur. Item vnũ cõtrariũ nititur repellere contrariũ. Vnde videmus ꝙ illa exhalatio inclusa in nube multa percussione nubẽ pcutit, & scindit eam. Modo ita est ꝙ in corde est caliditas. & ideo cum calidũ cordis circũstat à frigido, & cõgregatur in minorẽ locum nitiẽ repellere frigidum. Dicit ergo ꝙ saltus cordis non est aliud q̃ cõstrictio calidi existẽtis in corde. & hoc pp refrigerationẽ supfluam, aut mortificatiuã. Et est intelligendum ꝙ saltus nõ est cõstrictio formaĩr. vnde in definitiõe ista ponit subiectũ saltus & dispositionẽ ppriã, & causam efficientẽ. subiectũ saltus est calidũ cordis. ppria dispositio ẽ cõstrictio ipsi⁹, efficiens est frigidum supfluũ, vel calefactiuũ, vel mortificatiuũ, sicut si accidit in infirmitate, quæ dicitur spasmos, quæ accidit pp cõstrictionẽ vel replecionẽ neuorũ. frigidũ. n. habet exiccare, sicut apparet in terra. Quia. n. summe frigida, ficca est. Similiter accidit in alijs infirmitatibus, & in timoribus. Secundo ibi.

Saltus cordis quid.

Spasmos pp qd accidat.

N. LEON. *Etenim qui metuunt supernis frigescunt partibus, calidum autem refugiens & contractum motum efficit in angustum adeo aliquando compulsum, ut extinguantur animalia & intereant propter metum: & propter morbosam ægritudinem.*

Etenim timẽtes ifrigidant ꝑ m su ꝑiora. Calidũ aũt fugiẽs, et cõtractũ facit saltũ in paruũ cõstrictũ: ita vt aliqñ extinguãtur aĩalia & moriãtur pp timorẽ & pp passionem egritudinalem.

Manifestat causam. Et dicit ꝙ timẽtes infrigidãtur in partibus exterioribus. timor. n. nõ est aliud q̃ translatio causata ex cõprehẽsione mali futuri cõtristãtis, vel corrũpentis. Et ideo cõtingit ꝙ in timentibus calidũ à partibus exterioribus reuocãt ad interius à frigido ppellente. Vnde qñq; cõtingit eis vẽtris dissolutio. & ꝙ migũt. Calidũ aũt sic cõstrictũ à frigido in paruũ locũ, facit quẽdã saltũ in partib⁹ inferioribus. Et cõtingit aliqñ ita cõstringi calidũ: qñ. s. frigidum fuerit excellẽs, ita vt calidũ semper expellat & non propellatur ab ipso ꝙ extinguitur calidũ: quo extincto moriuntur aĩalia, contingit ẽt hoc propter passionem ægritudinis calidum repelli, & extingui, & ꝙ moriantur tunc. Deinde cum dicit.

Timoris cũ quæ fit.

Moriuntur aĩalia aliqñ pp timorẽ.

NOTA. *Pulsus uero qui cordi accidit, quem semper & cõtinuo efficere uidetur, similis est apostematibus cum motũ cum dolore faciunt, quoniam præter naturam sanguinis est commutatio. Fit autem donec concoctus in purem transeat. similis nanq; feruori ist hæc est passio. Feruor enim fit humido à calidi ui in uaporem conuerso: effertur autem, quoniam maior efficitur tumor. Quies autem in apostematibus si quidem non diffluentur, crassiori facto humore est mutatio. in feruore uero cum à continenti fit effusio.*

Accidẽs aũt pulsatio cordis qñ semp videt faciẽs cõtinue, similis nascẽtis ẽ, quę faciũt motũ cũ dolore pp̃ ꝓter naturã eẽ sanguini ꝓmutationẽ. fit aũt vsque quo vtiq; sanies fiat digest⁹. est aũt similis bullitioni hæc passio. bullitio aũt fit spumoso facto humido à calido, eleuatur. n. propter ampliorem fieri molem. quies autem in nascentijs quidem si nõ exspirauerit spissioris facti humidi putrefactio. bullitionis autem excidentia per horizontes.

Assignat causam motus pulsus. Et declarat *in simili*. Et primo facit hoc, secũdo recapitulat. ibi{Resaltatio.} Adhuc circa, primum d. f. Primo ponit simile, secũdo adaptat ad propositum. ibi{In corde autem.} In prima dicit ꝙ motus pulsus cordis, qui cordi accidit & fit cõtinue assimilatur motui nascentiarꝝ. Fiunt aũt nascentię ex congregatione humidi indigesti. quę quidem fit vel pp oppilationem, vel pp superfluitatem, vel propter causam attrahentem ad locum aliquẽ illud humidum. cũ autẽ illud humidũ grossum, & indigestũ est congregatũ, calor naturalis agit in illud humidũ digerẽdo & resoluẽdo aliqd de illo in spiritum: ille vero spiritus pulsat ad exterius, deinde ingreditur ad interius. istæ aũt motus est cum dolore. & causa huius est, quia fit hic motus sanguinis præter naturã cũ sensu eiusdem. durat aũt motus donec sanguis fuerit digestus & cõuertus in saniẽ. Similiter ille motus similis est bullitioni, fit aũt bullitio qñ calidũ agit in humidum, & resoluit in spiritũ, qui mouẽt ad exterius. spiritus. n. ille mouetur, q appetit maiorẽ locũ. Motus autẽ qui fit in apostematib⁹ duobus modis cessat. vnomodo per expirationẽ, qñ humidum nõ est viscosum, & partes ille in q̃bus est apostema sunt ratæ, & calidum est potẽs resoluere, tũc expiratur tota materia, et cessat mot⁹ apostematis. Alio modo cessat motus ille, si humidũ fit grossum, & viscosum non potens resolui. qñ humidũ cõuersum est in saniem. Motus aũt bullitionis cessat, qñ humidum est eleuatum vsq; ad orificium vasis. Secundo ibi.

Mot⁹ q̃ fit i ap̃atib⁹ duobus modis cessat.

N. LEON. *In corde autem humiditatis tumor ob caliditatẽ, quæ ex alimẽto semp accedit, pulsum facit, quæ ultimam cordis eleuat tunicã & hoc semper fit & continue. semper. n. & continuo confluit humidum, ex quo sanguinis fit natura, cuius prima in corde est origo. Palam autem id est in illius generationis initio. nondum enim distinctis uenis sanguinem habens cernitur.*

In corde autẽ semper accedentis humidi ex alimento per caliditatem tumefactio facit pulsum eleuata ad vltimam tunicam cordis, & hoc semper fit continue. Affluit enim semper humidũ ex quo fit sanguinis natura: primo. n. in corde fit. Palã aũt ĩ geñatiõe à principio. nõdũ. n. distinctis venis, videt habere sanguinẽ.

Adaptat per sile ad ꝓpositũ. Et primo facit hoc, secundo assignat causas proprietatũ cõtrahentiũ motũ cordis. ibi{Et pp hoc.} In prima est intelligendũ ꝙ in corde est calor naturalis, vt ꝓbatum est supra. Item, necessariũ est recipere alimentum continue, & calidum agit in alimentũ subtiliando, et ipsum subtiliatum facit quẽdã tumorẽ. Dicit igitur ꝙ calidum cordis, agens in alimentũ, continue aduenies rarificat ipsum, et ẽt resoluit: alimentũ aũt rarefactum & purificatum tumefactionem inducit: hũc aũt motũ facit pulsus in corde, humidũ enim tumefactũ eleuatur vsq; ad vltimam tunicam cordis, & facit motũ dilatationis. Non potẽs aũt vlterius, pgredi redit ad interius: sed facta aliqua resolutione, fit motus cõstrictionis. Et hoc fit continue per totam vitã a[illegible]alis: quia [illegible]tum aduenit continue, ex quo fit sanguinis natura in ipso corde principaliter. Quod potest esse manifestũ consyderanti generationem, quę fit à principio. Cum enim non sunt venę distinctæ, nec membra formata, apparet sanguis in eo: & calidum naturale continue agit in ipsum rarefaciẽdo: rarefactio aũt est causa motus pulsus, & ideo cõtinue fit per totam vitam animalis talis motus. Est aũt intelligẽdum ꝙ calidum alterans alimentũ in corde, nõ potest esse causa principalis motus cordis. & ratio huius est, qa motus cordis est per se animalis causa: quia motus cordis non est per accidens, sed per se, sed calidũ nõ potest eẽ causa p se. calidi enim est alterare, subtilare resoluere, ad quę sequitur motus: quare calidum non potest esse causa principalis cordis motus. Præterea, quod fit à motu cordis non potest esse causa motus cordis: quia idẽ esset causa sui ipsius, quod est impossibile: qa motus cordis est causa caliditatis. augmentat enim calidũ pp motum cordis. F quare calidum non potest esse causa principalis motus cordis. Itẽ, motus primus in animali est mot⁹ cordis: hoc ergo oportet esse à causa prima & per se. Hoc non est calidum, nec sua actio: sua enim actio est alteratio, quę præsupponit alium motum. Et ideo dicendũ est ꝙ motus cordis per se fit à forma aialis habẽtis cor. Et ratio huius est, quia principalis operatio aialis debet attribui principali agenti: sed principalis operatio in animali est motus cordis: quare debet esse à causa principali in animali, hoc est ab anima. Anima igitur est causa principalis motus cordis. vnde sicut mixtis inanimatis debetur aliquis motus, & etiam simplicibus elementis: & ferro debetur motus, quo mouetur ad magnetẽ, ita animali. Vnde animali habenti perfectum cor debetur aliquis motus. hic autem ẽ motus cordis. & quamuis aia sit causa principalis istius motus, tñ aia agit istum motũ mediante calido. sicut. n. ignis calefacit formam suã, tñ mediãte caliditate, ita aia mouet cor, tamen mediante calido. anima igitur sensitiua causa est istius motus, & causa principalis: & calidum est secundaria, & sicut instrumentum. Secundo ibi

Rõ prima ꝙ calidũ alterãs nõ sit cã principalis mot⁹ cordis.

Secunda rõ

Tertia rõ.

Motus cordis p se fit à forma aialis habẽtis cor.

Et eam ob causam adolescẽtibus salit manioribus: fit enim iunioribus amplior exhalatio.

N. LEON.

Et propter hoc pulsat magis iunioribus q̃ senioribus: fit enĩ exhalatio amplior iunioribus.

Assignat causas quarundã actionũ, & reddit causam duorum. Et ꝓm hoc diuiditur in duas. Primo reddit causam primi, secundo secũdi. ibi{Et pulsant.} In prima dicit, Ita dictum est ꝙ calidum subtilans alimentũ causa est motus cordis, et pp hoc maior & fortior est mot⁹ pulsus in iunioribus q̃ in senioribus. & causa huius est, quia in iunioribus calidum maius est q̃ in senibus: & quia maius est plus eleuaꝛ de spiritu seu exhalatione, quę sunt causa, motus cordis & ideo fortior est motus pulsus in iuuenibus, q̃ in senibus. Et ideo bene Medici p pulsum iudicãt de calido. & de dispositionibus cordis. Secundo ibi.

Quare motus pulsus fortior sit in iunioribus q̃ in senioribus.

H

Et omnes pulsant uenæ, & mutuo ad se inuicem, quoniam ex corde pendent. mouet autem semper cor: quare & illæ semper, & simul inuicem, cum mouet.

N. LEON.

Et pulsant venę omnes, & simul inuicem pp ortas esse oẽs à corde. Mouet autem semper. Quare & illæ semp, & simul inuicẽ, qñ mouet.

Reddit causam secundi. Et dicit ꝙ, quia motus cordis fit in eo, ꝓpter resolutionẽ, spiritus ex alimẽto moto vsq; ad tunicam exteriorem, accidit oẽs venas moueri: qa omnes venæ ortũ habẽt ex corde mouetur autẽ ps superior cordis, ex qua venæ ortũ habent, quare venæ mouẽtur simul qñ illa pars mouetur, vñ pulsus ẽ humidi nutrimẽtalis purificatio. & ẽ definitio materialis. Deinde cũ dicit.

Pulsus qd.

Resaltatio igitur est repulsus ad frigidi cõpulsum fastus: pulsus autem humidi excalfacti in spiritũ conuersio.

N. LEON.

Resaltatio

Reſaltatio quidem igitur eſt facta obuiatio ad frigidi conſtrictionem. Pulſatio autem, humidi calefacti ſpiritificatio.

Recapitulat. Et dicit ꝙ manifeſtū eſt quod motus ſaltus ſit obuiatio calidi quæ fit pp conſtrictionem factam à frigido. Motus aũt pulſus fit, quia generatur ſpiritus ex humido calefacto, qui motus ad exteriorem tunicam cordis, cauſat motum. Deinde cum dicit.

Mo us pul us & ſaltus quo fiant.

N. LEON.

Reſpiratio aũt fit cum augeſcit calidum, ubi altricis animæ eſt principium: nanq; ut alia alimento indigent, ſic & illud, & quidem magis q̃ alia. Id nãq; aliꝭ ut alantur eſt cauſa. Neceſſe igitur eſt, cũ maius efficitur, inſtrumentum attollere. Extimare enim oportet inſtrumenti illius habitum follibus ſimilẽ, qui in ærarijs ſunt officinis: haud enim multum diſtat quin pulmo & cor tali conſtent figura. bifidus enim eſſe debet, quoniam in medio uirtutis naturalis altricem uim eſſe oportet.

Reſpiratio autem fit augmentato calido, in quo principium nutritiuũ. Quemadmodũ. n. & alia indigent alimento, ita & illud, & aliꝭ magis. &. n. aliꝭ illud alimenti cauſa eſt. Neceſſe itaq; amplius factum eleuare organum. Oportet autẽ exiſtimare cõſiſtentiã organi ſimilem eſſe follibus, qui in ærarijs. nõ longe enim neq; pulmo: neq; cor ad ſuſcipere figuram talem: duplum autem eſſe quod tale. oportet enim in medio eſſe nutritiuum naturalis virtutis.

Dat modum reſpirationis. Et diuiditur in duas. Primo dat modum reſpirationis in reſpirantibus, ſecundo in non reſpirantibus, ibi{ Eodem aũt mõ.}Adhuc prima in duas. Primo dat modũ reſpirationis in reſpirantibus abſolute, ſecundo in habentibus pulmonem habentes [illegible] minẽ. ibi{ Et maxime habentibus.}Primo aſſignat motus inſpirationis, ſecũdo modũ expirationis. ibi{ Quẽadmodũ.}Prima in tres. Primo oſtẽdit modũ, ſ. quem neceſſarium eſt moueri pulmonẽ, ſecũdo quo illo eleuato et dilarato neceſſarium eſt pectus moueri. ibi{ Eleuato aũt,}tertio quo pectore eleuato attrahit aer. ibi{ Eleuato aũt.}In prima dicit ꝙ motus reſpirationis fit pp augmẽrationẽ calidi ex humido in illa parte, in qua eſt primum principiũ nutritiuæ partis animæ. ſicut. n. aliæ partes indigent nutrimento, ſimiliter & cor: & plus, quia cor eſt cauſa alimenti aliꝭ. Ex corde. n. mittitur ſanguis ad cætera mẽbra, ex quo nutriuntur. et ideo cor cauſa eſt alimẽti aliꝭ. ergo ipſum nutritur, & magis.

Mot9 reſpirationis quo fiat.

Pulmõis figura q̃ ſit.

Sed calidum augmentatũ eleuat organũ reſpirationis. nã cum calidum augmentatum eſt mouetur cor per dilatationem, pulmo aũt colligationẽ habet ad cor, & ideo augmentato calido eleuatur pulmo. Exiſtimandũ aũt eſt pulmonẽ eſſe ſimilem follibus, nec multum diſtat figura ipſius à figura folliũ: niſi, ꝙ in pulmone apparet figura follis duplicata, propter duas partes ipſius. eleuatur igit̃ pulmo ampliꝰ & maior factus per naturã calidi: quod neceſſe eſt eſſe cum primo principio nutritiuo, quod exiſtit in medio ipſius animalis. Secundo ibi.

N. LEON.

Attollitur ergo maius factum: illo aũt elato, circunie ctam eũ partem attolli neceſſe eſt: quod ſanè ſpirantes facere uidentur. Attollunt enim pectus, qm̃ in illõ exiſtens partis huiuſce principium, id ipſum facit.

Eleuatur quidẽ igit̃ maius factũ. eleuato aũt neceſſariũ eſt eleuari, & cõtinentẽ ipſam particulã. quod quidem videntur facere reſpirãtes. eleuant. n. pectus, ppter ea ꝙ principiũ exiſtẽs in ipſo huius particulæ, idem hoc facit.

Oſtendit qũo pulmone eleuato & dilatato neceſſariũ moueri pectus. Et dicit ꝙ cũ pulmo eleuatur, oportet ꝙ illa paricula, quæ ipſum cõtinet, ſ. pectus eleuet. Et iſtud apparet in reſpirantibus. videmus enim ꝙ reſpirãt & eleuant pectus. & cauſa huius eſt calidum, quod mouet pulmonẽ. cũ. n. pulmo mouetur, cõtingit partes propinquas moueri ideo pectus mouetur. Principiũ enim huius motus eſt intus ſub pectore. Deinde cum dicit.

Eleuato pulmõe eleuat pectus.

N. LEON.

Elato enim tanquam in folles, aerem extrinſecus admittere neceſſe eſt: qui, cum frigidus ſit, & refrigerandi uim habeat, ignis ſanè exuperantiam reſtinguit.

Eleuato. n. quẽadmodũ in folles, neceſſariũ eſt intrare aerẽ, q̃ deforis, & frigidũ exiſtentẽ, & refrigerantẽ, extinguere exceſſum ignis.

Oſtẽdit qũo pectore eleuato neceſſariũ eſt intrare aerem, & dicit, ꝙ ſicut videmus in follibus ꝙ ipſis eleuatis neceſſariũ eſt aerẽ intrare, ita pectore eleuato neceſſariũ eſt aerẽ intrare. Et ratio huius ẽ, quia pulmo poroſus eſt: ideo multas vacuitates habet. cum igitur eleuatur oportet aerẽ ſubintrare, aliter eſſet ponere vacuũ, quod eſſet impoſſibile. Intrat autem aer frigidus, qui propter frigiditatẽ ſuã mitigat exceſſum caliditatis. Deide cũ dicit.

N. LEON.

Et quemadmodũ illo excreſcẽte hæc attollebat̃, pars, ſic decreſcente cõſidere neceſſe eſt: quæ depreſſa ingreſſum uiciſſim aerem exire cogit: qui ingrediẽs quidem frigidus eſt, exiens uero calidus propter calidi contactum, quod in hac conſiſtit parte.

Quemadmodũ autẽ creſcẽte eleuabat̃ hæc particula: & decreſcente. neceſſariũ demittere: & dimiſſo exire aerem, qui ingreſſus fuit. iterũ ingredientem quidem frigidum, exeuntẽ aũt calidũ, pp tactũ calidi exiſtẽtis in particula hac.

Aſſignat modũ motus expirationis. Et dicit ꝙ, ſicut, cũ augmẽrabatur calidũ eleuabatur pulmo: & depreſſo calido deprimebatur, ita neceſſarium eſt depreſſo calido ex pulmone, aerem exire, ſicut eleuato ſubintrat. Item neceſſarium eſt intrare aerem frigidum: quia aer inſpiratus calefactus eſt, ppter caliditatẽ cordis. Deinde cũ dicit.

N. LEON.

In illiſq; præcipue, quæ ſanguine refertum habẽt pulmonem. In multas nanq; quaſi canalium incidere fiſtulas neceſſe eſt, quæ in pulmone ſunt: quarum penes unãquamq; extenduntur uenæ, ut uniuerſus ſanè uideatur eſſe pulmõ ſanguine plenus.

Et maxime habẽtib9 pulmonẽ ſanguinẽ habentẽ. in multas. n. velut cãnales & concauitates incidere eas quæ in pulmone: quarũ iuxta quãcunq; protenſæ ſunt venæ, vt videatur totus pulmo eſſe plenus ſanguine.

Reſpiratio maxie neceſſaria ẽ in hũtib9 pulmonẽ multi ſanguinis

Oſtendit modum reſpirationis in habẽtibus multum ſanguinem. & intendit dare cauſam, quare illa magis indigẽt reſpiratiõe. Et primo facit hoc, ſecũdo infert corollariũ. ibi{ Vocat aũt.}In prima dicit ꝙ reſpiratio maxime neceſſaria eſt in habentibus pulmonẽ, habentẽ multum ſanguinem. Et ratio huius eſt, quia concauitates pulmonis habent quaſdam cannales, & iuxta illas ſunt multæ venæ, ita ꝙ pulmo totus plenus eſt venis: venæ autẽ ſunt vaſa ſanguinis: nec ſunt ſine ſanguine, quare manifeſtum eſt ꝙ in talibus totus pulmo plenus eſt, ſanguine. ſi plenus ſanguine, maximam caliditatẽ habet: ſed quę maximam caliditatem habent maxime indigent reſpiratione: quare manifeſtum eſt, ꝙ in talibus animalibus reſpiratio eſt maxime neceſſaria. Secundo ibi.

Et aeris quidẽ ingreſſus, ſpiratio uocatur: egreſſus autem, [illegible]

N. LEON.

Vocatur

Vocatur quidem autem ingressus aeris respiratio: exitus autem expiratio.

Exspiratio & inspiratio quid significent.

Infert duo corollaria, secundū ibi{Et semper.}In prima dicit quod sunt duo motus contrarij, vno aer attrahitur, alio expellitur. Primus vocatur inspiratio, Secundus expiratio. Secundo ibi.

N. LEON.

Et semper id continuo; fit quoad uiuit animal, moueritq; id continuo. Ea propter inspiratione & exspiratione ipsa consistit uita.

Et semp vtiq; hoc fit continue quādiu vtiq; viunt, & mouetur hæc particula cōtinue. Et propter hoc in inspirare & expirare est viuere.

Infert secundum corollarium, & dicit q; necessarium est animalia q̄diu viuūt, & moueatur hæc particula, respirare. Et ideo in talibus animalibus vita existit in respirando, & inspirando aerem. Deinde cum dicit.

N. LEON.

Eodem etiam modo piscibus brāchiarum fit motus. Cum enim calidum, quod in sanguine est, attollitur partium ministerio brāchiæ efferuntur, & illabit aqua: quæ simul ac per meatus ad cor descenderit, & ipsum refrigerarit. & confidunt, & aquam emittunt. cum autem id quod in corde est semper attollatur, denuo semper recipit refrigerationem.

Eodem aūtmodo & piscibus motus fit brāchiarum. Eleuato quidē. n. calido, quod in sanguine per partes, eleuantur & brāchiæ, & pertransit aqua. Descendente autē ad cor per poros & refrigerante, demittuntur: & emittunt aquam. semper autem eleuato eo quod in corde, semper suscipit iterum refrigerans.

Dat modum respirationis in non respirātibus. Et primo facit hoc, secundo recapitulat. ibi{De vita quidem adhuc.}Circa primū duo facit. Primo enim facit quod dictū est, secundo infert corollariū: ibi{Propter quod}

Infrigidatio eodem mō fit in piscibus & in hūtib⁹ pulmonem.

In prima dicit q; eodē mō fit infrigidatio in piscibus sicut in habentibus pulmonē. sicut. n. in illis fit infrigidatio p motum eleuationis & depressionis pulmonis, similiter in piscibus fit infrigidatio per eleuationem & depressionem branchiarū. cum. n. calidum in piscibus augmentatur, ipso eleuato per partes superiores coniunctas, eleuātur brāchiæ: et tunc subintrat aqua & refrigerat calorem cordis. Cum autē aqua descendit p poros ad interius, infrigidat, & calidum mouetur ad interius, & deprimitur branchię & exit aqua. semper enim calidum quod est in corde cū eleuatur, suscipitur aqua, quæ refrigerat calorem cordis. Secundo ibi.

N. LEON.

Quamobrem ut illis in respirando uitæ et interitus est terminus, sic ijs in humore recipiendo.

Propter qđ & illis eius quod viuere & nō viuere finis est in respirare, & his suscipe hūidū.

Infert corollarium. Et dicit q; quia q̄diu viuunt animalia habentia pulmonem respirant & expirant finis & causa eius quæ est viuere & non viuere, consistit in respirare & non respirare. Similiter in habētibus brāchias finis & terminus eius, qđ est viuere & nō viuere, est in suscipe humidū vel aquā & nō suscipe. Deīde cū dicit.

Viuere & viuere in tib⁹ pulmonē cōsistit respirare & non respirare.

N. LEON.

Et de uita quidem & morte: & de ijs, quæ huic cognata sunt disquisitioni, ferè omnibus dictum est.

De vita quidē igitur & morte: & de cognatis huius speculationis, ferè dictū est de oībus.

Recapitulat. Et dicit q; dictū est de vita & morte: dictum est etiam de alijs, quæ cōuenientiam habent & proportionem ad mortem & vitam ferè.

ARISTOTELIS
LIBRI DE SANITATE, ET MORBO INITIVM.

DE sanitate vero, morboq; nō solum Medici, sed & Naturalis est causas quadātenus dicere. Quatenus uero hi differant, & quatenus diuersa contemplentur latere non oportet. Equidē quod confinis sit quodantenus hæc Medici, naturalisq; tractatio, & id quod efficitur testatur. Nā & Medici quicunq; diserti ac diligentiores de natura dicūt, & principia inde sumere dignantur. & inter eos, q de natura tractāt, elegantissimi ferè vsq; ad medicinalia principia desinunt.

Reliqua desiderantur.

Libros de Bona, ac Mala Fortuna, et de Causis Aristoteli adscriptos, quanq; in huius Voluminis alijs impressionibus legerentur, nos tamen non sine ratione his addendos minime iudicauimus. Nam librum de Bona, & Mala Fortuna è Secundo Magnorum moralium totum ferè descriptum esse legētibus constat: de causis uero ex his, quæ in eo traduntur, Metaphysicæ potius speculationis esse apertū est. Ne igitur studiosi hoc cōmodo sē priuatos existiment, utriq; (ubi reliqua edemus commentaria Diui Thomæ quæ prodiem emendatiora dabimus) suis locis appositi legentur. libellum enim de Bona, ac Mala fortuna Ethicorum libris, Opus uero de Causis libris Metaphysicorum ab eodem expositis in noua illorum nostra editione addemus.

SANCTI THOMAE AQVINATIS ORDINIS PRÆDICATORVM.

De Motu cordis. Opuſ. XXXV.

In quo primo, An naturalis uel uiolentus eius ſit motus ex aliorum ſententijs inquiritur, hinc determinata ueritate, diluuntur quæ cõtra ipſam apparẽter adducta fuerunt Argumenta.

QVia omne quod mouetur neceſſe eſt habere motorem, dubitabile videtur quid moueat cor: & qualis ſit eius motus. Nõ enim videtur eius motus eẽ ab anima, ab anima enim nutritiua non mouetur: quia animæ nutritiuæ operationes ſunt generare, alimento uti, & augmẽtatio, & diminutio: quorum nullum motus cordis eſſe videtur. Hæc etiã anima plantis ineſt. Motus autem cordis animalium proprius eſt. Nõ etiam animæ ſenſitiuæ motus eſſe videtur, nec intellectiuæ: quia intellectus & ſenſus non mouent niſi mediante appetitu. Motus aũt cordis inuoluntarius eſt. Sed nec naturalis eſſe videtur, cũ ſit ad cõtrarias partes. cõponitur. n. ex pulſu & tractu: motus aũt naturalis ad vnã partẽ eſt: vt ignis mouetur ſurſum, & terra deorſum: dicere autem motũ cordis eſſe violentũ eſt omnino extra rationẽ. Manifeſte. n. hoc motu ſubtracto ſubtrahit̃ ſiue moritur animal, cum tñ nullũ violentum conſeruet naturam. videtur aũt hic motus maxime naturalis eſſe, cũ vita aïalis & hic motus ſe inſeparabiliter cõſequãtur. Dicit aũt quidã hunc motũ naturalẽ eſſe non ab aliqua particulari natura aïali intrinſeca, ſed ab aliqua natura eã vniuerſali, vel ab intelligentia. ſed hoc ridiculum eſt. In oĩbus enim rebus naturalibus, ꝓpriæ paſſiones alicuius generis vel ſpeciei aliquod principiũ intrinſecum cõſequũtur: naturalia. n. ſunt, quoꝝ ꝓncipiũ motꝰ ĩ ipſis eſt. Nihil aũt ꝓpriũ magis eſt aïalibus, q̃ motus cordis: quo ceſſante perit eorum vita: ſequit̃ igitur ineſſe ipſis aïalibꝰ aliquod principiũ talis motus. Adhuc, ſi aliqui motus in corporibus inferioribus ex natura vniuerſali cauſent nõ ſemper eis adſunt, ſicut in fluxu & refluxu maris patet, qui ſequuntur motũ Lunæ, & ſm ipſam variãtur: motus aũt cordis ſemper adeſt aïali: non eſt ergo à cauſa ſeparata tñ, ſed ab aliquo intrinſeco principio. Dicit aũt alĩ principiũ huius motus in aïali eſſe calorem, qui ꝓ ſpiritũ generatus mouet cor: ſed hoc irrõnabile ẽ. Illud. n. quod ẽ in aliquare principalius, oportet eẽ cauſam: principaliꝰ aũt in aïali vr̃ eſſe motu cordis, & magis cõtemporaneũ vitę q̃ quis alteratio ſm calorẽ, non ergo alteratio ſm calorẽ eſt cauſa motꝰ cordis, ſed potius econtra, motus cordis eſt cauſa talis alterationis. Vnde Philoſophus, in lib. de Motu animalium dicit: oportet quod futurũ eſt mouere non alteratione tale eſſe. Item aĩmal perfectũ, quod eſt mouens ſeipſum, maxime accedit ad ſimilitudinẽ totius vniuerſi. Vnde & hõ, qui eſt perfectiſſimus aïalium, dicitur à quibuſdã minor mundus: In vniuerſo aũt primus motus eſt motus localis, qui eſt cauſa alterationis & aliorum motuũ: vnde & in aïali magis videtur motus localis eſſe alterationis principium q̃ econtra: vnde & Philoſophus in Octauo, Phy. hãc ſimilitudinẽ ſequens dicit, ꝙ motus eſt vt vita quędam natura exiſtẽtibus omnibus. Adhuc quod eſt per ſe prius eſt eo quod eſt per accidẽs: primus aũt motus aïalis eſt motus co[illegible] calor aũt non mouet localiter niſi per accidens. per [illegible]tis eſt alterare, per accidens autem mouere [illegible] Ridiculum

Motus cordis violentus nequaq̃ eſt.

igitur eſt dicere ꝙ calor ſit principium motus cordis, ſed oportet ei aſſignare cauſam, quę ꝑ ſe poſſit eſſe principiũ motus localis. Principiũ ergo huius cõſyderationis hinc oportet accipere: ꝙ ſicut Philoſophꝰ dicit in Octauo phy. quorumcunq̃ principium motus in ſeipſis eſt, hoc natura dicimus moueri: vnde aïal quidẽ totũ natura ſeipſum mouet, corpus aũt eius cõtingit & natura, & extra naturam moueri. differt. n. ſm qualẽ motum quod mouetur eueniat, & ex quali elemento cõſtet. Cum. n. animal mouetur deorſum eſt quidẽ motus naturalis & toti aïali, & corpori: eo quod in corpore aïalis elementũ graue prædominat, cuius natura eſt moueri deorſum. Cũ aũt animal mouet ſurſum eſt quidẽ motus naturalis animali: qa eſt à principio eius intrinſeco, quod eſt aïa, non tñ eſt natura lis corpori graui, vnde & magis fatigat̃ aĩmal in hoc motu. Motus aũt ſm locũ in animalibus cauſatur appetitu & apprehẽſione ſenſitiua vel intellectiua, vt philoſophus docet in Tertio de Aïa. In alĩs igitur aïalibus totus proceſſus motus naturalis eſt. Non. n. agunt à propoſito, ſed à natura. Naturaliter. n. hirũdo facit nidũ, & aranea telã: ſolius aũt hoĩs eſt à propoſito opari, & nõ à natura: ſed tñ cuiuslibet opationis ſuę principiũ naturale eſt. licet. n. cõcluſiones ſcĩarum ſpeculatiuaꝝ & practicarũ nõ naturaliter ſciat, ſed rõcinando inueniat: prima tamen principia indemõſtrabilia ſunt ei naturaliter nota, ex quibus ad alia ſciẽda ꝓcedat. Smiliter ex parte appetitus, appetere vltimum finem, qui eſt ſęlicitas hoĩs, eſt homni naturale, & fugere miſeria: ſed apperere alia non eſt ei naturale: ſed ex appetitu vltimi finis, ꝓcedit in appetitũ aliorũ. Sic. n. eſt finis in appetibilibus, ſicut principiũ indemõſtrabile in intellectualibus, vt dicit̃ Secũdo Phy. Sic ergo cũ motus oĩum aliorũ mẽbroꝝ ex motu cordis cauſet̃, vt probat Philoſophus in lib. de Motu aïalium: motus qdẽ alĩ poſſunt eẽ volũtarĩ, ſed primus motus q̃ ẽ cordis, eſt naturalis. Oportet aũt conſyderare ꝙ motus ſurſum eſt naturalis igni, eo ꝙ cõſequitur formã eĩ. Vnde et generãs, quod dat formam eſt per ſe mouẽs ſm locũ. ſicut aũt formam elementi conſequitur aliquis motus naturalis, ſic nihil, phibet alias formas ſequi alios motus naturales. videmus. n. ꝙ ferrum naturaliter mouetur ad magnetẽ, qui tñ motus nõ eſt ei naturalis ſm rõnẽ grauis & leuis, ſed ſm ꝙ habet talẽ formã. Sic igitur & aïal inquãtũ habet talem formã, quæ eſt aïa, nihil, phibet habere aliquẽ motũ naturalẽ, & mouẽs hunc motũ eſt quod dat formã. Dico autẽ motum naturalẽ aïalis eũ qui eſt cordis: quia vt Philoſophus dicit in lib. de Motu aïalũ, exiſtimandũ eſt conſtare aïal quemadmodũ ciuitatẽ bene ac legitime rectam. In ciuitate. n. quando ſemel ſtabilitus fuerit ordo nihil eſt opus ſeparato Monarcha, quẽ oporteat adeſſe ad ſingula eorũ quæ fiũt: ſed quilibet facit quæ ipſius ſunt, vt ordinatũ eſt: & ſit hoc poſt hoc propter cõſuetudinẽ. In aïalibus aũt idẽ hoc ꝙ naturã ſit: & qa natũ eſt vnumquodq̃ ſic cõſtãtiũ facere propriũ opus, vt nihil opus ſit in vnoquoq; eſſe aïam, ſ. inquantũ eſt principiũ motus: ſed in quodam principio cordis exiſtente alia quidẽ viuere eo ꝙ apta nata ſunt facere proprium opus, ꝓpter naturã: Sic igitur motꝰ cordis eſt naturalis, quaſi cõſequẽs aïam inquãtũ eſt forma talis corporis & ꝓncipaliter cordis. Et forte ſm hũc ĩtellectũ dixerũt quidã motũ cordis eſſe ab intelligentia, inquantũ poſuerunt aïam ab intelligentia eſſe: ſicut Philoſophus dicit in Octauo phy. motũ grauiũ & leuium eſſe à generãte inquãtũ dat formã, quæ eſt motus principiũ. Omnis aũt proprietas & motus cõſequitur aliquam formã ſm cõditionẽ ipſius, ſicut formã nobiliſſimi elementi, puta ignis, conſequitur motus ad locum nobiliſſimum, qui eſt ſurſum. Forma autẽ nobiliſſima in inferioribus eſt anima, quę maxime accedit ad ſimilitudinẽ principij motus cæli. Vnde & motus ipſam cõſequens ſimillimus eſt motui cęli: ſic enim eſt motus cordis in animali, ſ[illegible]ut motꝰ cœli in mũdo. ſed ramẽ oportet moti[illegible]rdis à [illegible] deſinere, ſicut princ[illegible]ũ deficit

De Motu aïalium lectio. viii. ĩ principio.

cit à principio. Est aũt motus cæli circularis & cõtinuus: & hoc ei cõpetit inquantũ est principium oĩum motuũ mundi, accessu enim & recessu corpus cęleste imponit rebus principium & finẽ essendi: & sua continuitate conseruat ordinem in motibus, qui non sunt semper, motus aũt cordis principium est oĩum motuũ qui sunt in animali. Vnde Philosophus in Tertio de Partibus animaliũ dicit ꝙ motus delectabilium & tristitiæ, & totaliter omnes sensus hinc incipientes videntur, s. in corde: & ad hoc terminari. Vñ ad hoc ꝙ cor esset principium & finis oĩum motuũ qui sunt in animali, habuit quẽdam motũ non circularem, sed similem circulari, compositum, s. ex tractu & pulsu. Vnde Philosophus dicit in Tertio de Anima quòd mouens organice est vbi est principiũ & finis idẽ. Omnia aũt pulsu & tractu mouẽtur: propter quod oportet sicut in circulo manere aliquid, et hinc incipere motũ. Est ẽt iste motus cõtinuus durante vita animalis: nisi inquãtum necesse est intercidere morulam mediã inter pulsum & tractũ eo ꝙ deficiat à motu circulari. Per hoc ergo de facili soluuntur quæ in contrariũ obĵci possunt. nec ꝙ. n. dicimus motũ cordis esse cordi naturalẽ inquantum est graue vel leue, & inquantum est aĩatum tali aĩa & duo motus qui videtur, cõtrarĳ sunt, quasi ptes vnĳ motus cõpositi ex vtroꝙ, inquantũ deficit à simplicitate motus circularis: quem tamẽ imitatur inquantũ est ab eodem in idẽ. & sic non est incõuenies si quodã modo sit ad diuersas partes: quia & motº circularis aliqualiter sic est. Nec ẽt oportet ꝙ causetur ex apprehensione & appetitu, licet sit ab aĩa sensitiua. Nõ enim causatur ab aĩa sensitiua per operationem suam, sed inquãtum est forma & natura talis corporis. Motus autem progressiuus animalis causatur per operationẽ sensus & appetitus: & pp hoc Medici distingunt opationes vitales ab operationibus aĩalibus: & dicunt, ꝙ cessantibus aĩalibus remanẽt vitales: vitales appellãtes quę motũ cordis cõcomitãtur: quibus cessantibus cessat vita: et hoc rõnabiliter. Viuere, n. viuentibus est esse, vt dicitur. Secundo de Aĩa. esse autẽ cuiꝙ est à ppria forma. Hoc aũt differt inter principium motus cœli, & animam: quia illud principiũ non mouet per se nec ꝙ per accidens: aĩa aũt sensitiua licet nõ moueat per se, mouetur tamen per accidens: vnde proueniunt in ipsa diuersæ apprhẽsiones & affectiões. Vnde motus cæli semp est vniformis: motº aũt cordis variatur fm diuersas affectiones & apprehensiones aĩę. Non. n. affectiones aĩæ causant ẽ ab alterationibº cordis: sed potiº causant eas: vñ in passionibº aĩę puta ĩ ira, formale. est qđ est ex parte affectionis, s. ꝙ sit appetitus vindictæ: materiale aũt qđ pertinet ad motũ cordis, puta quod sit accẽsio sanguinis circa cor. Nõ aũt in rebus naturalibus forma est pp materiã, sed econtra, vt patet Tertio. Phy. sed in materia est dispositio ad formã. Nõ ergo pp hoc aliquis vindictã appetit, quia sanguis circa cor accẽdatur, sed ex hoc aliquis est ad irã dispositus. Irascit aũt ex appetitu vindictæ. Licet aũt aliqua variatio accidat in motu cordis ex appræhensione diuersa, & affectione, nõ tamẽ illa variatio motus est volũtaria, sed inuoluntaria: quia nõ fit per imperiũ volũtatis. Dicit. n. Philosophus in li. de causa motº aniliũ, ꝙ multotiẽs apparẽt ẽ aliquo, nõ tñ iubẽte intellectu, mouetur cor & pudenda: & huius causam assignat, quia necesse ẽ alterari alteratione naturali animalia: alteratis aũt partibus, hoc quidẽ augeri, hoc aũt decrementũ pati, vt iam moueatur & pmutẽt naris haberi pmutationibus inuicẽ. Causæ aũt motuũ aĩalis caliditas & frigiditas, quæ deforis & intus existentes naturales, & præter rationem vtiꝙ facti motus dictarũ partium. i. cordis & pudendi alteratione incidẽte fiunt. Intellectus. n. & phãtasia passionẽ affert, vt concupiscentiæ, irę, & huiusmodi, ex qbus cor calescit, vel infrigidatur: & hæc de motu cordis dicta sufficiant.

Opusculi de Mo

E SANCTI THOMAE AQVINATIS ORDINIS PRÆDICATORVM.

De Natura Luminis. Opuſ. LI.

De Luminis Natura, & eius neceſſitate ad videndum, deq; natura Dyafani.

Onſyderandũ est de natura luminis: & de eius necessitate ad videndũ, & de natura diafani. Circa primũ sciẽdũ est, quòd diuersi diuersimode opinati sunt. Nam quidã dixerũt lumẽ eẽ corpus. ad qđ falso sunt moti ex qbusdã locutionibus, quibus vtuntur loquẽtes de lumine. Cõsueuimus. n. dicere ꝙ radius trãsit per aerẽ, & ꝙ radĳ reuerberant, & ꝙ radĳ intersecãt: quę oĩa videnť eẽ corporꝫ. Quę quidẽ opĩo ista re nõ põt pp rõnes, quas Philosophus ponit in li. de Anima, & plures alias facile est adducere. Nõ. n. facile est assignare qũo hmõi corpus p totum emisphęriũ nrm subito multiplicet, aut generet, aut corrũpat, qũo ẽt sola interpositio corporis opaci eẽt cã corruptiõis huius corpis in alia parte dyafani. quod aũt dictũ est de motu luminis aut reuerberatione ipsius metaphisice dictũ est: sicut & posse mus dicere ꝙ calor, pcedit, dũ aliqua denouo calefiũt: vel reuerberat, dũ habet obstaculũ. Quidã uero alĳ dixerunt ꝙ lux est quædam alia natura vel qualitas spũalis. argumẽtũ sumẽtes ex hoc ꝙ in rebº intellectualibus vtimur noĩe luminis. Dicimº. n. in substãtiis ĩtellectualibº eẽ qđdã lumẽ intellectuale seu ĩtelligibile. Sed hoc ẽ impše. impoše. n. ẽ ꝙ aliqua spũalis natura & ĩtellectualis cadat ĩ apprhẽsione sensus. Cũ. n. sensus sit ps corpea, nõ põt eẽ *cognitiuus nisi corpaliũ rerꝫ. Si* qs aũt dicat ꝙ aliud ẽ lumẽ spũale ab eo qđ sensus pcipit, cũ eo est cõ[illegible] dũmodo hoc habeatur, ꝙ lumẽ quod visus [illegible] natura spũalis. Nihil. n. phibet cõmune nomẽ [illegible] re bus quãtũcunq; diuersis. Quòd aũt lumine in [illegible] quę ad visum pertinẽt vtimur in rebus spũalibus cõtingit ex nobilitate sensus visus, qui est spũalior inter oẽs sensus. qđ patet ex duobus: primo qdẽ ex obiecto suo. nã aliqua cadũt sub visu fm proprietates, in quibus cõmunicãt inferiora corpa cũ cælestib º. Tactus aũt est pceptiuus pprietatũ, quæ sunt, ppriæ elementis, s. calidi, & frigidi & his similiũ. Gustus vero & olfactus, pprietatũ, quę cõpetunt mistis fm diuersam rõnẽ calidi & frigidi, sicci, et humidi. Sonus aũt causatur ex motu locali, qui est cõmunis etiã corpibus cælestib º & ĩferioribus: sed species motus, quæ causat sonũ, nõ cõpetit corpibus cælestib º fm suam Aristotelis. Vñ ex ipsa natura obiecti apparet ꝙ visus est altior inter sensus, & auditus ei, ppinqor, & alĳ sensus magis remoti. Secũdo apparet quòd sensus visus ẽ spũalior ex mõ ĩmutationis. Nã in quolibet alio sensu non est ĩmutatio spũalis sine naturali. Dico aũt ĩmutationẽ naturalẽ, prout qualitas recipitur in patiente fm eẽ naturale: sicut cũ aliquid infrigidatur, aut calefit, aut mouetur fm locũ. Immutatio vero spiritualis est fm ꝙ species recipitur in organo sensus per modũ intentionis, & nõ per modũ formę naturalis. Nõ enim sic recipitur species sensibilis ĩ sensu fm illud eẽ quod habet in re sensibili. Patet aũt ꝙ in tactu & gustu, qui est tactus qdã, fit alteratio naturalis. calefit. n. & infrigidatur aliquid per tactũ calidi & frigidi, & nõ fit ĩmutatio spũalis tm. Similiter immutatio odoris fit cum quadam [illegible] evaporatione. Immutatio soni fit cum motu [illegible] mutatio visus sola est ĩmutatio spiritualis. [illegible] visus inter oẽs sensus est spiritualior, & p[illegible] Et pp hoc hi duo sensus sunt ma[illegible]ime s[illegible] r disciplinabiles. Et hæc de his quæ

Lumen quidam corꝑ eẽ crediderunt; qđ quaquã reũ esse probatur.

Vide de hĳ in libro de Sensu & Sensato.

quæ pertinent ad visum. Alij vero dicũt ꝙ lux nõ est nisi euidentia coloris. Sed hoc apparet falsum in his, quæ de nocte lucẽt, & tamẽ eorũ color occultatur. Alij vero dicũt ꝙ lux est forma substãtialis Solis, & lumẽ à luce descẽdẽs, habet esse intentionale: sicut color i aere. vtrũq; aũt horum est falsum. Primũ quidem, quia nulla forma substãtialis ẽ sensibilis per se, sed solo intellectu cõprehẽsibilis. Et si dicatur ꝙ id quod videt de Sole non est lux sed splẽdor, bene cõcedendũ est de nocte, dũmodo hoc qđ dicimus, ꝙ visu cõprehenditur, non sit forma substãtialis. Secũdum similiter est falsum: quia quæ solum habent esse intentionale non faciunt transmutationẽ naturalem. radij aũt corporũ cęlestium transmutãt totã materiã inferiorũ. Vñ dicimus ꝙ sicut corpa elemẽtaria habẽt qualitates actiuas, p quas agũt, ita lux est qualitas actiua corporis cœlestis, per quam agit, & est in tertia specie qualitatis. Cum autẽ sit qualitas primi corporis alterantis nõ habet cõtrariũ. & quia luci nihil est contrarium, ideo in suo susceptibili non potest habere cõtrariam dispõnem. Et propter hoc sub passum, i. dyafanum semper est in vltima dispositione ad formam: & propter hoc statim illuminatur. Calefactibile aũt, quia habet cõtrariã dispõnẽ, pp hoc nõ est semper in vltima dispositione ad formam: & ideo nõ statim calefactibile calefit. Ipsa ergo participatio lucis effecta in dyafano uocatur Lumẽ: cũ aũt fit fm lineã rectam ad corpus lucidũ, tunc vocatur Radius. si aũt causatur ex reuerberatione radij ad corpus lucens vocatur Splendor. Lumẽ aũt est cõmune ad oẽm effectũ lucis in dyafano. His visis fm naturã lucis, de facili apparet ratio, quare quædã corpora sunt lucida actu, quædã dyafana, & quędã opaca. Nã, cũ lux sit qualitas primi alterãtis, quod est maxime pfectũ & formale in corpalibus, illa corpa, quę sunt maxime formalia & nobilia, sunt actu lucida, quæ aũt sunt ppinqua his sunt receptiua luminis, sicut dyafana. quæ aũt sunt maxime materialia, neq; habẽt lumẽ in sui natura, neq; sunt luminis receptiua, sunt opaca. Ista patent in elemẽtis. Nã ignis habet lucẽ in sui natura, sed eius lux nõ apparet nobiscũ, nisi in materia aliena pp eius subtilitatẽ. Aer aũt & aqua sunt minus formalia ẽ ignis, & iõ sunt tũ dyafana. Terra aũt quę est maxime materialis est opaca. Tamẽ est sciendũ ꝙ qdã dixerunt ꝙ lux est necessaria ad videndũ ex parte ipsius coloris. Dicũt aũt ꝙ color nõ habet virtutẽ vt moueat dyafanũ, nisi ppe. Et huius signũ dicũt, qa ille, q est in obscuro, videt quæ sunt in lumine, & nõ ecõuerso. Rõnem ẽt adducunt ad hoc ꝙ oportet, cũ visus sit vnus ꝙ visibile non sit nisi p vnã rõnẽ: qđ nõ esset si color esset p se visibile. Sed hoc est manifeste cõtra Aristotelẽ Secundo de Anima, qui dicit, ꝙ color habet in se causam essendi visibile. Vñ fm sniam Aristo. dicẽdũ est, ꝙ lumẽ ad videndũ est necessariũ nõ ex pte coloris, eo ꝙ facit colores esse actu, vt qdã dicũt: est. n. tm in potẽtia cum ẽ in tenebris. sed est ex pte dyafani, inquãtũ facit ipm esse in actu, vt dicit Aristo. Ad cuius euidẽtiam cõsyderãdũ est ꝙ oĩs forma inquantũ hmõi ẽ principiũ agẽdi sibi simile. vñ, cũ color sit quædã forma ex se habet ꝙ causet sui similitudinem in medio. Sed tñ sciẽdũ est ꝙ dria est inter virtutem pfectam, et impfectã. Nã forma, quę est pfectę virtutis in agẽdo, nõ solũ potest inducere suã similitudinẽ in suo susceptibili, sed ẽt disponere patiẽs, vt sit ppriũ eius susceptiuũ: qđ qdẽ nõ potest facere forma impfecta, cũm sit impfectæ virtutis, dicẽdũ est ergo ꝙ virtus coloris in agẽdo est impfecta rõne luminis. Nã color nihil aliud est ꝙ quę dã lux quodammodo obscura ex admixtiõe corpis. Vñ non habet virtutem vt possit illuminare dyafanũ: quod tamen potest facere lux pura. Ex quo ẽt pater, ꝙ cũ lux sit quodammodo substantia coloris, ad eã reducitur omne visibile actu. Nec oportet ꝙ color p lumẽ extrinsecũ fiat actu visibilis. Quod autem colores illuminati videntur ab eo, qui est in obscuro, cõtingit ex hoc ꝙ medium illuminatur: & hoc sufficit ad visus immutationem.

Opusculi de Lumine finis.

Cõmentariorum Diui Thomæ Aquinatis, & Petri de Aluernia in Parua Naturalia Aristotelis: & eorum quę ad hęc spectare visa sunt, finis.

REGISTRVM

✠ a b c d e f g h i k l Omnes sunt quaterniones, præter k l terniones, & ✠ duernionem.

Venetijs apud hæredes Lucæantonij Iuntæ
Anno Domini .M D L I.